tentione ac cauſa finali ducta, debet anteſtare
coniecturis,quæ tantum ex uerbis ducuntur.
leg.non aliter. ubi Dd.ff.de lega.3. cum uerba
menti, non cõtrà,ſeruire debeant.l. ſi uno. lo-
ca. leg.3. Cod. de lib. præter. l. in conditioni-
bus.de cond.& demonſt.l.cum uirum.ubi la-
tè Coraſ.Cod. de fideicom.Iaſ.l.non dubium.
numer.4.Cod.de legib. nec uoluntates con-
trahentium ob ſubtilitatem uerborum impe-
diri ac coarctari oporteat. leg.1. in fin. l. ut ac.
ab hær.maximè quando uerba non contro-
uertuntur, ſed quod deeſt uerbis, ex cõiectu-
rata mente contrahentium ac diſponentium
& cauſa finali ſuppletur,ut hic,l. in cõfirman-
do.8. de confir. tutor. leg. 3. de adimen. lega.
l.7.de ann.lega. l.ſeruis.97.l. qui habebat.99.
de lega.3.l.Labeo.de ſup.lega. Atqui hoc pa-
ctum, ut Iodocus cum filijs etiã ipſorum do-
minorum ac poſſeſſorum filias precio remo-
uere & prædium retinere poſſet, non habuit
aut habere potuit aliã cauſam quàm ut præ-
dium paternum in familia remaneret. Ergo
hæc pro expreſſa haberi debet, licet non ex-
primatur. Iaſ.l.1.§. nunc uideamus.num.4.de
op. no. nunc. quæ cauſa obſeruanda eſt. Me-
noch.conſil.81.num.41. Socin.conſil. 165.ui-
ſis.nu.21.uol. 2.& ſemper inſpiciendum, quo
reſpectu ac fine quid fiat. Bald. leg.1. in fin. C.
de reb. cred. Euerar. lo. à tanquam ſeu reſpec.
Tiraq. de retrac.prox.§.1. glo.7.num.44.tan-
quam fons cauſarum principalis.Bald.l.eam.
num.1.Cod.de fideicom.& auth.præſente.nu.
3.Cod. de fideiuſſ. ſecundum quam actus re-
ſtringitur & ampliatur.Socin. conſil. 165. nu.
7. & 21. uol. 2. ut magis ex eò quod actum eſt
quàm uerbis diſcernatur.leg.3 ſi cert.pet.Mo-
lin.in conſ.Par.rub.1.de feud.§.41. numer. 10.
Nec uerò ſequitur, etiamſi maior fuerit ratio,
cur de Iodoco hic caueretur, utpote q bonis
pro precio excludebatur, tamẽ non idem uo-
luiſſe reliquos duos fratres ſuis filijs ius eſſe,
quod d.Iodoco & eius filijs pro ſuis poſſeſſo-
rum filiabus.Imo facilè cogitari poteſt multo
magis hoc illis ſaluum eſſe uoluiſſe, ſed non
putaſſe relatu æquè neceſſariũ, utpote quod
ipſi prædia illa retinerent, ut tali cautione nõ
opus fore uideretur,uelut ſupra docuimus:&
proinde diſpoſitum expreſsè in uno fratre &
eius liberis,qui non poſſederunt, intelligitur
multò magis in fratribus poſſeſſoribus qui
ſimul ita diſpoſuerunt, eorumq; liberis cau-
tum eſſe.Nec enim ueriſimiliter plus iuris ter-
tio fratri abdicato à bonis uoluerũt in ijs re-
linquere quàm ſibi & ſuis filijs præ ſuis filia-
bus,pro quo tex.elegans in leg. 1. Cod. de di-
uerſ.reſcript. ubi reſcriptũ quamuis ſit ſtricti
iuris, cle. 2.de præben. nec extra ſuum caſum
ad alias res uel perſonas extendatur, c. edo-
ceri.21. ubi gloſ.ult. de reſcript. tamen conſti-
tutum in uno fratre extenditur & intelligitur
conſtitutum & in altero ob rationis & cauſæ
communionẽ.Ex quo notant Dec.glo. & Dd.
in

in uno cōſorte ſtatutum, ſicut eſt frater, etiam
62 in altero obtinere. Quod igitur † obiectum
eſt, propoſitum in mente retentū nullum pá-
rere effectum, l. ſi maioris. 25. C. de tranſac. l. ſi
repetendi. 7. Cod. de condic. ob. cauſ. l. ult. C.
de poſt. hæred. tanquam pactum abortiuum.
latè Tiraq. l. ſi unquam. uerb. libertis. num. 18.
19. C. de reuocan. donat. obtinet in eò, quod
ex nulla coniectura uel circumſtantia appa-
ret, nam ſecus in ijs, quæ etiā tacitè colligun-
tur ex generatim actis, Anto. Gab. Roma. lib.
6. de regul. iur. concluſ. 4. uel natura rei, l. ro-
gaſti. §. ſi tibi. l. 3. de reb. cred. leg. 2. §. circa. de
excep. dol. l. item quia. §. 1. de pac. l. interdum.
l. continuus. §. cum ita. de uerb. ob. uel aliun-
de aliquo modo conijciuntur acta eſſe, ut ele-
ganter declarat poſt Dec. numer. 5. Cag. num.
2. 3. 4. in leg. ſemper in ſtipulationibus. 34. de
reg. iur. ubi oſtendit id uerum eſſe, nō tantum
in ijs, quę ueniunt tacitè ex lege, uerum etiam
ex contrahentiū uoluntate & ſententia, quod
probat leg. ex empto. in princ. de act. emp. Re-
ſoluta igitur in fauorem filiorum d. Georgij
prima quæſtione, ſequitur & manat ex eodē
fonte definitio alterius. Etenim ſi ex illa per-
mittitur filijs Georgij precio partem filię Ber-
nardi, quam in prædio auito habet redimere,
non poterit illis impedimēto eſſe, quod con-
tra uoluntatem eorum d. Bernardus in præ-
iudicium pacti appoſiti hæreditariæ diuiſio-
ni, uxori ſuæ in portione ſui prædij uſumfru-
63 ctum cōſtituerit. Id † enim paciſcentē ipſum
& hęredē eius filiam, item Iodocum, qui con-
ſenſit, eiusq́; natam obligat: nihil uerò officit
alteri fratri Georgio & eius liberis, qui non
cōſenſerunt, imò potius cōtradixerūt. Land.
c. 1. §. Titius filios. numer. 1. 2. 3. 6. 19. 21. ſi de
feud. def. per c. 1. qual. olim. feud. Iacob. trac.
feud. uerb. & cum pacto. numer. 12. per c. 1. de
alie. feud. pa. Zaſ. in epit. feu. parte 9. num. 25.
cum ſequent. tot. tit. C. res int. alios acta. leg.
cohæredibus. 17. C. fam. herciſc. Nec uerò ius
ex pacto alijs fratribus quæſitum immutari
uel imminui per talem uſumfructum potuit
ipſis inuitis. leg. ult. ff. de pac. leg. id quod no-
ſtrum. ubi Dec. & Cag. de reg. iur. leg. ſi cui. §.
non uidetur. quib. mod. pig. nec debet alij per
alium iniqua conditio inferri. leg. non debet.
64 75. de reg. iur. Ac † ne ſpe quidem ius ex
contractu competens alijs non conſentienti-
bus auferri poteſt. leg. ſi poſt mortem. §. ult. de
bon. poſs. contra tab. l. ſicut. §. ult. de nouat. l. ſi
conſtante. § exceptis. Cod. de don. ante nupt.
Bart. l. in diem. de aqu. pluu. arcen. l. quid Iu-
lianum. ubi Bald. Caſtr. & Dd. de legat. 1. glo.
& Dd. l. certi cōdictio. §. ſi nummos. ſi cert. pet.
Bald. conſil. 371. Matiolus. conſ. 327. pridie. in
fin. li. 1. ubi dicit nos debere inhærere regulæ,
id quod noſtrum. de reg. iur. tanquam firma-
mento, & in terminis de iure retractus alteri
ex pacto antè quæſito, quod nouo ei contra-
ctu auferri non conſentienti nequeat, docet
Tiraq. de retrac. prox. §. 1. glo. 18. num. 56. & de
retrac. conuent. §. 1. gloſ. 7. numer. 20. 21. cum
ſeq. cum infinitis ibi alleg. potiſsimum uerò
fratribus & agnatis, quod habent ex pacto,
ius redimendi auferri nequit. Land. num. 1. 2.
19. & Feudiſtæ in c. 1. §. Titius filios. per illum
tex. ſi de feud. def. Bald. l. ſi conſtante. in fin. C.
de don. ante nup. Cagnol. l. id quod noſtrum.
numer. 2. & 14. de reg. iur. Aret. conſil. 74. di-
ligenter. in 3. dubio. Dec. conſil. 107. in fine.
Schurf. conſil. 31. numer. 1. centur. 1. Myſing.
ob. 99. centur. 2. Curt. trac. feud. parte 2. quęſt.
2. princ. numer. 43. Bald. conſil. 215. proponi-
tur. numer. 4. uol. 2. latiſsimè Tiraq. præalleg.
Io. Cornæ. conſil. 65. numer. 3. 4. lib. 3. Iaſ. con-
ſil. 213. in præmiſſa. col. 4. uerſ. confirmantur
prædicta. lib. 2. etiamſi ius retractus ſpe tan-
tum ex pacto ſit quæſitum. Tiraq. de retract.
conuent. §. 1. gloſ. 7. numer. 70. per l. in diem.
uerſic. non autem. de aqu. pluu. quam ad hoc
expendit Bald. conſil. 431. ad euidentiam. nu.
2. uol. 2. leg. 2. in fin. de na. reſtit. quem text. ad
hoc notat Dec. c. ſicut. numer. 4. de reſcrip. c. 1.
in fin. de ſucc. feud. Barbat. conſil. 18. præclarè.
numer. 8. 9. cum ſeq. lib. 2. Vnde quaſi in ter-
minis decidit Cagnol. d. l. id quod noſtrum.
numer. 14. de reg. iur. ſi fratres inter ſe certum
pactum fecerunt ſucceſsionis, & poſt alij duo
ignorante tertio aliquid innouent uel paci-
ſcantur denuo, nihil id tertio, qui non con-
ſenſit, præiudicare: & Zaſ. in epit. feu. parte 9.
numer. 26. ubi decidit, ſi tres fratres ex pacto
& prouidentia ſibi inuicē ſuccedere debeant,
etiamſi unus partem ſuam alteri reſignet uel
cedat, tertio non conſentiente, non tamē ideo
minus poſt eius mortem nō obſtante tali re-
ſignatione, tertium ſuccedere, cui nō conſen-
tienti talis actus reſignationis nocere in ſuc-
ceſsione non potuit, ex Bald. c. 1. in princ. de
alie. feud. pat. Iacob. in inueſt. uerb. & cum pa-
cto de non alienando. numer. 34. Curt. trac.
feud. parte 4. numer. 150. Alex. conſil. 12. pro-
ſpectis. num. 3. lib. 6. Quamuis autem d. do-
ctores de feudali ſucceſsione agant, tamen in
pactis allodialium idem obtinere oſtendit ex
ijſdem rationibus Alex. conſil. 28. pondera-
tis. numer. 4. 5. 6. cum multis ſeq. uol. 3. Nam
& in his uerū eſt, quādo duo recedunt à con-
tractu priore mutua conuentione, ipſis hunc
receſſum obeſſe, nihil uerò præiudicare ter-
tio, qui habeat ius ex priore contractu quæſi-
tum. leg. in inſulam. in fin. l. ſi mulier. ubi gloſ.
ſol. ma. l. ſtipulatio de dote reddenda. de iure
dot. latè & in terminis noſtris redemptionis
Tiraq. de retrac. conuent. §. 6. gloſ. 2. num. 14.
Id ſi uerum eſt in toto iure reſignato, certè ue-
rum eſt & uſufructu ceſſo atque alienato. leg.
quæ de tota. de rei uend. qui pars totius eſt.
lege quarta, de uſufruct. l. qui uſumfructum.
58. de uerb. ob. l. ſi ex duobus. 17. §. ſi plures.
de nox. act. l. ſi à reo. 76. §. ſi reo. de fideiuſs. l. ſi
ab emptore. 49. de euict. Iaſ. l. planè. §. ſi ita Ti-

tio, numer. 5. de legat. 1. Tiraq. de retrac. prox. §. 1. gloſ. 7. numer. 55. & adeo iure totius regulatur. d. l. quæ de tota. Euerar. lo. leg. à toto. l. ſi cui. ubi Bart. not. de lega. 1. l. tres. de ad. tuto. etiam in materia pactorũ, de qua hic, l. iuriſgentium. §. adeo. ubi Iaſ. de pac. leg. ſi unus. §. ſi cum tibi. ubi Bart. Alex. & Dd. eod. tit. præſertim ubi ratio diuerſitatis (ut hic) dari non poteſt. Cyn. & Dd. l. cum notiſsimi. §. in his. C. de præſcrip. 30. annor. leg. 2. Cod. de non nu. pec. Pànor. Felin. & alij, cap. paſtoralis. §. item cum totum. de off. deleg. glo. cle. 2. uerb. defenſor. de reb. eccleſ. non alienan. Euerar. lo. à toto pag. 3. num. 10. Tiraq. de retrac. prox. §. 1. gloſ. 7. nu. 45. qui etiam pluribus locis quaſi in terminis hanc quæſtionem decidit, nempe

65 ſi poſſeſſor † rem, in qua alij ſit pactum conſtitutum redimendi uel luendi (ut hic) interea obliget, elocet & conſequenter uſumfructum in ea alteri conſtituat, quod talis nexus & conſtitutio nihil obſtet redimere uolenti: ſed reſoluto iure datoris reſoluatur ius acceptoris. l. lex. de pig. leg. 3. cum ſeq. quib. mo. pig. ut latiſsimè proſequitur Tiraq. de retrac. conuent. § 3. gloſ. unic. numer. 8. 9. 10. cum infinitis ibi alleg. & oſtẽdit idem ius eſſe in uſuſfructus conſtitutione, quod in totius rei alienatione, argumento à toto ad partem ducto, in retrac. prox. §. 1. glo. 7. numer. 39. & 40. probãs in re, quæ nõ poteſt in alterius qui ius ſpe habeat, prȩiudicium alienari, ne quidẽ uſumfructum alteri concedi poſſe. leg. ultim. Cod. de reb. alie. non alienand. c. non liceat. ibi, nec in uſumfructum rura dare. 12. quæſt. 2. Bart. l. codicillis. §. inſtituto. de lega. 2. Raph. Fulg. conſil. 93. ad id de quo. numer. 3. 4. pro quo ponderat Tiraq. ibidem tex. auth. nouiſsima. in fin. Cod. de inoff. teſtam. facit & illa ratio, quod in præiudicium eius, qui luere aliquo caſu aut tempore poteſt, per nouum pactum (ut hic conſtituto uſufructu) in longius tempus ius luendi rejci, prorogari ac differri nequeat, ut latiſsimè cõfirmat Tiraq. de retrac. conuent. §. 1. gloſ. 7. nu. 24. uſq; ad 37. 38. 39. & 40. cum pluribus ibi alleg. ad quem remiſiſſe ſufficiat. Quanquam autem idem Tiraq. de retrac. conuent. §. 3. glo. 1. num. 12. 13. 14. dubitet, an retrahens non cogatur ſtare locationi à prædeceſſore factȩ, propter glo. uerb. neque. uerb. tertia portio. & ibi Iaſ. d. l. diuortio. l. filioſa. §. ſi uir in quinquennium. ff. ſol. matr. cũ alijs ab eo pro & contra (res enim eſt oppido inter noſtros, ut oſtendit, controuerſa) allegatis: tamẽ illud utiq; expeditũ eſt, quando poſſeſſor inſtantẽ timẽs hãc prædij redemptionẽ, cũ aliter eã impedire nequiret, illud obligat & grauat, uideri hoc in fraudem redimere uolentis factum, & ideo nihil ei obeſſe, nec eum cogi ad hoc ratificandum, ſed ipſius reſpectu totum hoc fieri nulliter & in caſu redemptionis ad nihilum redigi. latè Tiraq. in retrac. conuent. §. 3. gloſ. 1. & unic. numer. 15. 16. 17. 18. per leg. Fulcinius. §. quid ſit autem. ubi gloſſ. uerb. animus. & Bart. ex quib. cauſ. in poſs. ea. Bald. c. 1. in fin. quib. mod. feud. amitt. ſicut & alibi dicitur de eo qui alienat (eſt autẽ alienatio uſusfructus conſtitutio. leg. ultim. Cod. de reb. alie. non alienan.) id ſuper quo proximam timebat uendicare uel redimere uolentis controuerſiam. leg. in ſumma. de pec. glo. c. ſæpe. uerb. ſcienter. de reſt. ſpol. Bart. leg. qui petitorio. in fin. de rei uẽdic. Bald. poſt Odofred. leg. quoties. & ibi Sal. in 10. oppoſ. Cod. eod. tit. de rei uend. idem Salic. leg. ſi poſt montani. numer. 3. uerſ. nota ex uerbo emptor. C. de pet. hær. Barbat. conſil. 95. clementiſs. numer. 2. lib. 2. Felin. c. pen. in princ. uerſic. dum concluditur. ex. de except. Franc. Ripa. l. quod te. numer. 14. ſi cer. peta. Cyn. l. emptorem. in fin. Cod. de loca. cum alijs iuribus & rationibus multis, quas ad plenum cumulat Tiraq. præall. lo. & in retrac. prox. §. 1 glo. 14. numer. 121. & glo. 7. numer. 70. 73. 74. cum multis ſequent. ubi cõiecturas etiam & ſuſpiciones talis fraudis proſequitur. Quare cum ex propoſita facti ſpecie pareat, Bernardum deſperata maſcula ſobole poſtquam fruſtra à fratribus petijſſet pactum redemptionis reſcindi, tandem hoc inijſſe conſilium, ut quoniam aliter ius pacti minuere non poterat, ſaltem detraheret uſumfructũ ex prædio relinquendo, quam in uſusfructus conſtitutionẽ Georgius natu maior & huius filij modò Domini conſulentes, nunquam conſenſerint, imo potius ei contradixerint, liquet ex ſupra dictis, hanc uſusfructus conſtitutionem nihil ijs nocere, quo minus abſq; hoc onere prædij partem à filia Bernardi luere poſsint. Nec uerò officit, quod uiduis dotalitium in feudis etiã abſq; cõuentione ab agnatis debeatur. Nam de feudo hic non agitur, & illud tantum pro modo importatæ dotis debetur, & prius quidem ex allodialibus quàm feudalibus & ab hærede defuncti. cum autem hæres Iodoci hic ſit filia, non domini conſulentes, liquet dotalitij actionẽ nullã uiduæ aduerſus hos competere hic poſſe, filia Iodoci hærede utiq; extante. Atque ita quidem ad propoſitas duas quæſtiones ex iure cenſeo reſpondendum. Saluo,

CON-

CONSILIVM LII.

De remedijs adultorum aduerſus deceptiones tutorum & curatorum.

SVMMARIA.

1 ¶ *Iure Sax. minor efficitur maior anno ætatis 21.*
2 *Maiori ex ſtatuto perinde denegatur reſtitutio atq; ei qui ueniam ætatis impetrauit.*
3 *Adultus rectè tranſigit ſine ſpe reſtitutionis.*
4 *Tranſactio ob læſionem ſupra dimidiam retractatur.*
5 *Læſio non præſumitur, niſi probetur.*
6 *Paria ſunt, Scire ualorem rei ſuæ, uel Scire debere.*
7 *Adultus certiorari non debet.*
8 *Supina uel affectata ignorantia non excuſat.*
9 *Tranſactio fit non tantùm ſuper lite, uerum & controuerſia.*
10 *Species contractus magis ex ſubſtantia ducitur, & cauſa finali, quàm denominatione.*
11 *Tranſactioni ineſt diuiſio, quam cum adulto ſuo tutor rectè facit.*
12 *Propinquitas & interuentus amicorum ac dignitas ſuſpicionem fraudis excludit.*
13 *Etiamſi plus debitum fuerit, tranſactioni tamen eſt ſtandum, cum ſola ſufficiat tranſigendi cauſa.*
14 *Facto, ſubſcriptioni, ſigillationi ſuæ, eſt ſtandum.*
15 *Tranſactio generalis prætextu alicuius omiſſi non reſcinditur.*
16 *Ratificatio omnia purgat.*
17 *Deliberata uoluntas magis facto, quàm ex uerbis probatur.*
18 *Accipiens ex contractu, etiam inualido, intelligitur eum ratificare*
19 *An per ſcripturam & fidei interpoſitionem iuramentum inducatur?*
20 *In iuramentis ſenſus potius quàm uerba ſpectantur.*
21 *Doctori pragmatico de conſuetudine teſtanti, credendum.*
22 *Fidei interpoſitio inter nobiles ualet pro iuramento, præſertim iure Canonico, quo ad obſeruantiam contractus.*
23 *Iuramentum quando requiratur, uel non.*
24 *Iurata promiſſio uim habet ſpecificæ renunciationis.*
25 *Non intelligitur quis temerè, req; non conſiderata, ad iuſiurandum uenire. & nu 35.*
26 *Propter fauorem conſeruandi iuramenti fit extenſio de re ad rem.*
27 *Iuſiurandum tollit omnem actionem contrariam.*
28 *Iuramentum firmat contractum omni meliore modo.*
29 *Maior habenda ratio animæ, quàm corporis.*
30 *Iudex non debet author eſſe periurij.*
31 *Iuramentum promiſſoriũ obligationem producit iure nouiſſimo.*
32 *In iuramentis ius Canonicum eſt ſeruandum.*
33 *Nedum adulti, ſed etiam minoris iuramentum ualet ſine certioratione.*
34 *Iuramentum facit minorem reputari pro maiore.*
35 *Iurans præſumitur notitiam rei habuiſſe.*
36 *Iuramentum ſupplet ætatem & ſolennitates.*
37 *In minore requiritur corporale iuramentũ, quod etiam non tollit læſionem ſupra dimidiam.*
38 *Maiori non ſubuenitur ex l. 2 C. de reſcin. uend contra iuramentum etiam non corporale.*
39 *Abſolutio ad effectum agendi liberat à periurio, non reſcindit contractum iuratum.*
40 *Tranſactio iurata difficilius reſcinditur, quàm alius contractus.*
41 *In dubio pro conſeruatione iuramenti pronunciandum.*

Rationum decidendi ſummaria.

42 ¶ *Inſtrumentum, tranſactio, liberatio non extenditur ultra uerba*
43 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*
44 *Vltra id quod actum, non porrigitur conuentio.*
45 *Actum in dubio id ſolum intelligitur, quod uerba demonſtrant.*
46 *Nullum uerbum cenſetur ocioſè contractui appoſitum.*

47 *Tranſactio & ſolutio non extenditur ultra id quod actum eſt.*

48 *Tranſactio ſuper paterna hæreditate facta, non extenditur ad materna uel alia bona.*

50 *Tutor etiam proximus, atq; ipſe adeò pater, finita tutela rationem reddere debet.*

51 *Tutor de alienatis adulto tenetur.*

52 *Cauſa alienandi iuſta, non præſumitur niſi probetur.*

53 *Pater, liberorum etiam in poteſtate conſtitutorum bona, ſine iuſta cauſa alienare non poteſt: etiamſi decreto perinde non habeat opus.*

54 *Cauſa iuſta non tantùm opus, ſed eiuſdem etiam cognitione.*

55 *Tutor quod alios prohibere debebat, ipſe facere non debet.*

56 *Tutoris officium in adminiſtrando non dilapidando uertitur.*

57 *Tutor loco domini eſt, quatenus adminiſtrat non diſsipat.*

58 *Tutor redigens pretium ex alienatione rerũ pupillarium in rem ſuam, in dolo eſt.*

59 *Tutor lucrum facere ex tutela non debet.*

60 *Tutor alienans ſine iuſta cauſa, hoc ipſo intelligitur eſſe in dolo.*

61 *Tranſactio etiam iurata non extenditur ad alia bona quàm de quibus actum.*

62 *Tranſactio non extenditur ad ea quæ dolo tutoris ſunt occultata & ignorata.*

63 *Eſt in dolo adminiſtrator, qui occultatis ueris patrimonij uiribus, neq; redditis plenè rationibus inducit adultum ad tranſigendum modico accepto, ac de reſiduo conueniri poteſt.*

64 *Eſt in dolo qui adultum in ſuo conuictu cõſtitutum, ante oſtenſas plenè rationes, & patrimonij ſui uires, protrahit ad quietandum, antequam is ſciret, quæ ſcire ſua intererat.*

65 *In omni tranſactione uel actu quamlibet generali ſemper intelligitur dolus exceptus.*

66 *Tranſactio eſt bonæ fidei, quando interponitur ſuper actu bonæ fidei.*

67 *Dolo deceptus dicitur qui putans ſe cõgrua à tutore accepiſſe eum liberat.*

68 *In dolo eſt tutor qui inuentarium & rationes non reddit.*

69 *Ex enormi læſione dolus arguitur.*

70 *Remiſsio certi iuris in donationem incidit & inſinuatione eget.*

71 *Error & defectus cauſæ finalis uitiat contractum.*

72 *Etiam maioribus cõtra fraudulentas tranſactiones & diuiſiones ſuccurritur.*

73 *Ignorantia bonorum nõ impedit quominus contra doloſum læſus agere poſsit.*

74 *Quatenus liceat contrahentibus ſe inuicem decipere.*

75 *Maiori decepto per dolum, ſuccurritur magis, quàm læſo.*

76 *Contra factum proprium quatenus uenire liceat.*

77 *Dolus unde probetur & præſumatur.*

78 *Iuramentum non eſt quod ſcripturæ inſcribitur per notarium, niſi uerè fuerit à parte præſtitum.*

79 *Iuramentum ui uel dolo uel falſa ex cauſa extortum non obligat.*

80 *An contra iuramentum ob læſionem ſubueniatur?*

81 *Ad occultata fraude aduerſarij iuramentũ non extenditur.*

82 *Iuramentum recipit omnes qualitates & cõditiones actus cui apponitur, & ex ſenſu magis quàm uerbis æſtimatnr.*

83 *Extraordinarium quatenus concurrat cum ordinario, uel ab eo tollatur.*

84 *An iure Sax. poſt 18. annum tollatur reſtitutionis beneficium.*

85 *Etiam maiores ex iuſta cauſa reſtituuntur.*

86 *Iuſiurãdum fraude extortum, uel uitioſum, non tollit reſtitutionem.*

87 *Quomodo agendum cũ adminiſtratore qui in tranſigendo decepit.*

88 *Iure etiam Sax. tutores quamuis proximos hæredes ad rationes cogi actione perpetua, non obſtante fraudulẽta liberatione: uſq; ad finem.*

MINOR iure Sax. adultus factus, 21. ætatis anno, art. 42. lib. 1. accepit à patruo ſuo, qui tutor ei fuerat, certa prædia, pro omni iure paterno bonisq́; (de quibus nunquam fuit plenè edoctus, nec ullam idoneam rationem accepit) & tutorem adminiſtrationis ratione etiam fide Chriſtiana interpoſita liberauit: ſic ut nunc re comperta uiribusq; patrimonij cognitis enormiſsimè læſus reperiatur. Quæritur, an & quomodo ſuccurri decepto uel iure ordinario uel extra ordinem poſsit?

ET

ET primò non uidetur ei beneficium ex-
traordinarium dari reſtitutionis aduer-
ſus contractum in maiore ætate geſtum,
l.3.§.1.& paſsim, de minor. Fuiſſe autem mino
rem hunc iure Sax. natu maiorem & aduliũ,
1 oſtendit d.art.42. quo † iure cum non ad cer-
ta priuilegia tantum, & ſecundum quid, ſed
ſimpliciter & generatim pro adulto habea-
tur, ab anno ætatis 21. completo, ſequens eſt,
2 ei † perinde reſtitutionem negari, ac illi qui
ueniam ætatis impetrauit, l.1.C. de his qui
uen.æta. gloſſ. d.art.42. Angel.l. unic. num.4.
C.ſi de mo.poſſ. Caſtrenſ.l.omnes.2.num.8.9.
C.de his qui uen.æta. Bald. authen. ſi captiui.
nu.4.C.de epiſc. & cler. nam quod iam adul-
tis datur intra quadriennium reſtitutio, hoc
tantummodo eſt accipiendum de contracti-
bus in minori ætate geſtis, non à maiori, l. ult.
3 ubi Dd. C. de temp. in integ. reſtit. qui † rectè
ualideq; tranſigere poteſt, l. cum proponas.
17. ubi gloſſ. uerb.25. annis maior. l. ſi maio-
res.20.l.ſi maior.22.l.ſi pro fundo.33.l.ſi ma-
ior 36.l.ſi quis maior.41.& paſsim, C. de trãſ-
act. Ex quo ſequitur & illud, quod primo lo-
cò nobis expediendum eſt, ne iure quidem
communi & ordinario huic remedium eſſe
præſto, qui ſe efficaciter obligauit & aſtrinxit
iam adultus, tranſigendo etiam cum tutore
quondam uel curatore ſuo. l.1.l.3.l.4.l.ſi ma-
iores 25. annis cum patruo tranſegiſtis. C.de
tranſact.l. qui cum tutorib. ff. eod. Cum enim
liceat contrahentibus ſe inuicem decipere, l.
in cauſæ.17.§.idem Pomponius. de minor. l.ſi
uoluntate. l. non eſt. C. de reſcind. uend. ideo
quantumuis maior tranſigendo uel diuiden-
do lædatur, non tamen poteſt contra uenire,
nec ordinario iure, nec extraordinario, l.4.l.
fratris.10.l.cauſas.16.C.de trãſact.l.4.C.com.
4 diuid. niſi † probet ſe deceptum ultra dimi-
diam iuſtæ æſtimationis partem. l.3. ubi gloſſ.
uerb. perperam. & Dd. C. com. utriuſque. iud.
Bart. Iaſ. & Dd. l. ſi quis cum aliter. de uerb. ob.
Schurff. conſil.28. quod ſuper. num.7. centur.
1. ubi fatetur hanc eſſe communem. Imò con-
tra tranſactionem ne quidem ex hac cauſa pu
tabat ſubueniendũ, Iaſ. in d.l. ſi quis cum ali-
ter. num.13. de uerb. ob. dicens hanc eſſe com-
munem, Afflict. deciſ. Neap. 220. num.2. quæ
licet hodie communis eſſe deſierit, illud tamẽ
manet & frequentatur, ut non liceat maiori
contra ſuam ipſiuſmet tranſactionem uenire,
niſi ſe ſupra dimidiam iuſtæ æſtimationis par
tem, inſpecto euentu, læſum probet. Bart. nu.
5. & communiter Dd. l. ſi quis cum aliter. de
uerb. oblig. & l.2. num.2. C. de reſcin. uendit.
Dec. conſil.6. uiſo. num.4. conſ.597. num.10.
Cornæ. conſil.27. in prin. lib.4. Schurff. conſ.
50. ueritas. num.16 17. conſil.97. quo magis.
num.12. centur.3. conſil.16. caſus. nu.17. cent.
2. quod confirmatur conſtit. pro.34. parte 2.
5 Nec † utiq; læſio præſumitur, niſi probetur: l.
nam & poſtea. §. ſi minor. de iureiur. l.3. §. ſi mi-
nor. & paſsim, de minorib. l.3. C. ſi tutor uel cu
ra. l.1. C. ſi aduerſ. uend. pig. c.1. ubi Panor. nu.
2. c. conſtitutis. c. ſciſcitata. c. ex literis. de in in-
teg. reſt. l.1. ubi Salic. num.1. C. ſi aduerſ. uend.
pig. præſertim tam enormis, & quæ dimidiam
excedat æſtimationis: Dd. d.l.2. l. quiſquis. C.
de reſcin. uend. Pariſ. conſi.49. num.29. uol.1.
potiſsimum in noſtro Domino conſultore
tranſigente, qui apud patruum in poſſeſsio-
ne bonorũ paternorũ ab infantia fuit: ideoq;
ualorem eorum ſciuit uel ſcire debuit, l. quiſ-
quis. ubi gl. uerb. debuerat. C. de reſcin. uend.
6 Paria † ſunt autem Scire, uel Scire debere, l.
quod te. ſi cer. peta. gloſſ. & Dd. l. quiſquis. uel
de facili ſcire poſſe. l. Iulianus. uerb. qui ſcire
potuiſſet. ad S.C. Macedon. l. ſi duo. ubi Ang.
7 de acq. hæred. Nec † certiorari debet adultus
qui rem nouit, l. ſi legibus. ubi gloſſ. uerb. im-
putari. C. de epiſc. aud. per l.1. in fi. de act. emp.
ſaltem in genere, l. qui iure militari. de mil. te-
ſta. Ang. l. qui Romæ. §. duo fratres. in 5. quæſt.
de uerb. obl. latè Anton. Gab. Roma. lib.6. de
reg. iur. concluſ.4. num.1.2. cum ſeq. Id quod
nedum in maioribus, uerum etiã (quod am-
plius eſt) ipſis quoq; minoribus, ad ualidita-
tem renunciationis iuratæ (quæ hic ſubeſſe
præſupponitur, ut pòſt uidebimus) ſufficit.
Bar. auth. ſacramenta. nu.16. C. ſi aduer. uend.
8 Eſt enim † ſupinæ ignorantiæ, quod ſcias ali-
quomodo uel ſcire debeas, non antè penitius
inquirere, quàm iures uel tranſigas: cui nõ ſo
let ſubueniri, Balb. l. Celſus. parte 3. nu.22. de
uſucap. ut quæ iuſtam nõ habeat cauſam. latè
Tiraq. in retract. prox. §.35. gl.4. nu.27. per l.
qui contra. uerb. errore non affectato. C. de in-
ceſt. nup. c. cùm inhibitio. §. ſi quis uero. ibi, af-
fectatores ignorantiæ. de clandeſt. deſponſ.
c.2. uerb. affectata ignorãtia. de temp. ord. lib.
6. Sed & qui in genere ſcit, uel ſcire debet, de
eo intelligitur in paciſcendo uel iurando co-
gitaſſe. Alcia. in fi. & Dd. l.1. C. de pac. id quod
ad ualiditatem actus ſufficit, latè Anto. Gab.
Roma. lib.6. de reg. iur. concluſ.4. num.1.2.3.
l. qui iure militari. de milita. teſta. Steph. Ber-
trand. conſil.119. in fin. uerſ. ad quintum. uol.
3. repudiata exceptione doli, qui ſcienti non
putatur adhibitus inter tranſigendũ, aut ſtru-
ctus, l. cum donationis.34. l. tranſactione.30.
9 C. de tranſact. Hunc † autem contractum eſſe
tranſactionẽ reſpectu adminiſtrationis & tu-
telæ remiſſæ dicendum eſt, l. qui cum tutori-
bus. de tranſact. l.1. l.3. l.4. C. de tranſact. nec e-
nim tranſigitur ſolum ſuper lite mota, ſed eti-
am quæ moueri poteſt, cuiuſq; controuerſia
timeri debuit, l.2. ubi Iaſ. & Dd. C. de tranſact.
l.1. eod. ad quam actus ſpeciem, quod actum
eſt, redigitur, etiamſi nomen nõ exprimatur.
10 Pariſ. conſ.5. nu.43. uol.1. Nam † ſpecies con-
tractus magis ex ſubſtantia ducitẽ, Cag. l. quo-
ties.68. n.2. de reg. iur. & cauſa finali, l. ſemper.
34. de reg. iur. Tiraq. de retrac. prox. § 1. gl.7. n.
4. Soc. cõſ.165. nu.7. & 21. uol.2. Crau. cõſ.20.

quod

quod contractus. num. 5. quam ex denominatione l. inſulam. ubi Iaſ. de præſcrip. uerb. l. Ariſto. in fin. de donat. Socin. l. 2. in fine. ſi
11 cert. peta. Et † poteſt huic tranſactioni ineſſe bonorum quoque communium diuiſio: l. ſi cum patruo. 6. C. com. utri. iudic. l. cum ſolus. 38. de uſucap. l. 1. l. 2. ubi Bald. c. ſi aduer. tranſact. uel diuiſ. Dec. conſil. 351. in caſu. num. 4. quam rectè tutor cum adulto ſuo inſtituit, etiam minore ſuæ fidei commiſſo. l. quod res. 21. de exc. tuto. l. 1. §. fuit quæſitum. ubi Iaſ. ad S.C. Treb. Socin. conſil. 160. in præſenti. num. 15. uol. 2. nec dolo facere præſumitur. l. quoties. 18. §. qui dolo. de probat. Pariſ. conſil. 89. num. 30. uol. 1. qui iure communi utitur. l. ult. C. de in integr. reſtit. l. nihil. 117. §. 1. l. nemo damnum. 114. l. nihil. 172. ubi Cag. & Dd. de reg. iur. l. in cauſæ. 17. in prin. & §. pen. l. uerum. §. ſciendum. §. item non reſtituetur. §. ſi locupleti. de minoribus: ſicut iuris eſt communis tranſigere, etiam cum tutore, l. 3. Cod. de tranſact. l. qui cum tutoribus. ff. eod. tit. ac diuidere, l. ſi familiæ. 14. Cod. famil. erciſc. l. fi. C. com. diuid. l. in hoc iudicium. 14. §. ſi cōueniat. eod. l. tres fratres. de pact. etiam cum patruo ſuo. l. ſi cum patruo. 6. l. ſi patruus. 4. com. utri. iud. ut in noſtro caſu. Et à dolo quælibet cauſa excuſat, l. igitur. §. poteſt. de lib. cauſ. Iaſ. l. 2. num. 2. C. de Carb. edict. l. ſi quis id quod. de iuriſd. in fin. occaſio, error, ignorantia. Socin. conſil.
12 108. in hac. nu. 12. uol. 1. præſertim † inter iſtos propinquos interuentu neceſſariorum tranſigentes, l. tranſactionem. 35. l. interpoſitas. 13. C. de tranſact. Angel. num. 11. Iaſ. num. 63. in §. quadrupli. Inſtit. de act. Bart. l. frater à fratre. de cond. indeb. gloſſ. l. Polla. C. de his quib. ut indig. ubi nihil ſæui criminis (dolus autem crimen eſt, l. item. 17. de do. mal.) naturale fœdus exiſtimari permittit: l. eum. 19. C. de epiſc. & cler. maximè noſtro caſu, ubi adulto pro ſuo iure pretioſa latifundia à patruo ſunt in ſolutum data, quod ipſum fraudem excludit: Gemin. num. 12. Anchor. num. 1. c. quamuis. de pact. in 6. etiamſi maius debitum fuiſſet, Iaſ. nu. 4. poſt Salic. l. interpoſitas. C. de tranſact. maximè hos inter nobiles ac potentes. Cornæ. conſil. 52. in hac. num. 20. uol. 2. Alcia. tract. præſump. reg. 3. præſump. 27. & traditis acceptisq́ ijs quæ nomine debitionis inſtrumento tranſactionis fuerunt incluſa ac comprehenſa, l. ſi quidem. l. ſi maiores. C. de tranſact. Iaſ. l. 2. num. 7. C. de hær. inſt. Chaſſ. in conſ. Burg. tit. des enfans. §. 6. uerb. reliqua. nu. 13.
13 Nam † ſola tranſactionis cauſa ſufficiens eſt, ut ei ſtetur, ſiue plus, ſiue minus reuera debeatur: l. ſi tranſactionis. 11. C. de non num. pecun. l. nec intentio. 24. C. de tranſact. Iaſ. l. unic. nu. 12. C. de erro. cal. Phil. Franc. c. unic. §. fin. num. 2. de cler. ægro. in 6. Cornæ. conſil. 62. quanq́. uol. 4. l. 1. C. de cōd. ind. l. unic. in fi. C. de erro. cal. adeò, ut ne quidem prætextu ſpecierū uel inſtrumentorum, quę pòſt reperiantur, reſcindi queat, l. ſub prætextu. 1. 2. C. de tranſact. ne quidem principis reſcripto, l. cauſas. 16. C. de tranſact. exemplo rei iudicatæ, l. 2. l. ſub ſpecie. C. de re iud. l. 1. C. de cond. indeb. cui comparatur l. non minorem. C. de tranſact. Quam-
14 obrem † hîc adultus ſtare debet conuentis tranſactionis, quæ pœnitentiam excludit, l. quamuis. C. de tranſact. l. de fideicommiſſo l. ſi quidem. l. ſi quis. 41. & tot. tit. C. de tranſact. alioqui nullus eſſet litium finis, l. fratres. 10. in fin. C. de tranſact. ſi proprio ſuo facto contrauenire poſſet, contra l. poſt mortem. ubi Bald. de adopt. l. per fundum. de ſer. urba. præd. l. Quintus. in prin. mand. quod ſua manu ſubſcripſit, & ſigillauit, ac ita probauit, l. ſicut. §. non uidetur. quib. mod. pig. §. 1. Inſt. de emp. l. ſi ita. §. Chryſogonus. ubi Iaſ. in 1. notab. de uerb. ob. l. contractus. uerb. ſubſcriptione. C. de fid. inſtrum. l. fin. §. ſubſcriptionē. C. de iure delib. Bart. num. 2. Iaſ. num. 3. l. emptor. §. Lucius. de pac. l. Caius. de pig. ac. iunc. l. 2. quæ de ſigillatione loquitur, ubi gloſſ. uerb. conquiſita. C. de reb. alie. Bal. c. 1. nu. 6. 7. de pace Conſtan. l. fi. C. plus uale. quod ag. Purpura. l. admonendi. num. 177. de iureiur. Crauet. de antiq. temp. parte 1. §. quæritur. nu. 44. Panor. c. poſt ceſſionem. num. 4. de probat. ut in terminis tranſactionis ac diuiſionis ab adulto factæ confirmat Schurff. conſil. 17. in primæ. nu. 12. 21. 22. centur. 1. ubi in ſpecie noſtra concludit, quod qui aliquo, quamuis modico accepto renunciauit in diuiſione reliquo iuri paternorum bonorum, & eam tranſactionem ſua manu ac ſigillo roborauit, ſtare cōuentis debeat,
15 nec ob læſionem cōtrauenire poſsit. Nec † ferendus eſt, qui cum generaliter trāſegerit, poſtea cauſetur de una aliqua ſe parte tantū cogitaſſe: ut dicitur in l. non eſt ferendus. 12. de tranſact. nec enim illius incogitantia ius alteri inde quæſitum auferre debet. Bar. Bald. Sal. Iaſ. l. ſub prætextu ſpecierū. l. ſi de certa. l. age. C. de tranſac. l. emptor. 47. §. Lucius. ubi Caſt. de pact. l. qui Romæ. §. duo fratres. ubi latè Iaſ. Socin. & communiter Dd. de uerb. obl. Pariſ. conſil. 20. num. 24. 35. 77. 82. uolum. 1. & propoſitum in mente retentum nihil operatur, l. ſi repetendi. 7. C. de cond. ob. cauſ. dat. unde eiuſmodi quæſtiones facti, cum quis dicit ſe aliud ſenſiſſe, quàm ex contractu apparet, iudex nō admittit, l. ſicut. 8. §. ſi debitor. 11. quib. mod. pig. uel hyp. ſol. itaque generalis tranſactio cōplectitur omnia ad quæ ſalua recti ſermonis ratione extēdi poteſt: nec prætextu alicuius omiſsi, uel non cogitati, impugnari debet: d. l. ſub prætextu ſpecierum. ubi Dd. & l. age. l. ſi de certa. C. de tranſact. l. emptor. §. Lucius. de pact. d. l. qui Romæ. §. ult. text. l. pluribus. de accep. Alexand. conſil. 11. uiſo. num. 9. & 15. uolum. 2. Pariſ. conſil. 20. num. 78. uolum. 1. potiſsimum quando ſubiecta (ut hîc) eſt clauſula, de non amplius ex hac uel illa aut ulla cauſa petendo. l. in hoc. 14. §. ult.

ult.ff.com. diuidun. ita Iaſ.num. 5.& 6. l. ſi de
certa. C. de tranſact.l.emptor. §. Lucius.num.
8. 9. de pact. Bart. l. Aurelius §. Caio.num.11.
de lib.lega.& quando non ſubeſt ultra dimi-
diã læſio, nec poteſt maior peti ſumma quam
quæ ſit expreſſa.l.ſed etſi.§.quæſitum. ubi Bar.
num.2.Bald.num.4.Iaſ.num.15.& Dd.ſi quis
caut.Panor.c.1.num.18.commoda. Dec. conſ.
16 27.pro uirili.num.4.5.8.ac id † quod expreſ-
ſum eſt in ſolutum (ut hic) acceptum,& ſic ite-
rum quod conuenit re ipſa ratificatũ eſt. Cra-
uet.conſil.114.Ioan.nu.2.3.4.5.6.14.18. conſ.
337.num.2.Pariſ.conſil.10.nu.57.uol. 1. conſ.
47.num.100.uolum.3.Magna enim eſt uis ra-
tificationis ex interuallo ſecutæ,l.1.& tot.ti. C.
ſi maior fac.rat.Bart.l.cum ſcimus. num. 6. 7.
C.de agr.& cenſ.lib.11.Caſtr.& Dd.l. 4. per il-
lum text. C.de reſ.uend Pariſ.conſil. 69. num.
52.uol 3.conſil.5.nu.64.uol.4. purgans me-
tum præcedentẽ,l.2.C.de ijs quæ ui met.cauſ.
& dolum,Innocen.poſt gloſſ.c. cùm cõtingat.
num.9.de iureiur.per authen.ſiue à me. C. ad
Vellei.an.Iaſ.§.fuerat.num. 80. Inſtit. de actio.
per l.ſi ex cautione.C.de non num.pecun.con
currente præſertim tutoris & propinquorum
præſentia. Crauet.in terminis conſ. 114. Ioan.
num. 2. per l.1.ubi Bart.C.de præd. dom. lib.
17 10.l.tranſactionẽ.C.de tranſact. Etenim † de-
liberata certaq́; uoluntas magis re ipſa pro-
batur acceptando, quàm uerbis: l. ſi tamen.
48.§.ei qui.de ædil. edict. Aemyl. conſil. 151.
uxor.num.17.Iaſ.l.de quibus.nu. 31. de legib.
& l.reprehendenda.num. 7.C. de cond. inſtit.
quoniam uerba interdũ contra mentem pro-
ferentis ſunt,ſed factum ſecutum oſtendit effe-
ctum & deliberationem ſeu uoluntatem deli-
beratam,Menoch.conſil.5.num.16.per c.dile-
cti. 2. ubi Dec. in 2. notab.notat, de appellat.
Anchora. conſil.302.num. 3. Panorm. conſil.
116.num.3.lib.2.Gozadin.conſil. 101. num.3.
Socin.iun.conſil.98.num.13.lib. 1. conſil. 42.
num. 14.lib. 2. Grammat.conſil.13.num 3.in
criminalibus,& enixam. Pariſ. conſil.11 num.
18 57.& conſil.131.uolum.1.Itaque † nedum ua-
lidum ſed etiam inualidum contractum intel
ligitur adultus ratificare,ut contrauenire ne-
queat quoties maior factus, ex illo quid acce-
pit: l. utere.14.ubi Bald.C. de præd.mino.l.1.
ubi Salic.C.ſi maior fact. Curt. conſil. 50. nu.
9.& qualecunque conuentum, ac inde acce-
ptum intelligitur pro omni iure acceptum
eſſe, ut amplius peti nihil poſsit.Bald.l.liber-
tus.num.18.C.de oper lib & l. ult. num. 16.C.
de pact.gloſſ. l. tranſactio. uerb. dato. l. cum
mota,l ſi ſuper.C.de tranſact.Iaſ.§. fuerat. nu.
100 & 105.Inſtit. de actio. Crauet. conſil. 84.
magiſter.num.6.& 7.His accedit alia ratio nõ
paulò momentoſior, quod hic contractus
quaſi per iuramentum d. conſultoris ſit ual-
» latus, in uerb. *Sich der vuegen bey ſeinem Chriſtlichẽ*
» *travuen vnd vuaren vuorten an aides ſtatt gentzlich*
» *vorziehen.* Nam etiam per ſcripturam inter-
poni iuramentum poteſt. l. 3. C. ſi minor ſe
maio. l. ſi quis maior. 41. in fin. C. de tranſ-
19 act. Quanquam † autem ſit quæſtionis; an
» interpoſitio fidei, *vnd ahn aides ſtat*, pro iura-
mento habeatur: quod tamen tenet Panor.
num.3.4. cap.ad aures. per illum text. de his
quæ ui met.cauſ.gl.c. querelam.uerb.pręſtita.
ne pręl.uic.ſuas. c. peruenit. de fideiuſſo. etiã
in laicis, c.1. de ſepul. in 6. ubi Archidia. in-
quit, nihil inter, hæc iuramenta quod ad uali-
ditatem attinet, intereſſe: ſequitur Bald. c. lite-
ras.in fine, de præſump. non tamen probabi-
liter dubitari poteſt quin promiſsio per fidẽ
» Chriſtianam facta (ut hic, *bey ſeinem Chriſtlichen*
» *travuen vnd vuaren vuorten*) pro iuramento ſit,
ac ſeruari debeat. Didac. Couar.c. quamuis.§.
2.de pact.in 6.Myſing. obſer. 19.cent.1.ubi di-
cit, in Camera pro iuramento iudicari: nec in-
iuria. Quocunq; enim modo cõſenſus expri-
matur erga Deum & ſacra, obligatus eſt iu-
rans: ideoq́; qualitercunq; ſit præſtitum iuiu-
randum, quamuis non corporaliter; ſeruari
debet: Cyn.num.4.Bar.num.8.Fab.num.1.in
auth.ſacramenta puberum. C.ſi ad. uend. per
c.ad aures.ubi Panor.num.3.C.de his quæ ui
met. cauſ. c. etſi C..riſtus . de iureiur. quod ſe-
quitur conſuetudo teſte Salic.nu. 6. d. auth.ſa
cramenta.Iaſ.l.3.§. iurari.num.3.de iureiuran.
20 Nam † in iuramẽtis ſenſus potius quàm uer
ba ſpectantur, l.qui per ſalutem. de iureiur. &
plus ineſſe intelligitur quàm dicatur. c. ante-
ceſsit.11.quæſt.3.c.beatus.22.q. 2. maximè de
conſuetudine Germaniæ, teſte Myſing.obſer.
21 17. centur.1. cui † ut illuſtri Doctori pragma-
tico & conſuetudinum perito id atteſtanti
meritò credendum. Anton. Gab. Rom. lib.1.
de proba. concluſ. 4. in fin. Dec. l. 2. §. mutui
datio.num.9. ſi cert. pet. dicens eſſe commu-
nem.Socin.conſil.60.num. 10. conſil. 165. ui-
ſis.num.16.lib.2. Anton.Graſſ. com. opin.lib.
1. Crauet. conſil. 325. num.1.conſil.166.num.
9.conſil.pen.num.1. Rolan. à Valle conſil.71.
num. 21. conſil.87. num. 12. lib.1.Menoch. de
iud. arb. lib. 2. centur. 4. num.94.& conſil.1.
num. 164. conſil. 55. num. 5.Pariſ.conſil.25.
num.17. parte 1. Hen.Goden.conſil.19. num.
5.Cotta in memo.uerb. Francigenæ. Viuius
22 lib.1.opin.com.88. Et † utcunque de alijs ſit,
potiſsimum inter nobiles eiuſmodi promiſ-
ſionem pro iuramento ſeruari, tradit Myſing.
prælleg. loc. Alexand. Angel. Rom.Iaſ.nu.3.
l. 3. §. iurari. de iureiuran. notantes cum text.
qui uult interpoſitionem fidei pro iuramen-
to haberi pro armigeris, hoc eſt nobilibus no
ſtri temporis, qui reddere promittunt ad fi-
23 dem. Sed & † in dubio pro iuramenti quali-
tercunq; dati obſeruatione eſt laborandum,
ut anceps periurium euitetur. Iaſ.l.licet. num.
5.C.de pact.c.cùm infirmitas. de pœnit.& re-
miſſ. Imol.c. cùm contingat. num. 8. & 86. de
iureiuran. Alex.conſil. 125. uiſis. nu. 17. uol.1.
ac potiſsimum iure Canonico, cui in materia
iura-

iuramenti ſtandum.c.2. de iureiur.in 6. Iaſ.d. auth.ſacramenta.nu.24. C. ſi ad.uend.Imol.c. cū contingat.nu.3.6.de iureiu.(ut maximè iure ciuili foret diſputabile)pro iureiurando talis promiſsio eſſet habenda,d.c.ad aures. ubi Panor.num.3.4.Imol.nu.4. de his quæ ui me. cauſ.Hoſt.de iureiur.nu.1. c. peruenit. de fideiuſ.gl.c.querelam.uerb.præſtita. ne præla. uic. ſuas.etiam inter laicos,c. 1. de ſepult. in 6. ſaltem quoad obſeruantiam contractus.l.ſi quis maior.41.in fi.C.de tranſac.Iaſ.d.l. 3. §. iurari. num.3.de iureiuran.Specul. de arb. §.ult.uerſ. ſed pone compromiſſum per fidem, &c. Couar.c.2.in princ.§.2. num. 2.de pact. in 6.& in his quæ iuramentum corporale non requirunt.Iaſ.& Dd.l.3.§.iurari.num.2.3.de iureiur. Couar.d.c.quamuis.ſicut hæc adulti & maioris tranſactio non habuit opus corporali iuramento.d.l.ſi quis maior.in fin. C. de trāſact. imò ne iuramento quidem, quia tractabatur de hæreditate patris demortui, iam ad adultum deuoluta.l.ſi quando. §. & generaliter.C. de inoff. teſta. ubi non requiritur corporalis religio.d.l.ſi quis. 41. l.3.l.4.C.de tranſa.l.qui cum tutoribus.eo.de tranſac.uelut in hæreditatibus uiuentium repudiādis, d. c. quamuis. de pac.in 6.aut minorū cōtractibus. auth. ſacramenta.ubi Cy.num.5.Bar.nu.7. Bal. num. 7.Sal.num.6.Faber num.1.Iaſ.num.13. d. authen.ſacramēta. C. ſi ad.uendit. Iaſ.l.3.§.iura-
24 ri.nu.3.de iureiur. Hoc † igitur poſito,quod uim ueri iuramenti hæc promiſsio habeat, ſequitur eam quaſi iuratam nō ſolùm inſtar generalis,uerùm & ſpecificæ renunciationis ualere.Bald.num.4.uerſ.quæritur.in l.1. C. commod.Iaſ.§.item ſi quis.nu.12.Inſt. de act. Bart. nu.6.Iaſ.nu.56.in d.auth.ſacramenta.C. ſi ad. uend.Bar.nu.8.l.ſciendum.de uerb. ob. Bal.c. reſcripto.per illum tex.de iureiur. Dec. conſil. 345.nu.4.Alex.conſ.42.ſuper.conſ. 27. uiſo. nu.7.uol.1.conſ.61.in fin.uol.3. conſ. 133.in fine.uol.5 Guid.Pap.deciſ. 128. cum alijs quos cumulat Anto.Gab.Ro.lib.2. de iureiur. concluſ.4.num.1. Tiraqu. in leg. connub. circa fi-
25 nem.glo.5.num.148. non † enim intelligitur quis temerè ad iuramentum uenire re non exactè conſiderata & explorata.Iaſ. l. ſi quis. num.19.C.de pac.Bart.num.8.l. ſciendum. de uerbor.obligat.per l.qui iure militari. cum ll. ſeq.de teſta.mil. nec intelligitur eadem facilitate iurari qua renunciari. Crauet.conſil.192.
26 num.9.& † propter fauorem conſeruandi iuramenti fit extenſio per rationis ſimilitudinē de re ad rem.Alexand. conſ. 125. uiſis. num.3.
27 uol.1. at † dato iuramento ſuper aliquo actu tollitur omnis cōtraria actio quæ quomodocūq; inde cōpetere poteſt.Bal.l.1.nu. 8. de reb. cred.Gemin.nu.5.Anch.n.3.c.quāuis. de pac. in 6.Alex.conſ.27.uiſo.in princ.conſ. 42. ſuper.uol.1.dicens hanc eſſe communem, quam etiam uſus approbarit,d.conſ.127.uiſo. conſ. 222.uiſo,uolum.2.Schurff.conſil.17.num. 15. centur.1.Iaſ.d.authen.ſacramenta. num. 56.§.
28 item ſi quis.num.4.Inſtit.de act. Nec † enim tantummodo per ſe ualet, ſed etiam contractum cui apponitur confirmat. Gemin. num. 3.4.Philip. Franc. num.12.13.c.2. de pac. in 6. Iaſ.latè nu.33.36. dicens eſſe communem, & in praxi ſeruandam,Caſt.nu.3.Sal.nu.23.poſt Bart.& Bal.in auth.ſacramenta.C.ſi ad. uend. idem Iaſ.l.1.num.17.de tranſact. & habet uim clauſulæ,ut actus omni meliore modo ualeat quo ualere poteſt.Bart.l.ſi quis pro eo. nu. 12. de fideiuſ.per l.cum pater.§.filius matrem. de legat.2.Imol.num.18.& 36.d. c.cum cōtingat. de iureiuran.Caſt.conſil.306.quanquam.nu. 4.uol.2.idq; probat conſtit. 35. parte 2. quæ ſatis oſtendit eiuſmodi promiſsiones per fidē Chriſtianam datas cōfirmare cōtractus,adeò ut ne quidem ob læſionem immodicā reſcindi queāt. pro quo tex.d.auth.ſacramenta. ubi Bal.nu.13.Caſtr.nu.10.c.quāuis.ubi Francus, nu.3.Alex.conſ.29.conſ.125.nu.9.uol.1. Soci. conſ.115.circa.nu.6.7.uol.1.Rom. conſil. 337. in caſu.Schurff. conſil.17.num.16.17. centu.1. Boer.deciſ.62.Imol.c.Quintauallis.nu.45.de iureiuran.c.pen.de empt.Iaſ.l. ſi quis cum aliter.nu.15.de uerb.oblig.Nam iurata ſine ullo ſubterfugio implenda ſunt,ac ſeruanda. Iaſ.§. item ſi quis.num.2.Inſt.de act.l.licet. nu. 5. C.
29 de pact.& † maior habenda ratio animæ quæ iuramento obligatur quàm fortunarum. Iaſ. l.licet.nu.5.C.de pac.& d.auth.ſacramēta. nu. 16.24.ubi & Caſtr.nu.7.Salic. num. 8.Imol.c. cùm contingat.nu.8.66. 67. de iureiur. per c. cùm infirmitas.de pœnit. & remiſſ. ac utilitas animæ omnibus bonis præferenda. l. ſancimus.C.de ſacro.eccl.gl. §. ſi quis de prædictis. uerb.ſi enim.in auth.ut cum de app.c.præcipimus.12.q.1.Alex.conſ.125.uiſis.num.17. uol. 1.Vnde iuramentum cum diſpendio bonorū ſeruandum, quod ſine interitu ſalutis ſeruari poteſt.c.cùm contingat.de iureiur.c.2. de pac. in 6.c.cùm ſignificante.de pigno.Socin. conſ. 115.circa.num.6.7. cum multis ſeq.uol.1. cum ſcriptum ſit,Reddite Deo iuramenta ueſtra.c. etſi Chriſtus.de iureiuran.atq; ita totus mundus obſeruat,teſte Socin.conſil.115. circa. nu. 6.uol.1.Anton.Gab.Rom.lib.2.de minor.con
30 cluſ.1.quia † iudex nō debet author eſſe periurij.l.2. C. de indic.uid.toll.l.4.ubi Iaſ.nu.12. 13. de in lit. iuran. l. de die.8. §.pen.qui ſatiſd. cogan.Iaſ.repet.l. admonendi. nu. 300. de iureiur.ne quidē imperator, l.1.in fi. C. ſi aduer.
31 uendit.Itaq; † licet iuramentum promiſſoriū antiquo iure ciuili nō æquè obligationē inducat,Bart.nu.2.Iaſ.nu.8.& 11.Caſt.nu.8.d.auth. ſacramēta.& l.ſi quis pro eo. ubi Alex. & Alb. de fideiuſſ.maximè contra leges, l. iuriſgentium.§. & generaliter.pen.de pact.l. ſi quis inquilinos.§.pen.de legat.1.auth.quod eis.C.de nup.l.nō dubium.C.de legib. l. reprehenden-
32 da.C.de inſtit.& ſubſtit.ſecus † tamen eſt iure Canonico,quo firmantur cōtractus iuramento

to quamuis inualidi. d. c. cùm contingat. de
iureiur. c. quamuis. de pac. in 6. Dec. conſ. 202.
ut præſens. nu. 2. 3. Ant. Gab. Ro. lib. 2. de iure-
iur. concluſ. 8. 9. 10. etiam hæreditatum renun-
ciationes iure, alioquin infirmæ. d. c. 2. de pac.
in 6. quod ius nunc ciuile quoque eſt factum.
auth. ſacramenta. ubi Iaſ. nu. 8. 71. 72. 73. Sal.
num. 8. 17. Bart. nu. 20. Bald. num. 13. Bald. nu.
2. C. ſi ad. uend. Ant. Gab. Ro. lib. 2. de mino-
rib. cõcluſ. 5. in foro ciuili ſeruandũ, ut nouiſſ.
iux. l. ult. de conſt. prin. l. 1. ad l. Aquil. ita Iaſ. d.
auth. ſacramẽta. nu. 24. Imol. c. cùm cõtingat.
nu. 3. & 6. de iureiur. de quo non eſt diſputan-
33 dum, quoniã † nõ ſumus hic in contractu mi-
noris inualido ſed maioris tranſactione uali-
da per iuramentum cõfirmata & ideo ſeruan-
da. l. ſi quis maior. 41. C. de tranſac. etiamſi de
iuribus ſuis maior nõ fuerit certioratus. Cyn.
l. 2 quæſt. 6. & Salic. C. de reſcin. uend. Anton.
Buc. & Cano. c. pen. de empt. Ant. Gab. Rom.
lib. 2. de iureiur. concluſ. 3. Iaſ. nu. 55. & Dd. d.
auth. ſacramenta. C. ſi ad. uend. cum ne mino-
rem quidem iurantem certiorare neceſſe ſit,
ſecundum magis communem, Bar. nu. 16. 17.
d. auth. ſacramenta. C. ſi ad. uend. l. ſciendũ. de
uerb. obl. Guid. Pap. quæſt. 227. Afflict. deciſ.
Neap. 159. Aufred ad deciſ. Tholoſ. 49. Alex.
conſil. 80. in fi. uol. 5. & paſsim, Bertran. conſ.
162. num. 3. conſ. 169 in fin. uol. 1. conſ. 46. in
fin. uol. 2. conſ. 51. num. 1. 2. 3. uol. 3. Afflict. nu.
18. poſt Aluar. §. item ſacramẽta. de pace iura.
fir. Ant. Gab. Rom. lib. 2. de iureiur. concluſ. 3.
34 quia † iuramentum facit eum reputari pro
maiore. l. ſi alicuius. C. ſi min. ſe ma. Bart. num.
15. 16. d. auth. ſacramenta. & ibi Iaſ. nu. 33. uim
habet ſpecialis renunciationis. Tiraqu. de leg.
cõnu. in fin. glo. 5. nu. 148. Ant. Gab. Rom. lib.
2. de iureiur. concluſ. 4. & expreſsi conſenſus.
Iaſ. l. ſi cõuenerit. num. 15. de iuriſdict. ac com-
plectitur omnia, quæ generalitate diſpoſitio-
nis comprehendi poſſunt. latè Ant. Gomez.
35 de contract. tomo 2. cap. 14. nu. 19. nec † intel-
ligitur quis ad illud accedere, niſi re diligen-
ter explorata. Iaſ. l. ſi quis in conſcribendo. nu.
19. C. de pact. per c. ex reſcripto. de iureiur. ſed
potius exiſtimatur renuncians notitiam bo-
norum habuiſſe. Alex. conſ. 126. in fine, lib. 2.
ſaltem in genere, quod quidem ad firmamen-
tum iuramenti ſufficit. Imol. c. Quintauallis.
nu. 46. de iureiur. per c. ſcienter. de reg. iur. in
6. Crauet. conſ. 192. nu. 1. conſ. 114. nu. 2. in hoc
tantum eſt hac in parte differẽtia inter mino-
rem & maiorẽ, quòd licet minor quoad iura-
mentũ quod ſpirituale eſt pro adulto habea-
tur, Iaſ. d. auth. ſacramenta. num. 33. ut curato-
re non habeat opus. Crauet. conſil. 7. nu. 16.
36 quia † iuramentum ſolennitates ſupplet. l. 3.
C. ſi min. ſe ma. l. 1. cum auth. ſeq. ubi Dd. C. ſi
ad. uen. alioqui requiſitas, Alex. conſ. 53. num.
6. 7. uol. 3. Gramma. cõſ. ciuil. 100. nu. 77. Ant.
Gab. Rom. lib 2. de iureiur. concluſ. 5. nu. 14.
& de minor. concluſ. 5. nu. 9. & iuratæ idcirco
tranſactioni minor ſtare cogatur. Bald. l. 1. nu.
2. C. ſi ad. tranſac. uerſic. niſi interpoſitum: ta-
37 mẽ † in eo requiratur corporale iuramentũ.
d. auth. ſacramenta. ubi omnes Dd. Bald. d. l. 1.
nu. 2. uerſ. iuramentũ corporaliter præſtitũ. C.
ſi ad. tranſact. Ant. Gab. Ro. lib. 2. de minorib.
concluſ. 5. Iaſ. l. 3. §. iurare. nu. 2. 3. de iureiuran.
conſt. 35. pro parte 2. & ſi lædatur ſupra dimi-
diã, ſubueniri ei ſolet. Bart. d. auth. ſacramẽta.
nu. 14. & ibi oẽs Dd. præſertim Corn. nu. 84.
Crau. conſ. 7. nu. 5. parte, Roffred. in ac. quan.
mino. nu. 26. Ant. Gomez. de contrac. cap. 14.
nu. 18. 19. dicẽs eſſe communẽ, Imol. nu. 9. d. c.
cũ cõtingat. Turza. com. opin. 159. in fin. quã-
quã ne hoc quidẽ ſimpliciter indulget conſt.
38 35. parte 2. At † in maiore nec corporale iu-
ramentum requiritur quo ad obſeruantiam
tranſactionis. l. ſi quis. 41. in fin. C. de tranſact.
nec ei contra ſubuenitur etiamſi ſupra dimi-
diam probetur læſus, ut diſertè his in termi-
nis maiorem à minori diſtinguit gloſſ. l. 2.
uerb. iudicis. uerſic. item quid ſi uenditor iu-
rauerit. & uerſic. ſecus dico in minore. C. de re-
ſcin. uend. Crauet. conſil. 192. caſus. num. 2. &
3. Alexand. conſil. 42. in fin. lib. 1. Socin. conſ.
48. in fin. lib. 4. quoniam & ſciuiſſe ualorem
rei præſumitur. Crauet. conſil. 192. num. 2. &
3. qui licet ad partes diſputet, tamen non au-
det concludere quod contra iuramẽtum ſuc-
currat maioribus, ex l. 2. C. de reſcin. uend. Ita-
que ne per abſolutionem quidẽ huic poteſt
ſubueniri, Crauet. d. conſil. 192. nume. 3. Pa-
normit. num. 8. d. cap. cum contingat. Imol.
nu. 45. d. cap. Quintauallis. de iureiuran. Go-
mez. tomo 2. de contract. cap. 14. nu. 18. Fran-
cus num. 3. & Dd. d. c. quamuis. de pact. in 6.
Iaſon, l. ſi quis cum aliter. num. 15. de uerbor.
obligat. Panormit. conſil. 71. in fin. uolum. pri-
mo, Alexand. conſil. 125. uiſis. num. 9. uolum.
& ita practicari teſtatur Bugno. legum abro-
ga. cap. 87. Socin. conſil. 115. circa. num. 6. 7. 9.
uolum. 1. Roman. conſil. 337. in caſu. per tot.
Schurff. conſil. 17. nume. 15. 16. centur. 1. Boer.
deciſ. 62. & circa. nu. 13. 14. quod potiſsimum
eſſe uerum quando propinqui renunciationi
interuenerunt, probat Socin. conſil. 115. circa.
39 num. 9. uolum. 1. Itaque † dato quod ad ef-
fectum agendi poſſet abſolutio impetrari e-
tiam aduerſario non citato, Pariſ. conſil. 96.
num. 25. 26. uol. 1. Crauet. conſil. 7. Aenimun-
dus. num. 7. ad hoc ut pœna periurij uitetur.
Mauric. de in integ. reſt. cap. 310. quod uero.
nu. 2. Anto. Gomez. de contract. tomo 2. c. 14.
num. 21. tamẽ in progreſſu nihil prodeſſet, ut
multis confirmat Crauet. d. conſil. 7. nume. 7.
Pariſ. conſil. 44. num. 1. uolu. 1. ſed firmus ma-
nere deberet contractus iuratus. Ant. Gomez.
præal. lo. per Panor. c. cum contingat. nu. 9. de
iureiuran. Felin. nu. 26. c. 1. eod. tit. Caſt. nu. 9.
d. auth. ſacramenta. Angel. nu. 9. l. ſi quis pro
eo. de fideiuſſ. & conſil. 160. num. 5. potiſsi-
quoties,ut hic,pro annua mercede cõcedunt.
l.ſi domina.uerb. ſub certa annua pẽſione. C.
de uſufruc. l.circa.uerb.pẽſiones. C. de loca.l.
2.C.de præſcr.30.anno.l.2. uerſ. ſi de mercede
conueniat. ff. loca. Contractus enim habetur
pro locatiõe ex ſuis qualitatibus dato, quod
uerba repugnẽt. l. ſi uno.in prin. ubi gl. uerb.
ſed tranſactio. l.in lege.ff.loca. l.ſi olei. 21. ubi
16 Bald.Salic.& cõmuniter Dd.C.eo.tit.In † pri-
mis autem præſumitur locatio potius quâm
alius contractus præceſsiſſe, quoties non ſem
per eſt cẽſus uniformiter præſtitus. Berous q.
14.nu.1.Cagno.l.2.nu.202.C.de reſcin.uend.
Quãquam nec uniformis ſolutio proficit co-
lono,qui ſibi poſſeſsionis cauſam mutare ne-
quit:l.2. C.de præſcr.30.ann.l.2. §. pen. ff. pro
hæred. nec modo nullũ dominiũ habet,l.da-
mnũ.12. l.qui rem.20.l.ne cui 32. l.pen.l.ul.C.
loca.ſed ne quidẽ poſſeſsionẽ,l.3.§.cũ inquili-
nus.uerſ.ne poſsideret. ff. uti poſsid.l.3.§.q; ſi.
l.ſi colonus.31.l.qui uniuerſas.§.fi. de acq.poſ
ſeſſ.l.neq;.C.de uſufr.l.ſi cui locauerim. l.cũ in
plures.l.6.l.pen.l.ſi tibi. C. de loca. Phil. Porc.
cõſ.171.n.25.ex regula.l.quod meo.18.de acq.
poſſ.ut præſcribere nequeat, l. 2. C. de præſcr.
17 30.ann.l.2.§. pe. pro emp. præſertim † ex uni-
formis canonis præſtatione quæ pẽdet à me-
ra domini facultate & uolũtate, qui effluxo lo
catiõis tpe, poteſt ſub eadẽ pẽſione relinque-
re,uel nõ:l.legẽ.16.C.de loca.& cond.l.itẽ. §. fi.
cũ l.ſeq. ff.loca.Crau.conſ.107. Antonius.nu.
2.3. 4. ac colonum ſi ſuis legibus acquieſcere
nolit,expellere. l.3.ubi gloſ.l.ne cui.C.de loca.
18 ubi Sal.nu.8.l.ſi merces.15. loca. Neq; † colo-
nus ſic expulſus agere poteſt ad reſtitutionẽ,
tanquã ſpoliatus.Bal.l.ſi coloni.C.de loca. A-
lex.conſ.131.lib.4.Menoc.l.Attilius.nu.22. de
dona.ut nec famulus, quãuis lõgo tẽpore de-
tentus,Crau.d.cõſ.109. nu.3. per c.ſignificãte.
19 de appel. Nã † quod dicitur colonũ lõgi tem
poris habere ius in re, l.1.2. C. ſi ag.uec.Ferra.
in for.lib.ad ficti præſt. Crau. d. conſ.107. nu.
1.accipiendum eſt, quoties initiò (de quo hîc
non apparet) ſub longũ tẽpus res elocata eſt:
qđ nõ præſumitur, cũ poti⁹ annua ſit in ruſti-
cis locatio, in urbanis arbitraria. l. itẽ quæro.
14.§.ult.cũ l.ſeq.locat.gl.& Dd.l. legẽ.15. C. de
loca. Item illud ius quod habet colonus lõgo
tempore, tantum durat, quoad ipſum tẽpus,
poſt illud effluxum tollitur & ceſſat, Crauet.
dict.conſ.107.num. 4. Bald. l.2. C.de iur. em-
phyt.& conſ.177.num.3.lib.3. utpote ceſſante
eius cauſa & effluxa, c.1. §. 1. de inueſt. de re a-
lie.fact.l.lex.ff.de pignor. Tiraquel.latè in tra-
20 cta. ceſſante cauſa. in princ. Quæ † cum ita ſe
habeant, liquet, id quod ſit meræ facultatis,
præſcribi non poſſe: Panorm.cap.quod tranſ
lationem. nu.4. de off. leg. Chaſſ. in conſuet.
Burg.tit.1.de iuſtic.§.4.uerb.noua militia.nu.
11. maximè quod pendeat à domini uolun-
21 tate:Salic.& Dd.l.præſes.C.de ſeruit.dato † q;
nedum uniformem, ſed etiamſi nullam pen-
ſionem colonus ſoluiſſet,l.cum quidam.§.di-
uus.ubi Dd.de uſucap.l.Põponius. ubi Bald.
num.2.quib.mod.uſusfruct.Socin.conſ. 106.
libenti.nu.3.& 4.uol.3.Alcia.præſump.reg.2.
præſump.21.num.13.Intelligitur enim eadem
poſſeſsio continuata.Bald.Soc.Alciat. præal.
loc. quam ſibi colonus mutare nequit. l. 2. §.
pen.pro hær.l.qui bona.19. §.1. de acq. poſſ. l.
non ſolum. §.quod uulgo. de uſucap. Alciat.
præſump.reg.2.præſump.23.

Rationes decidendi.

HIS tamen non obſtantibus, pro ruſticis
poſſeſſoribus qui iam ab immemoriali tẽpo-
re hæc prata ſub uniformi canone poſſede-
rũt, puto concludendũ, & eos ab intentata a-
22 ctione iudico abſoluendos eſſe. Nam † ipſi
potius ut indubitati poſſeſſores domini præ-
ſumũtur:l.2.ubi Bal.nu.4.C. de proba.l.quo-
ties.ubi Iaſ.& Dd.C.de rei uend.Bart.nu. 4.&
Dd. l.quidã. de cõd.inſtit. Soc.ſenior n.18.19.
Soc.iun.nu.124.in l.1.de acq.poſſ.& idẽ l. na-
turaliter.11.§.1.nu.31. eod. tit. Mazold. conſil.
23 4.huius. nu.72.&105. Et † cùm ſine querela
hactenus ibi pecudes ſuas paſtum duxerint,
præſumũtur hoc iure ſui dominij feciſſe, non
ſeruitutis: quoniam in alieno paſcere non li-
cet, l.ult. C.de lege Aquil. l. Quintus.ff.eo. tit.
l.fin.C.de paſ.pub. lib.11. l.iniuriarum. cum l.
ſeq.de iniur.l.per agrum.C.de ſeruit. ſine iure
ſeruitutis, l.1.§. fin. l.4. de ſeruit. ruſtic. præd.
quæ non præſumitur, niſi probetur, l. altius.
C.de ſeruit.latè Iaſ.l.ſi prius.numer. 40. de o-
per.nou.nunc. Quamobrem iure potius do-
minij, quàm ſeruitutis, uideri debent ius in
illis paſcuis uſurpaſſe, Bartol.l.1.§. nuntiatio.
num.12.de oper.nou.nunc.Caſtrenſ.l.1. nu. 5.

de

de ſolut. Bald. cap. cum cauſam. 1. num. 12. 13.
de teſtib. Pariſ. conſ. 75. num. 7. uolum. 4. Ale-
xan. conſ. 51. uiſo. in fine, uolum. 1. Dec. conſil.
24 56. in cauſa. num. 3. Nec † obeſt, quod cen-
ſum annuum d. nobilibus hoc nomine præ-
ſtiterint. Nam præſumuntur potiùs ut domi-
ni, ex titulo cenſuali, quàm alio præſtitiſſe: c.
conſtitutus. de religioſ. dom. Iaſ. l. ſi priuſquã.
nu. 42. Bar. l. 1. §. nũtiatio. num. 12. de oper. no.
nun. Balb. l. Celſus. parte 4. q. 1. nu. 4. de uſu-
cap. donec aliud probetur, quod hîc probari
non poteſt. Specul. de loc. §. nũc uerò aliqua.
nu 80. Alexan. conſil. 51. uiſo. in fin. uol. 1. Dec.
conſil. 56. in cauſa. num. 3. Pariſ. conſil. 75. nu.
7. uolum. 4. Quoniam enim in dubio poſſeſ-
ſores præſumuntur domini, ut uidimus ex l.
2. ubi Bald. num. 4. C. de probat. ideo præſu-
muntur quoq; ſoluiſſe ex titulo ſibi minus o-
neroſo: l. 1. de ſolut. hoc eſt, potiùs nomine cẽ-
ſus, ut domini: quàm uelut penſionẽ, ex loca-
to aut emphyteuſi. Molin. in cõſ. Pariſ. tit. 2. de
cenſib. in fine princ. nu. 36. Socin. conſ. 266. in
cauſa nu. 5. 6. uol. 2. Matth. Afflic. §. ſi quis per
30. annos. in 6. notab. num. 5. & 6. ſi de feud.
def. Pariſ. conſil. 65. num. 7. uolum. 4. maxi-
mè quando (ſicut hîc) uniformis canon ſem-
per eſt ſolutus. Iaſ. l. 2. num. 155. poſt Alber. ibi
num. 11. C. de iur. emphyt. Ruin. conſi. 157. nu.
23. uolum. 1 Balb. tract. præſcr. quæſt. 9. quar-
tæ partis princ. parte 4. circa princ. Crauet. de
antiq. temp. part. 4. § materia. num. 105. Bon.
de cenſib. lib. 1. art. 44. per tot. Auguſtin. Be-
rous quæſt. 14. nu. 1. Hiero. Cag. l. 2. nu. 202.
25 C. de reſcin. uend. Ex † quo ſequitur, nec cen-
ſum hactenus uniformem talibus poſſeſſori-
bus augeri poſſe: cap. prohibemus. 7. ubi gl.
uerb. ueteres. & cap. 3. uerb. ab initio. de cen-
ſib. l. 1. C. de paſc. priua. lib. 11. cap. de cætero.
de tranſact. cap. auariciæ. de præben. ex regu-
la Iacobin. de homag. num. 33. 34. multò mi-
nus eos id detrectantes, expelli poſſe. cap. 3.
cap. prohibemus. de cenſib. glo. Panorm. cap.
conſtitutus. de relig. do. Bart. l. 1. §. hic titulus.
ubi Dd. de publica. Iaſ. auth. qui rem. num. 5.
6. 7. C. de ſacroſ. eccleſ. Soc. conſ. 147. non inu-
tilis. Chaſſ. in cõſue. Burg. rub. 11. de cenſib. in
prin. nu. 4. Nam paria ſunt augmẽtare anti-
quum cenſum uelle, aut imponere nouũ. d. c.
prohibemus. 7. de cenſib. Salic. num. 1. 2. l. 1. 2.
per illos text. C. nou. uectig. impo. Qui igitur
non poteſt imponere nouũ cenſum, certè nec
ueterem augere. d. c. prohibemus. 7. de cen-
ſib. Et conſequenter iſti nobiles qui ſe domi-
nos non probarunt, nequeunt poſſeſſoribus
ruſticis, qui tamdiu præſumuntur domini, l.
ultim. C. de rei uend. l. 2. C. de prob. fundos &
prata in quibus antiqua conſuetudo ſeruan-
da, l. cum nulla. C. de paſc. publ. lib. 11. l. 1. 2. C.
de fun. lim. nouo onere aggrauare, cap. 1. § 1.
de inueſt. de re alien. l. ſi pupill⁹. 7. §. ſi prætor.
26 de reb. eo l. uſufr. 9. C. de uſufr. Nec † modò
iſti poſſeſſores domini præſumunt ex præſta-
tione uniformis cenſus, gl. & Dd. l. ſolẽnib. C.
de rei uen. Iaſ. l. 2. nu. 39. C. de iure emph. Sal.
l. cum de in rem uerſo. de uſur. Bal. l. cum res.
in fin. C. de probat. ſed etiam quia probantur
hæc prata, ut pertinentias ſuorum prædio-
rum emiſſe, uendidiſſe, hæreditario iure, pro
dote, &c. acquiſiuiſſe: & hactenus cũ ſuis an-
teceſſoribus, ac maiorib. poſſediſſe pro ſuo:
Bart. nu. 4. l. ſi quis. §. differentia. de acq. poſſ.
Schurff. conſ. 50. uiſis. num. 1. cent. 1. unde ius
principale prædij ſequuntur illa. l. Caius. §. Ti-
tius. de lega. 2. l. prædijs. §. Titio. de lega. 3. l. æ-
de. §. ult. de contr. empt. l. Iulianus. 14. §. ult. cũ
ll. ſeq. de act. empt. Tiraq. de retrac. prox. §. 36.
gloſ. 3. num. 3. & 4. Bal. c. 1. num. 7. 8. 9. de cap.
qui cur. uend. ex communi doctrina in l. 3. in
27 princ. ubi Iaſ. de acq. poſſ. Quæ † ſaltem poſ-
ſeſsione conformi 30. annorum intelligũtur
eidem unita, Curt. tract. feud. parte 2. quæſt. 1.
num. 12 Dec. conſil. 498. uiſo. num. 21. 22. A-
lex. conſil. 70. in cauſa. num. 2. 3. 4. uolum. 3.
Oldrad. conſil. 296. num. 3. Boer. deciſ. 245.
nu. 5. & 6. Multò magis (ut hîc) immemoriali.
l. hoc iure. §. ductus aquæ. de aq. quot. Dec. in
terminis, conſ. 484. in fin. Crau. conſ. 4 nu. 5.
Oldrad. conſ. 296. nu. 2. 3. In ſumma cum de-
ciſum ſit cõſt. 4. pro part. 3. ruſticos per 30. an-
nos uniformẽ præſtationẽ contra dominum
præſcribere, non eſt in caſu deciſo longiùs in-
ſiſtendum. l. ancillæ. C. de furt. cum ſimilibus.
28 Non † obſtat generalis præſumptio ex iure
ſuperioritatis ducta: hæc enim tantum præ-
ſumptionẽ iuriſdictionis inducit, non domi-
nij: Mont. fin. regun. cap. 15. nu. 12. Crau. conſ.
154. uiſo. n. 1. Vnde paſcua non præſumuntur
pertinere ad dñm loci, ſed multò magis ad u-
niuerſitatẽ & homines ſubiectos. Crau. præal.
cõſ. 154. Calca. conſ. 34. n. 45. cõſ. 50. n. 3. Dec.
conſ. 550. iuridicam. in princ. Nec officit alle-
gata uſurpatio, & perceptio fructuũ: quia tan-
tum oſtẽduntur fructus iuriſdictionis perce-
piſſe, elocaſſe, cũ annuo cẽſu, quẽ d. ruſtici nõ
detrectãt: non igitur probat hoc eſſe quod ab
hoc contingit abeſſe. l. neq;. l. matrẽ. C. de pro-
29 bat. cum ſimil. Et † fruſtra allegatur titulus
locatiõis, ubi nullus probatur, l. 6. C. de præd.
nec præſumitur: cum cenſualis potius ex im-
memoriali præſtatione canonis uniformis
præſumatur, ut oſtenſum eſt. Quare conſtit.
pro. 39. cum ſeq parte 2. non aduerſatur ruſti-
cis, ſed ſcilicet magis cum illis facit: ex quo
non inueſtitura ſimplici uult argui poſſe, ꝙ
bona neutiquam ſint cenſualia, ſed ita demũ,
ſi initium oſtendi queat, quo data ſint, *als erb-
zinß gutere, vnd nicht als erbguter*, quod hîc abeſt.
Quamobrem & cenſus præſtatio ut maximẽ
ſuperioritatem argueret, c. 2. de cenſib. non tñ
dominiũ eius, cui ſoluitur: ſed ſoluẽtis poti⁹.
d. c. cõſtitutus. de relig. dom. Crauet. cõſ. 154.
uiſo. num. 1. pro quo facit & regula, quod in-
telligatur ac præſumatur potius poſsidere ex
titulo min⁹ oneroſo, atq; ita magis ex cẽſuali,
quàm

quàm emphyteutico, conductitio, uel ſimili,
d.c.conſtitutus. Molin. de cenſib.in fine prin.
Socin.conſil.263.parte 2. Crauet.conſil.204.
num.4. qui titulus hic etiam ex ſola poſſeſsi-
one immemoriali,ſatis eſt probatus: Anto.de
Butr.in c.peruenit.num.20.de cenſib.Cæpoll.
de ſer.ruſt. præd.cap.19. num.5. 6. quæ nec ti-
tulo quidem habet opus,latè Anto. Gab.Ro.
de præſcri.concluſ.1.nu.46. lib. 5. ne quidem
eius allegatione,Frāc.in 2.notab.c.1.de præſc.
in 6.Caſtr.Iaſ.l.ſi certis annis. C. de pact. Ant.
Gab. dict. concluſ.1. num. 47.& communem
dicit Crauet. de antiq. temp. parte 4. §. abſo-
lutis.num.48.

CONSILIVM LXIII.

De bonis paraphernalibus.

SVMMARIA.

1 ¶ *Fructus dotis lucratur maritus, & quæcunq; uxor operis ſuis quærit.*

2 *Quæ in diuerſorijs hoſpites uxori munerantur, acquirit maritus.*

3 *Fructus bonorum paraphernalium an maritus acquirat?*

4 *Maritus lucratur fructus paraphernalium, quæ ſciente muliere adminiſtrat.*

5 *In paraphernalibus habet mulier hypothecā, non ius prioritatis.*

6 *An mulier habeat hypothecam in bonis patris, ut ſocer.*

7 *Filia per nuptias nō liberatur patria poteſtate iure communi, ſed bene Saxonico.*

8 *Contractus patris cum filia nomine dotis conſtant.*

9 *Pacta dotalia ualent reſpectu dotis & ſimilium: cæterum quo ad futuram ſucceſsionem, in uim tantùm ultimæ uolūtatis ualent, & reuocabilia ſunt.*

1 NON † dubium eſt,quin fructus do-
tis lucretur maritus pro onerib.
matrimonij: l. pro oneribus. 20.
C. de iure dot. licet pro alimentis
ei concedere poſsit: l.2.C.de pact.
conu.l.ſi pateret.12.de pa.dot. quem in finem
& fructus cedūt,l.Pomponius.36. ubi gl.pen.
uerb.naturaliter. fam.erciſcund. & quæcunq;
uxor ſuis operis acquirit. l. Quintus. de don.
int.uir.& uxor.Bal.l.2.num. 3. C. ne uxor pro
marit. Aluar.de præſump.reg.3.præſump.26.
Tiraq.de legib.connub.in fine,glo.6.nu.263.
2 Quamobrem † & quæ in diuerſorijs ab ho-
ſpitibus donantur hoſpitæ matrifam. uiden-
tur eódem pertinere, quoniam intuitu ope-
rarum quas in domo mariti præſtat & reſpe-
ctu diuerſorij quod maritus exhibet bonæq;
3 tractationis, dari putantur. Quoad † fructus
bonorū paraphernalium quæ præter dotem
mulier ad maritū affert: de quibus Iaſ. & Dd.
l.maritus. nu.12.in fi. C.de procur.text.l.ult.l.
5. uerb.bona quæ dotis titulo non ſunt. l.hac
lege.8.C.de pact.conuen. Tiraq.in legib. con-
nub.in fin.gloſ.7.nu. 1. 2. cum multis ſequen.
Bald.c.iurauit.in fin. de probat.Bald.Nouell.
tract.dot.par.1.quæſt.7.num.1. & per tot. licet
diſtinguat Iaſ. ut non aliter marito quærātur
inde fruct⁹, quàm ſi percipiat ex mulieris uo-
luntate,Iaſ.d.l.maritus. in fi. C. de procur. per
l.maritus.ubi Bart.& Dd. ad l. Falcid. & ſolu-
to matrimonio, uelit eum non tantùm ad re-
ſtitutionem rerum paraphernaliū teneri, ue-
rum etiam fructuum extantium,& æſtimatio-
nem cōſumptorum: niſi fuerint induſtriales,
uel conſumpti in cōmunem uſum, aut de uo-
lūtate uxoris,per l.maritus.ubi Bart. Alex. ad
l.Falcid.Bald.c.ex parte.de teſtib. in fin. Alex.
conſ.42. ſuper. uol. 1. conſil. 43.ſuper. uol.2.
Franc.Aret.conſ.160.longa.Raph.Cum.conſ.
203.legatarius.Bald.Nouel. tract.dot.parte 1.
4 quæſt. 7. nu.1. Cōmuniter † tamen receptum
eſt,ut ſi mulier patiatur maritum etiam para-
phernalia adminiſtrare, (quod non cogitur,
etiam matrimonio conſtante,Iaſ.d.l.maritus.
nu. 14. C. de procur.)tum etiā fructus eorun-
dē lucro mariti cedāt.Bald.Ang.Fab. l.hac le-
ge.in fi.C.de pact.cōuen.Ang.conſ.62.Titius.
nu.6.per l.defuncta. de uſufr. l.ult.eod.tit.& l.
maritus.C.de procurat.glo. Bald.Ang.l. tibi.
Cod.de iur.dot.latè Tiraq.de ll.cōnub. in fin.
gl.7.nu.1.2.cū ſeq. Quod maximè procedere
debet iure Sax. quo marit⁹ mulierē cū omni-
bus bonis accipit in curā & poteſtatē, & eorū
fructus lucratur: artic.31.Landt.lib.1.art.45.
lib.3.quod propriū poteſtatis eſt,art.11. lib. 1.
Quod ita ſine diſtinctione ꝓcedere, declarat
Ioach.à Beuſt. in repet. l.admonendi.nu. 951.
cū ſeq.de iureiur. addēs. nu. 956. non tn̄ ipſa
bona mariti hac ratiōe fieri, ſed manere uxo-
5 ris,dif.Sax.6.per d.art.31.lib.1. Cæterū † boiū
bonorū nomine hypothecā habere mulierē
in bonis mariti, Neg.de pig.4.mem.par.2. n.
63.licet non ius prioritatis,probat Iaſ. d.l.ma
ritus. in fi.n.13.& 14. C.de procur.per Bal.l.fi.
C.de pact.cōuen.gl.ſing.l.ſi ego.§.dotis.uerb.
cōdici. ff.de iur. dot. ſicut habet pro alimētis,
Neguz.4.mēb. par.2.n.47.& precio rerū alie-
natarū à marito,Neguz.ib.nu.57.Bal.Nouel.
de dot.par.2.q.63.& donatiōe ꝓpter nuptias,
Neguzan.ibid. num.64. Ea uerò hypotheca
cum actione dotis,ambulat actiuè & paſsiuè,
Bar.& Dd.l.1.ſol.ma. Iaſ.& alij.§.fuerat.Inſt.de
act. Neguzan. tract. pign.4. memb.2. partis,
num.30. & tenet omnes, qui ad conſeruatio-
nem uel reſtitutionē dotis ſunt obligati, Dd.
l.ſi cum dotem.§.tranſgrediamur.ſolut.matr.
Neguz.

Neguzan.trac.pig.4.membro, part.2.nu. 41.
6 Ex quo † conſequetur, quod etiam in bonis
ſoceri eãdem hypothecam habebit: Bar.Caſt.
Alex.Imol.d.§. trãſgrediamur. Bal. Nouel. de
dot.parte.6.priuil.20.nu.8.Neguz.latè preal.
loc. atq; adeo in patrimonio proprij ſui pa-
rentis, qui uel dotẽ,uel paraphernalia, in pa-
cto dotali promiſit, neq; dum ſoluit. Neguz.
præal.loco, Bal. Nouel. de dot.parte 6.priuil.
7.& part. 12.nu.8.ac alibi paſsim.Nã liberi ha
bẽt hypothecã in bonis patris: l. ſi quis prio-
ris.§.in illo. C.de ſec.nupt. reſpectu præſertim
ſui iuris,in quo pater uſumfructũ non habet:
& ideo rationẽ debet. Bar.l.ult.§.1.de uer.obl.
Bal.l.cum oportet.§.fi. C. de bon.quæ lib.l. fi-
liæ cuius.C.fam.erciſ.Soc.conſ.34.proſequen
do.in fi.uol. 1. Neguz.tract.pig.4.memb.par.
2.nu.16.17.18. Imputatur tñ marito,ſi dotem
non exegit à ſocero, quãdiu ſoluendo fuit. l.
nupta.§.1.ubi Bart.ſol.matr. l.Lucius.eod.tit.
l.cũ in fundo.§.1.l.ſi extraneus. l. promittẽdo.
de iur.dot.Bal.Nouel.de dote,part.2. Illud ue
rò hîc extra dubiũ ponatur, quòd pactũ do-
tale patrem obliget,l.pater.7.C.de pac. conu.
l.cum dos.7.l.1. ubi gl.pen.l.ſi ita.l.auus. 10. l.
cum pater.11. cũ ll.ſeqq.& tot.tit.de pact. dot.
quaſi cũ genero potiùs, quàm filia factum: l.
cum dos.7.& paſsim,eod.tit. de pact.dot.quę
7 & ipſa, licet † iure cõmuni per nuptias non li
beretur patria poteſtate, l.1.2.de lib.exh. l.2.§.
quod ſi.ſol.matr.l.1.de lib.agnoſ.l.1. §.ult. l. cũ
qui. §. ſi nupta. de iniur. Tiraq. de ll. connub.
8 in princ. ut † cum patre contrahere commo-
dùm non poſsit: l.2. de contrah.empt.tamen
ob nuptias donatio illi facta à patre, & obli-
gatio cum hoc contracta, cõſiſtit: l. Pompo-
nius.36.fam.erciſ. ut alius quilibet cõtractus,
& obligatio etiam tacita, fauore dotis. Balb.
de dot.part.6.priuil.15. Et certè iure Sax. pa-
tria iũ poteſtate liberatur. Landr.lib.2.art.19.
art.11.li.1.conſt.pro.10. parte 2.Reinh. diff.32.
9 & ult. Quanquã † aũt pater nõ obligatur pa-
ctis filiæ dotalibus, quatenus de futura eius
ſucceſsione in ijs actum: l. pactũ dotali.15.l.fi.
C.de pact.Iaſ.l.ſtipulatio hoc modo. n.20. de
uerb.ob.& d.l.fi.nu.12.20. l.nemo. nu.20. 22.
de legat.1. Schurf. conſ.11.in propoſito. nu.3.
cent.1. ubi nu.4. ad pactum ſuper quota tan-
tum hæreditatis extendit, cum hactenus ſint
quædam ultima uoluntas, Bar.& Dd.l.tale pa
ctum.in fin.de pact.& l.pactum dotali. l. licet.
l.ult.C.de pact.reuocatoria,l.4.de alimen. le-
ga. quamlibet in pactum deducta: l.ult. C. de
pact. l.ſtipulatio hoc modo. de uerb.ob. cõſt.
prouinc.43. uerſ. *als do die erbſchafft.* parte 3. ſi-
cut & donatio cauſa mortis, à filia patris con-
ſenſu facta: Cyn.l.nec fratris.in fi.C.de donat.
cauſ.mor.Bar.l.2.§.1.de donat. Ferr.in for.lib.
ꝓ donato.nu.9.text.l.ſenatus. §. mortis.l. qui
mortis.l.ſi alienam. §.1. de dona.cauſ.mor.ſe-
cus tamen eſt in donationib.inter uiuos, quæ
ſunt irreuocabiles,l.1.2.3.& tot.tit. C.de reuo-
can.donat.l.fi.C.de uſucap.pro don. maximè
nuptiarũ, & ideo dotis cauſa cum filio eiuſq;
marito factis: l.de dic.24.cum ll. ſeq.l.ſi pater.
12.& paſsim, de pac.do.l.4.l.5.6.C.de pact.cõ
uen. cũ hactenus ſunt cõtractus, cõſt.pro. 43.
in prin.par.3. & ideo ſine mutuo cõſenſu irre-
uocabilis,l.ſicut. C.de act.& ſuper diſpoſitiõe
dotis, & donatiõis propter nuptias in caſum
mortis deducta: d. l. ſi pater. 12. de pact. dot.
qđ ſecus eſt quoad pactũ futuræ ſucceſsiõis,
quia non ualet in uim contractus, ſed ultimæ
tantùm uoluntatis, conſt. 43. parte 3. Ex qua
hęc diſtinctio colligi poteſt: ut quæcũq; in pa
ctis dotalitijs ualent iure contractus, non niſi
mutuo cõſenſu reuocari poſsint: quæ uerò tã-
tum iure ultimæ uolũtatis (quatenus ſcilicet
de futura ſucceſsionę diſponũt, & ideo 5.teſti-
bus opus habent) ea ſint ab eo reuocabilia,
cuius de ſucceſsione tractatur, d.l.pactum do
tali.C.de pac.l.5.C.de pact.con.

CONSILIVM LXIIII.

De inueſtitura abuſiua.

SVMMARIA.

1 *Inueſtire de feudo uinctis, an Princeps poſsit?*
2 *Ius inueſtituræ abuſiuæ tranſmittitur ad hæredes.*
3 *Dominus inueſtiendo obligatur ad tradendum feudum, uel æquiualens, cum reparatione damni.*
4 *Prior inueſtitus poſteriori præfertur.*

Rationum decidendi ſummaria.

5 ¶ *Inueſtitus realiter, etiam ex poſteriori titulo, præfertur abuſiuè inueſtito.*
6 *Appertinentiæ uidentur unà conceſſæ.*
7 *De principali inueſtitus, intelligitur & de acceſſorio.*
8 *Qualitas poſſeſsionis eadẽ, in poſſeſſores præſumitur continuata.*
9 *Dominus alios inueſtiendo, non poteſt alijs ſimultaneè inueſtitis, ius ſuum auferre.*
10 *Inueſtitura tertij, nõ nocet legitimo poſſeſſori.*
11 *Dominus etiam ignorans alienum tenetur, niſi inueſtitus id ſciuerit.*
12 *Inueſtitura erronea non præiudicat.*
13 *Succeſſores inueſtientis, qui non capiunt iure hæreditario, non tenentur.*
14 *Tutores bonam fidem agnoſcere poſſunt, nec malam cauſam proſequi coguntur.*

In

IN hac appellationis cauſa du-
bium non habet, quin pater ap-
pellantis potuerit inueſtiri per
1 Principem, de feudo † adhuc ui-
uentis, ſed amentis poſſeſſoris:
c.1.in fi.qui ſucceſſ.tenean. etiam illo non con
ſentiente : Iacob.in inueſt.uerb.inueſtiuit.nu.
12. dũmodo non purè, quod abſq; conſenſu
poſſeſſoris fieri nequit, Iacobin. ibid. ſed in
caſum mortis id fiat: ſicut hîc factum eſt. Dd.
d.c.1. qui ſucceſſ. tenean. per c.1.de cler.qui in-
ueſt.Schurff.conſ.53.quod in præſenti.nu.10.
cent.1.quã cõmunem eſſe dicunt Claud. l. ult.
nu.13. C. de pact.Iul.Clarus de feu. quæſt. 14.
qui tamen addit,Principes ab eiuſmodi inue-
ſtituris,ut odioſis, Iſer.nu.13.c.1.qui ſucceſ.te-
nean.rectiùs abſtinere, quòd inducãt uotum
captandæ mortis : pro quo l.1. & tot.tit. C. de
pet.bon.ſubl.lib.10. etiãſi hæc Principis inten
tio nõ ſit. Afflic.c.1.nu.26.qui ſucceſſ. ten. c.de
2 occidentis.24.quæſt.1. Hoc † igitur poſito,ſe-
quitur ius huic ad hæredem trãſiuiſſe, actiuè
ac paſsiuè,d.c.1.qui ſucceſſ. ten. ubi Dd. uelut
ex alijs cõtractib.l.2. C.de pact.int.empt.quo-
rũ naturã feudũ retinet, ut comprehendat hæ
redem, licet nulla eius mentione in inueſtitu-
ris facta:gl.mag.c.1. ubi Dd. quib.mod. feud.
conſt.Schurf.conſil.23.quod illuſtres.num.3.
cent. 1. & conſequenter ius etiã trãſmiſsionis,
Bald.& Aluar.1.notab.d.cap.1. qui ſucceſſ.te-
3 nean. Vt igitur † dominus inueſtiendo obli-
gatur ad tradendum uaſallo feudum, uel a-
liud æquiualens, cap. ſi facta. ſi de feud. cont.
fue. int.dom.& agn. Zaſ.in Epito. feud. parte
6.num.12. qual. feud. conſt. cum reſtitutione
damni,ob dilatam poſſeſsionem facti. cap. 1.
in fin. de noua for. fidelita. Zaſ. dict. parte 6.
num. 12. ſic etiam ex tali inueſtitura poſt aper
tum feudum, non ipſius modò, ſed ſi ſit lai-
cus, (ut hîc) etiam ſucceſſor eius tenetur. c. 1.
§.fi.ubi gloſ.& omnes Dd. qui ſucceſſ. tenean.
Eſt enim inueſtitura quidam hinc inde con-
tractus, Menoch.conſ.101.num.28.conſ.103.
num.53. noua ſcilicet, de qua hîc: nam anti-
quæ renouatio propriè inueſtitura non eſt,
quia nec beneficium, Menoch.conſil. 66. nu-
mer.40. ſed actus iuriſdictionis debitus. Me-
4 noch.d.conſil.66. nu.21. Et † licet alius etiam
de eodem inueſtitus pòſt inueniatur : tamen
quia ius priori quæſitum,non poteſt ei aufer-
ri,l.ultim. de pact. l.id quod. de regul.iur. cui
Princeps tradidiſſe intelligitur: Iaſ. l. quoties.
num.5.& 30.C.de rei uendicat. idcirco potior
eſſe prioris debet cauſa, Aluar.d. cap. ſi facta.
ſi de feud.con.Zaſ.in Epito. feud. parte 6. nu.
14.& 15. præſertim cùm etiam poſſeſsio præ-
ſumatur illi prius tradita. Iacobin. in inueſt.
uerb.inueſtiui.num.7.

Rationes decidendi.

HAEC etſi ſpecioſè dicantur, tamen ut in
priore inſtantia, rei poſſeſſores, ab hac peti-
tione agentis abſoluti ſunt : ita prouidere li-
cet,confirmatoriam ſententiam in eandẽ ſen-
tentiam hac in ſecunda inſtantia ſubſecutu-
ram eſſe. Quod ut dilucidetur, uideamus pri-
mò, quid contra reos : ſecundò, quid contra
dominũ : tertiò, quid aduerſus tutores ſuos,
qui in impuberi ſua ætate negotium hoc ne-
glexerunt,d.appellans obtinere,uel obtinen-
dum ſperare, poſsit. Quod ad primũ attinet,
ex actis & inueſtituris liquidò paret, etiam ex
hodierna, quam rei tenent, poſſeſsione pro-
batur, ipſos & eorum authores ſtatim à mor-
te poſtremi poſſeſſoris fatui, poſſeſsionẽ ade-
ptos, & in ea per inueſtituras ſæpe repetitas,
5 confirmatos eſſe. Atqui † feudalis poſſeſſor,
etiam titulo poſterior, præfertur habẽti prio-
rem inueſtituram ſine poſſeſsione. glo. 1. uerſ.
ſed quid.c.ſi facta. ſi de feu. fuer.cont.in.dom.
& uaſ. quam ſequuntur ibi omnes per l. quo-
ties.ubi Iaſ.nu.30.31.C.de rei uend.Bald. & a-
lij cap.1.de no.for.fidel. Zaſ. in Epito. parte 6.
qual.feud.conſt.nu.12.13.14. Iacob. in inueſt.
feud.uerb. inueſtiui talem. nu. 3. cum ſequen.
Schur.conſ.53.quod in præſenti. nu.3.4.5.16.
& per totũ, cent.1. quare ſuperior theorica, de
præferẽdo in dubijs eo qui priorẽ inueſtiturã
adeptus eſt, locũ hîc non habet in caſu claro:
l.cõtinuus.§.cũ ita de uerb.ob.l.ancillæ. C. de
furt.ubi ceſſare debent cauillationes aduoca-
torũ,Crau.conſ.223.nobilis. nu.7.& 8. Quan-
quã nec illud ſatis oſtẽſum,d.appellantẽ ante
reos inueſtiturã obtinuiſſe,cum rei, licet anti-
quiorẽ ſpecialẽ non probauerint, tñ edocue-
rint,hoc feudum eſſe quãdam ſui Principalis
6 feudi,quo † ante tẽpus immemoriale ſemper
inueſtiti fuerũt, abſq; cõtrouerſia eorũ maio-
res poſſeſſores, appertinentiã eidẽ unitã, Ti-
raq.de retrac. ꝓx. §.36.gl.3.n.4. & cohærentẽ:
Tiraq.ibid. parte 1 §.36.glo.3. Mont.tract. fin.
reg.c.79.& 80. ut unà uideri debeat conceſſa,
l.uia conſtitui.§.pen.& §.ul.de ſer.ruſt. præd.l.
uxorem.§. legauerat. de legat.3. Lauren. Cal-
ca.conſ.90.quia.nu.6.Mont.trac.fin. regund.
cap.80.nu.2.3.4.5.6. ubi hoc etiam ad uaſal-
lorum territoria,& iuriſdictiones extẽdit, per
7 Par.de Put.uerb.caſtrum.de uerb.ſign.ut † de
principali ſemper inueſtiti, etiam de hoc ap-
pertinẽti uideantur inueſtiti fuiſſe: Pariſ. cõſ.
23.nu.18.cõſ.22.nu.98.uol.1. Bald. & Dd. c. 1.
§.1. de cõt.inueſt.Bal. c.1.de uaſ.qui con.conſt.
Loth.& cõſ.225.quæſtio.nu.1.uol.1. c.ſi uaſal-
lus.1.nu.9.ſi de feud.cont. Zaſ. in Epito. feud.
8 parte 6.num. 29. cum † qualitas poſſeſsionis
eadẽ,ſemper intelligatur in poſſeſſores conti-
nuata,Bal.c.1.§. inter filiã. ſi de feud. cont. ꝑ l.
cũ miles.ex quib.cauſ. maio. Præterea iſti poſ-
ſeſſores, cũ ultimo fatuo poſſeſſore huiꝰ feudi
cõtentioſi,agnato ſuo de principali feudo cæ-
terisq; ipſius familię ſemper inueniũtur fuiſſe
inueſtiti,ut poſt eius mortẽ nunquã fuerit do
mino apertũ, & ꝑ cõſequẽs cõditio illiꝰ abuſi-
uæ inueſtiturę,quã appellãs obtẽdit,nunquã
exti-

extiterit: legitimo hærede agnato ultimi poſ-
9 ſeſſoris relicto, & † quidem ſimultaneè inue-
ſtito, Aluar. c.1.nu.3. uerſic. nota quod abuſi-
ua inueſtitura. qui ſucceſſ. feu. ten. cui ius ſuū
auferre dominus non potuit, §.ult. qual. olim
feud. po. alie. non quoad actum, l.ult. ubi Dd.
præſertim Iaſ. C. ſi cont. ius. l. meminerint. C.
unde ui. & conſequenter, nec quo ad potenti-
am: Bald. c.1.nu.7. qui ſucceſſ ten. per l. diuus.
§.1. de uſu & hab. nec uoluiſſe auferre prǽſumi
tur, l.2.§. ſi quis à principe. §. merito. ne quid
in lo. publ. Afflict. in terminis, cap.1. num. 12.
qui ſucceſſ. ten. ſed de ſuo largiri uoluiſſe, hoc
eſt, ſibi aperto, non de alieno: Bal. l. ult. quæſt.
4. C. de edict. diui Adria. tollen. ſaluoq; iure
tertij, Caſtrenſ. conſil. 72. in cauſa. num. 2. uol.
2. Dec. conſil. 468. ſuperiori. numer. 26. Henn.
God. conſil. feud. 13. quædam. num. 28. præ-
10 ſertim † legitimi poſſeſſoris, l. ult. uerb. legiti-
mi. ubi Bald. num. 41. C. de edict. diui Adria. l.
aſsiduis. in fi. C. qui pot in pig. cuius reſpectu
præſumitur alterius inueſtitura fraudulenter
impetrata, Zaſ. conſil. 17. num. 75. lib. 1. & quæ
abuſiuam alterius inueſtituram extinguit:
Curt. tract. feud. parte 2. nu. 36. per c. 1. de in-
ueſt. de re alien. utpote cōditionis defectu an-
nihilatam. Afflict. cap. 1. num. 12. qui ſucceſſ.
tenean. Bald. d. l. ultim. num. 41. quæſt. 4. C. de
edict. diui Adria. Eſt enim inueſtitura quæ-
dam in poſſeſsionem miſsio: Bald. cap. 1. in fi.
de proh feud. alien. per Lothar. Schurff. con-
ſil. 53. quod in præſenti. cent 1. præſertim abu-
ſiua. Iſer. cap. 1. nu. 4. & 5. qui ſucceſſ. teneant.
Quare ſi alius legitimè poſsideat, pro non fa-
cta habetur: Bald. d. l. ult. num. 41. C. de edict.
diui Adria. per l. idem Labeo. §. 1. fam. her.
l. ille à quo. §. 1. ad Trebellian. quoniam illi
Princeps intelligitur noluiſſe præiudicare, c.
quoniam. ut lite non conteſt. aut poſſeſsionē
ſine cauſæ cognitione auferre. l. meminerint.
C. unde ui, l. fin. C. ſi per uim. Ex his patet &
11 ſecundi dubij reſolutio. Nam † licet dominus
de alieno inueſtiens teneatur uaſallo ad feu-
dum præſtandum, uel ſimile, cap. 1. ubi Dd. de
inueſt. de re alien. fact. Curtius parte feud. 2.
num. 37. uel ſaltem ad intereſſe: Bald. cap. 1. in
prin. quid ſit inueſt. Iſer. cap 1 num. 13. qui ſuc
ceſſ. tenean. & quidem indiſtinctè, ſiue ſciuerit
alienum eſſe, ſiue ſecus: quia ſcire debuit, d. c.
1. ubi gloſſ. & Dd. de inueſt. de re alien. fact.
quod pro ſcientia habetur: l. quiſquis. C. de
reſcind. uend. l. quod te. ſi cert. peta. tamen id
non obtinet, quoties (ut hîc) uaſallus ſciuit
alienum eſſe, de quo inueſtiebatur: cap. 1. ubi
Aluaro. num. 2.3. 4. ſi uaſal. de feud. fuer. in-
terp. uel dominus inductus eſt falſa relatione
ad concedendum alienum, quod putaret eſſe
ſuum. Afflict. in terminis noſtris, num. 12. qui
12 ſucceſſ. tenean. Inueſtitura † enim erronea nō
præiudicat: cap. moribus. ubi Afflict. num. 2.
ſi de feud. fue. cont. Alexan. conſil. 9. num. 12.
lib. 5. Dec. conſil. 63. num. 6. imò nulla eſt, Me-
noch. conſil. 1. num. 87. 88. & proinde nullum
operatur effectum. Socin. conſil. 115. num. 15.
uol. 4. Pariſ. conſil. 171. num. 1. uol. 4. Chaſſan.
in conſue. Burg. de feud. §. 8. uerb. *ne prend.*
num. 4. Quod minus dubij habet, cum (ut
hîc) dominus in inueſtitura exprimit, ſe con-
cedere feudum ſibi apertum, utpote ſuum:
quo caſu, ſiquidem inueniatur alienum, neq;
dum apertum, nec ipſe, neq; eius ſucceſſores
de euictione tenentur, ut in terminis huius
abuſiuæ inueſtituræ decidit Afflict. d. c. 1. nu.
12. qui ſucceſſ. tenean. And. Iſer. cap. 1. in prin.
de lege Corra. quia perinde eſt, atque ſi non
conceſsiſſet conditione eius contractus defi-
ciente, Afflict. prǽalleg. lo. Iaſ. l. pecuniam. nu.
4. ſi cert. peta. Menoch. conſil. 38. num. 14. 16.
conſil. 63. num. 30. cum nihil de iure tertij con
cedere uoluerit, Afflict. præalleg. lo. aut legiti-
mi poſſeſſoris. Bald. d. l. ult. nu. 41. C. de edict.
diui Adria. Aluar. num. 3. cap. 1. qui ſucceſſ. te-
13 nean. Super † hæc quod dicitur, ſucceſſores
ad euictionem abuſiuæ inueſtituræ teneri, ac-
cipiendum eſt de ijs, qui iure hæreditario ca-
piunt, non illis, qui ex pacto prouidentiæ ſuc
cedunt. And. Iſer. in fin. Afflict. num. 30. in 2.
fallen. cap. 1. qui ſucceſſ. tenean. per c. 1. an ag.
uel fil. At dominus qui nunc tenet, non habet
ex ſucceſsione hæreditaria, ſed alio titulo, &
quidem à fiſco, qui de euictione eiuſmodi nō
obligatur, & proinde nec is qui ab eo cauſam
habet: Bal. num. 11. uerſ. quæro, quid de fiſco.
& Aluaro. copioſius num. 6. cap. 1. qui ſucceſſ.
tenean. quoniam æquiparatur ſucceſſori præ-
lati, qui pariter nullam euictionem debet. Al-
uar. & Dd. ibidem per eum text. Ex his manat
14 iam & tertij dubij diſceptatio. Nec † enim
eſt imputandum tutoribus huius appellan-
tis, qui bonam fidem agnoſcere potuerunt, l.
ſi fideiuſſor. 29. §. quædam manda. quòd feu-
dum iſtud nō petierint, cum nullum ius, nul-
lamq; ſpem obtinendi probabilem habue-
rint. Salic. num. 9. Iaſ. num. 30. 31. l. quoties. C.
de rei uend. Zaſ. in epito. parte 6. num. 40. &
conſil. 1. numer. 24. Bald. l. ultim. numer. 2. C. ſi
pend. app. l. non eſt ignotum. 6. C. de ad. tuto.
l. 1. §. ſi pupillus. de tut. & ra. diſtrahen. nec etiā
inueſtituram petere litigioſam, cui ſe poſſeſ-
ſores agnati opponere parati erant, neceſſe
habuerunt. Bald. l. ſi ſolennibus. num. 6. & ibi
Salic. C. de rei uend. per l. quamdiu. C. qui ad-
mit. Aluar. c. 1. in prin. num. 11. quæ fuit prima
cauſ. Iſer. c. 1. in prin. de lege Corra.

CONSILIVM LXV.

De uenditione retractanda.

SVMMARIA.

1 ¶ *Quomodo, & quibus de cauſis bona minorum rectè ac legitimè alienari poßint.*

2 *Nec mater, nec quilibet alius rectè tutelam adminiſtrare poteſt, niſi ſit illi à magiſtratu ſolenniter decreta.*

3 *Solennitas extrinſecus adueniens non præſumitur, ſed debet probari.*

4 *Pater, quamuis legitimus tutor & adminiſtrator, non poteſt bona minorum abſq; iuſta cauſa, & decreto iudicis alienare.*

5 *Venditio per dolum, aut contra ius municipale facta, non ualet. & nu. 10.*

6 *Minores in integrum reſtituuntur ob læſionem qualemcunq;, modò non ſit minima: etiam ubi tutoris autoritas, uel decretum præſidis & magiſtratus interuenit.*

Rationum decidendi ſummaria.

7 *Mater in ſucceßione auiæ præfertur liberis ſuis.*

8 *Poſt aditionem uel immixtionem, bona non amplius dicuntur defuncti, ſed hæredis.*

9 *In bonis parentum uiuentium non habent liberi aliquid iuris reipſa, ſed tantum ſpe: ideo parentes bona alienare poſſunt.*

11 *Dolus non præſumi, ſed probari debet.*

12 *Affinitas & coniunctio tollit ſuſpicionem fraudis*

13 *Nemo præſumitur rerum ſuarum ualorem (ignorare.*

14 *Caſus in ſtatuto omiſſus, remanet in diſpoſitione iuris communis.*

15 *Deceptus ultra dimidiam iuſti precij æſtimationem, habet beneficiũ l. 2. C. de reſc. uen.*

16 *Ex contractu inualido non competit efficax petitio, ſed exactio.*

17 *Cauſa ad iudicem ſemel delata, nõ poteſt ad arbitros reuocari.*

FACTVM eiuſmodi proponitur: Mater uidua & quaſi tutrix ſuorum liberorum dolo circumuenta, ante triennium uendidit genero ſuo ædes maternas ſuę matris iam demortuę precio 2000. florenorum, cum ualerent 3000. aureis, & tantidem uendi poſſent: idq; nulla inſigni neceſsitate coacta, & contra ius municipale illius loci, quo diſertè prohibentur uiduæ matres marito mortuo bona immobilia in detrimentum liberorum, quouis titulo alienare, abſque hæredum conſenſu, & tutorum (ſi qui inter hæredes minores ſint, tutoresq; habeant) autoritate, decretoq; iudicis, ac iuſta & neceſſaria cauſa Hanc itaq; uenditionem cum liberi d. uiduæ uenditricis impugnent, quæſtionis eſt: Vtrum hæc uenditio ualeat: an potius retractari poſsit & debeat. Secundò: Et ſi ualeat uenditio, an d. emptor cogi non poſsit, aut ad iuſtum precium ſupplẽdum, aut ſi id ſupplere nolit, ad domum uenditam reſtituendam. Tertiò: Interea, dum in iudicio lis ita pendet, & cauſa protrahitur, num poſsit d. emptor ad ſolutionem precij, de quo prius inter matrem & ipſum contractum erat, conueniri, citra præiudicium cauſæ pendentis, & illius, quæ in expectatione eſt, ſententiæ. Quartò: Et ſi uẽditio hæc nulla ratione impugnari poſsit, utrum deſiſtere à lite inſtituta d. liberi, & affinẽ ſuum emptorem ad arbitrium bonorum uirorum retrahere poſsint. Et ſi poſsint, quid de expenſis in iudicium factis ſit iudicandum, & quæ à quo præſtari debeant.

QVod ad primã quæſtionem attinet, uideri initio poterat, iſtiuſmodi uenditionem nõ ualere, & meritò retractari,
1 reuocariq; poſſe: ex eo, quòd † bona minorũ
nõ poſsint diſtrahi, niſi trib. cõcurrẽtib. uidelicet I. Neceſſaria alienationis cauſa, puta ære alieno incumbẽte, qđ aliunde ſolui nõ poſsit. II. Autoritate tutoris legitimè ordinati interueniente. III. Decreto iudicis, cum cauſæ cognitione, de permiſſu alienationis factæ. l. 1. 2. & t. t. ff. de reb eorũ, ubi Bar. Alb. Cuma. & cõmuniter ſcribẽtes, eo. t. C. de prædijs minorũ, ubi Bal. Sal. Horũ aũt triũ nihil hac in uenditione interueniſſe prǽſupponit & cõſtat. Nam neq; æs alienũ, atq; ita iuſta cauſa alienãdi extitit. Et quãuis alienari bona minorũ poſſunt ꝑpter alimẽta, quãdo nõ habẽt aliunde unde alantur, l. magis puto. §. ſi æs alienũ. ubi Alb. nu. 3. ff. de reb. eorũ: tamẽ cum eiuſmodi neceſſitatibus ſubueniri aliunde potuiſſet, puta ex rebus mobilibus, uel mutuo ſub oppignoratione bonorum ſumpto, intelligi licet, iuſtam hic nullam rei immobilis alienãdæ rationem apparuiſſe, d. l. magis puto. §. non paſsim. cum ſequen. ubi Alber. & Cuman. iuncta l. à diuo Pio. §. in uenditione. ff. de re iudic. ſed neque tutoris legitimè dati uel ordinati autoritatem interueniſſe, oſtenditur ex eo, quòd d. liberi nullum habuerint tutorem præter matrem, quæ uerè tutrix non erat, ſed tantùm
2 pro tutore negocia gerebat. Non † enim
decreta illi erat à magiſtratu tutela ſub renunciatione ſenatuſconſulti Velleiani coram iudice, & in inſtrumento publico facta:

qua

qua abſq; ſolennitate mater tutelã gerere nõ
poteſt.auth.matri. ubi glo.& Dd. ad uer.inter
geſta.C.quando mulier tutelæ off.fungi,gl.in
c.ex parte.ad uer.ſub poteſtate.extr.de appel-
lat.Alex.conſ.140.incip.ſuper.nu.7.uol.1. ſic-
uti nec quilibet alius tutor legitimus admini-
ſtrare tutelã poteſt, niſi ſit illi à magiſtratu ſo-
lenniter decreta,poſt ſatiſdationẽ & iuramen-
tum ritè præſtitũ, alijſq; requiſitis adhibitis:
quæ hoc in genere legib.exigunt̃,l.legitimus.
ubi Bar.nu.1.2.cum ſeq. ff.de legit. tut. Angel.
Aret.Inſtit.de legit.agnat.tutel. nu. 4. cũ mul-
tis ibi allegatis. Quamobrẽ ut maximè mater
hoc caſu pro tutore legitimo interueniſſet:ta-
men quoniã tutela nõ ſolẽniter, ut fieri debu-
it,illi fuit decreta,ideo nullo iure ualet aliena-
tio eius cõſenſu facta, l.3. C. de tutor. qui ſatis
nõ dedit,l.qui neq;.ubi Bar.Bal. Albe. Cuma.
ff.de reb.eorum, l. 2. ff. & C. de eo qui pro tu-
tore, l.4. C. in quibus cauſ. reſt. non eſt nec. l.
quoties. ubi Alber. num. 1. ff. de acquir. hær.
Tertiũ quoq; requiſitũ,uidelicet cauſæ cogni-
tio & decretum iudicis, hic nõ interueniſſe, in
3 aperto eſt,& alioquin certi iuris eſt, hæc † tria
in alienatione bonorũ minoris requiſita,nun
quã præſumi interueniſſe,utpote cũ ſint ſolen
nitatis extrinſecæ,niſi liquidò probent̃,l.quæ-
cunq;.§.ult.ff.de Pub. in rem act. l.ſciendũ.ubi
gl.Bar.Caſt.Iaſ.& communiter Dd. ff.de uerb.
4 obl.quod hic abeſt.Quanq; † aũt non deſint,
qui opinẽtur patrẽ legitimũ tutorem filiorũ,
etiã abſq; decreto horũ res alienare poſſe, Al-
ber. Cuma.poſt Bal. nu.4.in l.1.ff. de reb.eor.
per l.1.& l.ult.§.fin aũt.ubi Azo latè,Dec.conſ.
209.incip.in caſu. nu.3.C.de bonis maternis:
tamẽ uerior & communior aliorũ eſt ſentẽtia,
quæ etiã uſu ſeruatur, ut ne pater quidẽ, quã-
uis legitim9 tutor & adminiſtrator, poſsit bo-
na minorum abſq; cauſa & decreto alienare,
tex.in l.3. C.de prædijs & alijs reb.minor.& in
l.ſi pupillorũ.§.ſi pater.ff.de reb.eorũ,Bar.nu.
3. Alb.nu.8.in l.1.ff.eo.tit. Ruin. conſ. 201. col.
2.lib.5.Tiraq.in tract.de legib.connu.gl.3.nu.
34. & ut hoc maximè eſſet diſputabile in pa-
tre, qui eſt legitimus adminiſtrator: ſaltẽ q̃d
ad decretũ,ut dixi conſ.53.nu.53.tamẽ nõ du-
bitatur, quin mater quamuis tutrix, alienare
abſq; ſupradictis ſolennitatib.res liberorũ nõ
poſsit,Bal.in l.cum ipſe. nu.7. C.de cõtrahen.
emp. cum non ſit legitima adminiſtratrix,ut
pater, nec liberos habeat in poteſtate, l. filiæ.
ubi Alex.& Platea,Bal.in l.alienam.nu.1.C.de
ꝓcuratorib. & l. ſi mater. C. ad Velleian. Præ-
5 terea † cum hic & dolo circũuenta ſit uendi-
trix,& contra ius municipale ꝓhibitionemq;
legis facta uenditio, uidebatur ex utraq; hac
ratione cõtractus annullari. Nam uẽditio, in
qua altera pars dolo circũuenitur,eſt nulla. l.
& eleganter.in prin.ubi Bar. & Dd. ff. de dolo
malo,l.in cauſæ.in prin. de minorib.l.3. ff pro
ſocio.& cõtractus cõtra legis ꝓhibitionem fa-
cti,ualere nõ poſſunt,l. nõ dubiũ. C. de legib.
§.ſi aduerſus.Inſtit.de nup.cum ſimilib. quod
cum ita ſit,uidebatur concludendũ in hoc ca-
ſu d.alienationẽ non ualere,& cõſequenter li-
beros domũ hanc nulliter uenditã uendicare
ac repetere,etiam non reſtituto precio, ſi quid
forte ſolutum eſſet (niſi quatenus in rem eo-
rum uerſum probetur) poſſe, l.prædiorũ. ubi
Bal. Sali.& Dd.C.de prædijs minor.& t.t. ff.de
6 reb. eorum. Ac ut † maximè teneret hæc ipſo
iure uenditio, tamẽ uideri poterat ſaltem per
reſtitutionem in integrũ reſcindi poſſe: pro-
pterea quòd d. minores enormiter per hunc
contractum læſi ſint,utpote domo, quæ uale-
ret tribus millibus florenorum, pro duobus
millibus diſtracta. Conſtat enim minores re-
ſtitui in integrum poſſe ob læſionem, etiã ubi
tutoris interceſsit autoritas,l.2.& l.ult.C.ſi tu-
tor,uel cur. & decretum præſidis ac magiſtra-
tus interuenit,l.ſiquidem. C. de præd.minor.
Iaſ.in auth.ſacramenta puberum.in prin. C.ſi
aduerſus uenditionem:& reſtitui poſſe ob læ-
ſionem qualemcunq; etiã minorem dimidia
iuſti precij, dummodò non ſit omninò mini-
ma, l. quòd ſi minor. §. non ſemper. ff. de mi-
nor.Salic.in l.1.nu.1.C.ſi aduerſus uendit.pig.
Panor.in c.1.num. 9. extrà de reſtit. in integr.
Schurff.conſ.27.incip.quod ſuper.nu.3. cent.
1.& conſ.14.incip.ſtante.nu.3.cent.3.

Rationes decidendi.

HIS tamen non obſtantibus,cõtrarium in
præſenti caſu eſt ſtatuendũ, & de iure reſpon-
dendum. Hæc enim omnia, quæ ſuprà poſita
ſunt, procederent, ſi bona minorum hic uerè
alienata fuiſſent. Atqui ex propoſita facti ſpe-
cie intelligi poteſt,hanc domum non fuiſſe li-
berorum,ſed matris uenditricis. Allegatur e-
7 nim † fuiſſe domum hanc auiæ maternæ, & il
lam poſt mortem huius, à matre hærede filia
illius, eſſe uenditam. Succeſsit itaq; liberorũ
horum mater auiæ, filia nimirum ſuæ matri,
atq; ita per ſucceſsionem hanc domum ſibi,
non uerò liberis ſuis acquiſiuit. Mater enim
in ſucceſsione ſuæ matris, hoc eſt, liberorum
auiæ præfertur liberis ſuis,ut gradu proximi-
or,§.ita demum.Inſtit.de hæred.ab inteſt.l.1.§.
ſi filius.ff.de ſuis & legit.§.1.in auth.de hæred.
ab inteſt. uen. & ideo per ſucceſsionem, do-
mus, quæ fuerat auita, cœpit eſſe materna,&
8 propria uenditricis. Nam † per aditionem
uel immixtionem hæreditas unitur cum pa-
trimonio hæredis,& deſinit eſſe hæreditas,ita
ut non amplius dicantur bona defuncti, ſed
hæredis.latè Decius in l.hæreditas. nu. 1.& 4.
ff.de regul. iur. per not. gloſſ. in l.1. §. ueteres.
quam ſequitur ibi Iaſ.num.14.& 20. ff. de ac-
quir. poſſeſſ. Bart.in l.3. in princ. de bon. poſ-
ſeſſ.per l.ſed etſi plures. §.filium. de uulgar. &
pupill. l. cum hæredem. in princ. de acquir.
poſſeſſ. Iaſ. latè rubr.de acquir. hæred.num.5.
9 cum multis ſeq. de acquir. hær. Quod † cùm
ita ſit, habuit mater, ut domina, poteſtatem

h 2 domum

domũ ſuã diſtrahẽdi, l. 2. C. de reb. al. nõ alie-
nan. cum quiſq; ſuæ rei ſit moderator & arbi-
ter, l. in re mandata. C. mãdati: & proprius ſit
dominij effectus, poſſe rem ſuam alienare, §.
per traditionem. Inſtit. de rerum diuiſ. latè
Schurff. conſil. 50. incip. uiſis. nu. 1. cent. 1. Nec
poſſunt liberi aliquid iuris prætendere, & ſibi
arrogare in bonis matris adhuc uiuæ: cum
uiuentis nulla ſit hæreditas, l. 1. de hæred. uel
act. uend. & liberi in bonis parentum uiuen-
tium tantum ſpe, non etiam re ius habeant, l.
in ſuis. ubi gloſſ. Bart. Iaſ. Caſtr. ff. de liber. &
poſth. Vnde quæ dicta ſunt de reuocãda alie-
natione bonorum pupillarium, uel cõceden-
da reſtitutione ob læſionem, non obtinent in
rebus parentum, quas ipſi parentes aut alie-
narunt, aut alienare uoluerunt, l. 3. C. quando
decretis non eſt opus, l. Aemylius. in uerbo,
quod pater ipſius, non ipſe contraxerit. ff. de
minorib. l. 1. §. ſi communis. l. ult. ff. de rebus
eorum, præſertim ex titulo oneroſo, qualis eſt
uenditio. Bald. l. 1. num. 14. C. de inoff. donat.
Quod cum ita ſit, cõcludendum eſt, hanc uen
ditionem ualere, necà liberis, quorũ neq; do-
mus diſtracta fuit, & qui non contraxerunt,
prætextu ſui iuris, uel ætatis, impugnari aut
10 retractari poſſe. Nam † quod de dolo, quo cir
cumuenta ſit uenditrix, obiectum eſt, ualere
poſſet, ſi hic dolus cauſam dediſſet cõtractui,
hoc eſt, ſi per fraudẽ dicta uenditrix inducta
fuiſſet ad diſtrahendum, aliàs non diſtractu-
ra. Quo probato, uenditio annullari poſſet,
utpote dolo contractum bonæ fidei ſubſiſte-
re nõ permittente, d. l. & eleganter. in prin. ubi
Bar. Bal. Caſt. & cõmuniter Dd. ff. de dolo ma-
lo, l. in cauſis. in prin. de minorib. l 3. ff pro ſo-
cio, l domũ. in fi. ff. de contrah. empt. gl. & Dd.
in l. ſi dolo. C. dè reſcind. uend. Secus uerò eſt,
cum dolus tantummodo incidit in cõtractũ,
hoc eſt, decepta ſolũ fuit uenditrix in precio,
quæ alioqui domum hanc carius diſtractura
fuiſſet. Nam eiuſmodi dolus non euertit con-
tractum, ſed ſi re tantum incidat, non conſide
ratur, l. quiſquis. 15. l. ſi uoluntate. 8. C. de reſc.
uend. quia licet cõtrahentibus ſe inuicem ha-
ctenus decipere. l. in cauſæ. 2. §. pen. de minor.
l. 2. C. de fur. Vnde dolus emptoris non quan-
titate precij, ſed qualitate facti æſtimatur, ut di
cit l. dolus. 10. C. de reſcin. uend. & ſibi impu-
tet, quiſquis maior uilius rem diſtraxit, quo
nomine copiam repetendi rem uenditã mini-
mè habet, eo prætextu, quaſi ualorem rei ſuæ
neſcierit, l. quiſquis. 15. C. de reſcind uend. Cæ
terùm & cum dolus propoſiti ac προαιρέσεως
ſubeſt incidens, non tamen eneruat conuen-
tionem, quin potius ipſe per actionem cõtra-
ctus purgatur, l. 5. C. de reſ. uend. Bart. in d. l. &
eleganter. l. Iulianus. de actionib. emp. cum ſi-
11 milib. Dolum † itaq; primi generis hîc inter-
ueniſſe probandum eſſet, l. dolus. 5. C. de reſc.
uend. nam dolus cum ſit delictum, l. item. in
uerbo, in tanto crimine. ff. de dolo malo, nun-
quam præſumitur, l. merito. ff. pro ſocio: ſed
perſpicuis indicijs eſt probandus, l. dolus. C.
de dolo malo, l. quoties. 23. §. 1. de prob. d. l. do
lus. in fi. C. de reſc. uend. quem quidem diffici-
lius hîc probari poſſe conſentaneum eſt, cum
12 † quia ipſa affinitas & coniunctio tollit ſuſpi-
cionem fraudis, l. tranſactionẽ. 35. ubi Dd. de
tranſact. Iaſ. nu. 63. & ibi Ang. nu. 11. in §. qua-
drupli. Inſtit. de actio. Bart. l. frater à fratre. de
cond. ind. gl. l. Polla. de his quib. ut indig. ma-
ximè in genero, cui loco matris ſocrus eſſe pu
tatur, §. affinitatis. Inſtit. de nupt. tum etiam,
13 quia † non præſumitur quiſquam ignorare
rerum ſuarum ualorem, & in harũ uenditio-
ne facilè decipi, l. quiſquis. C. de reſcind. uend.
ubi gl. ult. Bar. in auth. ſed cum teſtator. nu. 5.
C. ad l. Falc. Quare cum quis in uendendo læ-
ditur infra dimidium iuſti precij, præſumitur
ſcienter lædi, & ſponte rem minoris, quàm ua
leat, uendere: Caſt. nu. 8. & Dd. in l. 2. C. de re-
ſcind. uend. Schurff. conſ. 28. nu. 8. cent. 1. præ-
ſertim quando cõiunctis uenditio ſit, in qui-
bus nõ ad uiuum omnia reſecari, aut exiliter
precia rerum iuſta exigi ſolent, ut in caſu præ-
ſenti. Verum quia hæc quæſtio facti, non iuris
eſt, & in probatione conſiſtit, ideo diutiùs hac
14 in parte immorari nõ eſt neceſſe. Quod † au-
tem præterea allegatum eſt, hanc uenditionẽ
contra ſtatuta loci eſſe factam: uix arbitror, ut
hoc in caſu momentum habere ullum poſsit.
Exiſtimo enim eiuſmodi ſtatutum iuri cõmu-
ni cõgruum eſſe (ſicuti omnia ſtatuta ex iure
communi interpretationem recipiũt, l. 2. ubi
Bal. & Sal. C. de noxal. act. Panor. in c. cauſam
quæ. nu. 6. extrà de reſcrip. Alex. conſ. 140. in-
cip. uidetur. nu. 4. uol. 2.) ideoq; tantum pro-
hiberi uiduis, ne bona defuncti mariti, uel ex
his quæſita, in detrimẽtum liberorũ, ad quos
ea pertinent, alienare audeant, l. 4. 5. cum ſeq.
C. de ſecund. nupt. Atqui hæc prohibitio nec
poteſt nec debet extendi ad res uiduæ pro-
prias, ex hæreditate matris ſuæ quæſitas, qua-
rum iure pleno domina ſit, eoq; etiam earum
alienandarum liberã habeat poteſtatẽ, d. l. in
re mandata. C. mandati, §. per traditionẽ. Inſt.
de rerũ diuiſ. Cum itaq; in præſenti caſu nõ de
bonis mariti alienatis, ſed de domo ipſius ui-
duæ diſtracta agatur: facilè intelligi poteſt, ad
hanc ſpeciem eiuſmodi ſtatutum non poſſe,
nec oportere extendi, & ideo caſum in ſtatuto
omiſſum, remanere in diſpoſitione iuris com
munis debere, l. ſi extraneus. ubi Bart. Bal. Iaſ.
& communiter Dd. ff. de condict. ca. data. ca.
non ſec. l. ſi cum dotem. ff. ſolut. matr. Bal. in l.
3. C. de inſt. & ſubſt. Schurff. conſ. 55. centur. 1.
15 Secundò quod quæritur, An † hic emptor co-
gi poſsit, ut aut iuſtum precium ſuppleat, aut
domum emptam reſtituat, de ea re breuiter
(nec enim pluribus in re aperta eſt opus) ex-
iſtimandum eſt: uerum quidem eſſe, dece-
ptos ultra dimidiam iuſti precij æſtimationẽ
poſſe hoc beneficio legis uti, ex l. 2. C. de reſc.
uendit.

uendit. niſi iuramento maiores ætate renunciauerint eidem, Bart.& Dd.d.l.2.Panor.conſ. 71. in 2.dubio.circa finem,uol.1.Socin.conſil. 48. in fin.lib.4.Cornæ.conſil.147.179.lib.4. quod tamen controuertit,ſi læſio ſit exceſsiua nimis,Crau.Conſil.7.Enymundus. nu.6.7.& conſ.11.tria.nu.11.& metus reuerentialis acceſſerit:Crau.d.conſ.11. nu.12. cum ibi alleg. aut niſi cõtra tertium poſſeſſorẽ, aduerſus quem dari non ſolet,Iaſ.l.ult.nu.5. de oper. no. nun. & §.1.§.ſi hæres.in prin.ad Treb.latè Crau.cõſ. 7.Enymundus.nu.15.& caſu quo datur, tantum ad quadrienniũ cõpetit, Cy.d.l. 2. quæſt. 11.Crau.d.cõſ.7. nu.15. ſed in ijs terminis hãc ſpeciẽ facti nõ cõſiſtere. Non eſt enim hic læſio ultra, ſed infra dimidiam iuſtæ æſtimationis partem,ut cuiuis ponenti calculum poteſt apparere. Si enim domus ualens tribus millib. florenorum,uendita eſſet tantum precio mille & ducentorum florenorum, tum uerè ſubeſſet læſio ultra dimidium: quia dimidia iuſtæ æſtimationis pars eſt mille & quingentorum florenorum ſumma:at hic uendita eſt domus bis mille florenis. Sequitur ergo nõ ſubeſſe læſionem ultra dimidium, & cõſequenter nec emptorem hunc ad ſupplendum iuſtum precium cogi poſſe,ex d.l.2.C.de reſcin.uend. ubi Dd.tex.in l.4.l.non eſt. l.ſi uolũtate. C. de reſcind. uend. quod cum in uẽditione rerum minoris ſit ſpeciale,l.1.C.ſi ma.fac.ra. in adultis ſequitur eſſe contrarium.Euerar. lo. à ſpec. cum ſimilib. Tertiò quod in quæſtione poſitum, An pendente iudicio emptor cogi nihilominus poſsit ad precium bis mille florenorum interea temporis repræſentandum: categoricè ſine circuitu reſpõdendũ eſt, abſq; detrimento & præiudicio cauſæ principalis non
16 poſſe. Qui † enim ex uenditione precium exigit,non modo iudicialiter, ſed etiam extra iudicium is per hanc ipſam exactionem intelligitur emptionem ratificare,l.ab uno.19. C.de neg. geſt.l.4. C.de iudi.& repudiare oẽs exceptiones ac impugnationes, quibus eiuſmodi contractus euerti potuiſſet, l. commiſſariæ. ubi Bal.& Salic.nu.3. C.de pact. inter empt.& uend.l.4.ubi Dd.C. de rei uend. ut enim effectus præſupponit cauſam, ita debitio & exactio precij præſupponit ualidã eſſe uenditionem, alioqui enim preciũ ex uenditione nulla,uel quæ annullari poſſet, non deberetur, l. cum ea.21.C.de tranſact.iuxta regulam,quod nullum eſt, nullum poteſt părere effectũ,c.nõ præſtat.de reg.iur. in 6. cum ſimilib. Quartò, quod dubitatur,An d.liberi agentes deſiſtere à lite ſemel inſtituta,& fororiũ ad arbitros ſeu arbitratores reuocare poſsint: id facilẽ quoq;
17 habet iuris definitionẽ.Conſtat † enim mota ſemel lite non poſſe inuito reo ab eadẽ deſiſti, niſi ſimul toti liti & uniuerſo iuri renuncietur: auth.qui ſemel.C. quomo.& quãdo iudex ſententi.l.4.ubi præ cæteris Iaſ.nu.1. Alc. & Dd. C. de pact.nec poſſe cauſam ſemel delatã ad iudicem,qui partibus boni uiri fungitur,Bar.in l.ſi ſocietatẽ.§.arbitrorũ.n.4. ff.pro ſocio, per l.continuus.§.cum ita.de uerb.oblig. l.uir bonus.iud.ſolui,l.ſed ſi unus.§.prætor. de iureiurand. glo.in c.potuit.in uerbo,tutori.extra de locat.ad arbitros reuocari, l.etſi noua. §. fina. cum legib.ſequent.de recept.arbit. ſed ibi cauſam eſſe finiendam,ubi agi eſt cœpta,l. ubi cœptum.ff.de iudi.quod cum ita ſit, ſuperuacuũ eſt hic de expenſis litis diſputare: quæ diſceptatio per ſententiam demum eſt terminãda, l.3.& 4.ubi Bal.& Dd.C.de fruct.& lit. expen. c.in noſtro.8 de iniur.Myſing. obſer.45.cent. 1.Pariſ.conſ.106.nu.2.uol.4.ſecundum regulam, qua traditur, Victum, niſi iuſtam litigandi habuerit cauſam, uictori in expenſis condemnandum eſſe,d.l.properandum.§.ſin autem.ubi præ cæteris Iaſ.de iudic.

CONSILIVM LXVI.

De alienatione feudi in potentiorem facta:

SVMMARIA.

1 ¶ *Prohibitio alienationis inter uiuos nõ impedit dominij tranſlationem.*
2 *Alienatio feudi illicitè,hoc eſt,ſine conſenſu domini facta,eſt nulla.*
3 *Contra legem factum,eſt nullum.*
4 *Contra legem alienatur feudum, domino nõ conſentiente.*
5 *Prohibitio hominis ius habentis, cõtrarium actum annihilat.*
6 *Alienatio fraudulẽta legibus improbatur.*
7 *Ex cauſa neceſsitatis non poteſt uaſallus inuito domino alienare.*
8 *Ratihabitio confirmat actum, fauore certæ perſonæ nullum.*
9 *Vaſallus in ſuũ præiudicium alienare poteſt.*
10 *Agnati in uita alienatoris cum pretio reuocare poſſunt.*
11 *Alienatio etiã diſſentientib. agnatis ualet.*
12 *Contractus an ſit imperfectus antè quàm in mundum redigatur.*
13 *Partes non intelliguntur in dubio uoluiſſe in ſcriptis contrahere.*
14 *Niſi ubi lex ad formam requirit ſcriptum.*
15 *Contractus, etiam principis, ex iure cõmuni interpretationem recipit.*
16 *Contractus ex conſenſu conſtat.*
17 *Filij patris contractum ratificando ſupplere poſſunt.*
18 *Agnatus in feudo potius habet ius domino, non in emphyteuſi.*

19 Agnatus non retrahit abſq; pretio alienatum feudum, quamdiu liberi alienantis ſuperſunt.

20 Oblato tamen pretio etiam tum reuocare poteſt.

21 Filij retrahere præ agnatis poſſunt.

22 Feudo illicitè alienato, an agnati filijs præferantur?

23 Filij qui non conſenſerũt alienationi, agnatis ſunt potiores.

24 Non ſatus eſt retrahenti iuſtum offerre pretium, ſed illud dandum eſt, quod ab alio emptore haberi poteſt.

25 Agnatus offerre debet pretium ab alio datum.

26 Quoad dominus nõ conſentit, eſt alienatio nulla.

27 An liceat emphyteutæ extraneo uendere poſt oblationem domino factam.

28 Vaſallo an idem liceat?

29 Dominus an in cauſa neceſſitatis conſentire debeat?

30 Conſentiente domino inuitis agnatis alienatio procedit.

31 Agnatus plus iuris habet, quàm dominus reſpectu utilis dominij.

32 Non reſpectu conſenſus.

33 Agnato inuito ualet alienatio in extraneum facta.

34 Quando non licet niſi conſorti uendere, iuſtum tantummodo pretium debetur.

35 Res tanti ualet, quanti poteſt uendi.

36 An feudum ob alienationem illicitam committatur agnatis.

37 Liberi an à commiſſo feudo excludantur.

38 Non committitur feudum, quãdo uenditor ius domini non reticuit.

39 Non committitur feudum ante traditionem.

40 Erga ſucceſſores commiſſum exerceri nequit.

41 Delictum cum defuncto extinguitur.

42 Iure tertij nemo defenditur.

43. Iuſtum dũtaxat pretium debetur, quando per colluſionẽ maius ab extraneo offertur.

44 Fraus præſumitur ex potentia hominis, & paruitate uel magnitudine pretij, ſimul iunctis.

45 Animoſior licitatio ad alios deterrendos ualet,

46 Nec cenſetur hoc fieri in fraudem.

47 Agnatus retrahens debet pretium reuera ab alio oblatum,

48 Niſi ſimulatè ſit oblatum impenſius.

49 Dominus iuſtè diſſentit, quando ſit alienatio in potentiorem.

GENEROSVS quidam ære grauatus alieno, graui pretio uendidit quædam feuda cuidam principi: non cõſentientibus domino feudi, & agnatis: & antequam contractus in mundum redigeretur, è uiuis abijt. Quæritur I. Vtrum hic contractus ualeat? II. Et ſi ualet, an agnati extraneo emptori non iure præferantur? III. Si præferri debent, utrum ad iuſtum tantummodò pretium teneantur, an illud, quod impenſum extraneus emptor dare uoluit. IIII. Quod huic eorum intentioni remedium iuris, quàm eſſe commodiſsimum poſsit?

IN primo, quanquã uideri poterat contra-
1 ctum ualere: quoniã † licet inter uiuos pro-
hibita ſit alicuius rei alienatio, nihilomin⁹
illa ualidè põt alienari, tantumq; datur actio
ad id quod intereſt: ut eſt cõmunis cõcluſio, l.
ſi ita quis promiſerit. 135. §. ea lege. ubi Alex.
Caſt. Iaſ. & Dd. de uerb. oblig. & l. ea. 3. ubi Bal.
Salic. Odofr. C. de cond. ob cauſ. l. filiusfam. §.
diui. ubi Iaſ. & repetentes, de lega. 1. c. Rainal-
dus. ubi Ant. de But. ad uerb. transferendi in
alium. de teſtam. quibus conſonat cõſtit. pro.
32. parte 2. tamen cõtrarium eſt ſtatuendum.
Quoniã non hominis prohibitio, qua de ſu-
periora iura loquuntur, ſed lex eiuſmodi alie
nationem, inuito domino factã, uetat, & illici-
tè fieri, ac proinde iuxta l. non dubium. C. de
2 legib. nullam † eſſe declarat c. 1. in prin. ubi o-
mnes Dd. de proh. feud. alien. per Fed. uerſic.
quia quod ab initio non ualuit, &c. gl. c. 1. §. 1.
uerb partem ſuam. de ſucceſſ. feud. ubi tradit,
hodie non tenere ipſo iure alienationem feu-
di ignorãte domino factã. Congruit ius Sax.
gloſ. Lehenrecht cap. 16. uerſic. *Dan das gelübd iſt auch vmb ſonſt vnd vnnutz*, &c. Henning. God. con
3 ſil. 7. de pretio rei feud. nu. 9. Ratio eſt, † quo-
niam contra legem factũ, neceſſe eſt ipſo iure
nullum eſſe: quoties lex ultra prohibitionem
procedit actum annihilando. Bar. Bald. Sal. l.
non dubiũ. C. de legib. l. cum lex 47. ubi Bart.
de fideiuſſo. Bar. d. l. ſi ita quis. §. ea lege. nu. 5.
de uerb. obl. Iaſ. d. l. filiusfam. §. diui. nu. 85. 86.
de uerb. obl. in 2. lectur. Lex autem alienatio-
nem feudi domino inuito prohibens, annihi-
lando inſuper procedit, d. c. 1. uerſic. alienatio
non ualuit. de proh. feud. alien. per Feder. per
quem tex. dicit ibi Aluaro. in prin. omnes alie
nationes ſine conſenſu domini factas caſſari.
pro quo cap. 1. qual. olim feud. pot. alie. uerb.
omnis feudi alienatio ad irritum reuocatur,
cap. 1. uerſ. alienatio non ualet. de alien. feud.
4 pat. Item † quod in toto iure feudali diſpo-
ſitum, ne uaſalli ſine domini cõſenſu feudum
alie-

alienent, c.1.in prin. de alien. feud. uerb. ulte-
rius progredi nõ poterit, c.1. uerb. alienare nõ
poteſt. & uerſ. ſimiliter nec alienabit de lege
Corra.c.1.in prin. uerſ. nemini licet diſtrahere.
& uerſ. nulli liceat. de proh. feud. alie. per Fed.
Cuiuſmodi uerba reſiſtunt actui, & inducunt
prohibitionẽ actus annullatiuam: ita ut quic-
quid aduerſus eam legis prohibitionẽ ſuſci-
pitur, ipſo ſit iure nullũ. Iaſ. poſt alios l. Gal-
lus in princ. numer. 16. 17. de lib. & poſth. Bal.
l. quæſtione. numer. 22. ubi Dd. Cod. de fidei-
com. Alexan. conſil. 77. uiſis. numer. 2. uol. 3.
per doctrinam Ioann. And. c. non poteſt. de
reg. iur. in 6. Bart. in leg. de his. numer. 4. de
tranſact. & leg. Mæuius. §. 1. nume. 20. de legat.
2. Panor. in cap. 1. nu. 4. de cauſ. poſſ. & prop.
cap. 1. notab. 2. de fid. inſtru. Alexan. leg. quia
poterat. uerſ. limita tamẽ. ad S.C. Tertyll. Cor-
næ. conſ. 216. nullum uerb. quia rogati. lib. 1.
Socin. conſil. 283. eleganter in princ. lib. 2. pro
quo tex. in l. nemo poteſt. ubi cõmuniter Dd.
de legat. 1. leg. non poteſt. de furt. Tiraq. poſt
leges connub. uerb. non poteſt. glo. 2. numer.
5 2.5. Sed & † prohibitio hominis, qui ius ha-
beat, ut domini feudi, contractum cõtrarium
annihilat, & impedit alienationem: Bart. nu.
3. Iaſ. numer. 24. dicẽs hanc eſſe communem
in leg. ſi ita §. ea lege. de uerb. obl. per l. ult. C.
de iure emphyt. l. ſi creditor. §. fin. de diſtract.
pig. bonus tex. l. ult. Cod. de pact. inter empt.
quem ad hoc allegat Iſer. cap. 1. nu. 4. de alien.
feud. pat. maximè cum dominus iuſtam ha-
bet prohibendi cauſam; ut cum uaſallus uel
emphyteuta uult alienare non in parem, ſed
dignitate, potentia, conueniendi facultate,
maiorem: atque adeò (prout hîc) domino ipſi
formidabilem, gloſſ. d. leg. ſi ita quis. 135. §. ea
lege. uerb. intereſt. ubi Iaſ. num. 10. 11. de uerb.
obligat. idem Iaſ. leg. ult. num. 90. 97. Cod. de
6 iure emphy. Nam † eiuſmodi alienatio, uelut
fraudulenta, dominoq́ detrimentoſa, legi-
bus etiam improbatur, & eſt interdicta. d. leg.
ult. ubi Iaſ. num. 94. 95. Cod. de iure emphy.
Imola l. ſi finita. §. ſi de uectigalibus. numer. 5.
de dam. infec. & de feudi quidem alienatione
eſt tex. cap. 1. de aliena. feud. ubi diſponitur,
alienationem feudi Eccleſiæ factam, ignoran-
te domino non ualere: quoniam redditur do-
mini conditio deterior, eo quòd feudum non
tam facilè reuerſurum ſit ad dominum. Nec
enim Eccleſia moritur, aut deficit, ſicut ſtirps
aliorum uaſallorum: qua deficiente domino
feudum aperitur. ita Iacob de Bel. Bal. nu. 3.
d. cap. 1. de alie. feud. theſin hinc extruens ge-
neralem, ſcilicet alienationem feudi non de-
bere in potentiorem fieri, qui de facili poſſet
ſe facere domino aduerſarium, & difficiliùs
conueniretur. Sequitur ibidem Aluar. num.
2. glo. c. potuit. 4. uerb. prohibentur. ubi Pa-
nor. num. 10. Imol. numer. 24. & communiter
Cano. de locat. Non obſtat prætenſum æs ua-
ſalli alienum. Nam æquè in alium commo-
diorem, atque in tam potentem, alienare ob
7 hanc cauſam potuiſſet. Nec † ex cauſa neceſ-
ſitatis, ne quidem famis, aut æris alieni, licet
uaſallo ſine domini conſenſu feudum aliena-
re. Bald. Aluaro. Præpoſ. cap. 1. per illum tex.
uerb. neceſsitate. qual. olim. feud. pot. alie. ca.
1. uerb. partem. de ſucceſſ. feud. Iacobin tract.
feud. uerb. & cum pacto. numer. 14. Aluar. §.
hoc quoq́. numer. 5. de ſucceſſ. feud. Curt. in
tract. feud parte 4. num. 107. Molinæ. in conſ.
Pariſ. tit. 1. §. 13. gloſſ. 5. numer. 1. Zaſ. in epito.
feud. parte 9. numer. 13. Schurff. conſil. 41. in
prima. & conſil. 67. numer. 22. centur. 1. potiſ-
ſimùm quoties (ut hîc) dominus eam alie-
nationem ratificare non uult: cap. 1. uerb. ra-
tum non habentibus. ubi glo. de aliena. feud.
8 pat. ſicut † aliàs actum fauore certæ perſonæ
nullum, ratihabitio illius ſubſequens confir-
mat, Bart. leg. 1. §. ſi filius. numer. 3. de legat. 3.
per leg. filio. de iniuſt. rup. teſta. Anto. de But.
c. cum conſuetudinis. de conſue. c. cum in iu-
re. in fin. de elect. in 6. Socin. conſil. 15. uiſis. nu.
40. cum multis ſeq. uolu. 1. Roma. latè conſil.
54. uiſis. num. 1. & 3. Sicut & domini conſen-
ſus ex interuallo ſubſequi factam alienatio-
nem poteſt, Aluar. Iſer. numer. 15. & commu-
niter Dd. cap. 1. in princ. de proh. feud. alie. per
Fed. Iacob. in inueſt. uerb. & cum pacto. num.
19. Chaſſan. in conſ. Burgund. tit. de feud. §. 8.
uerb. ſine conſenſu. nume. 6. & 7. pro quo tex.
d. cap. 1. uerb. ratum non habentibus. de alie.
9 feu. pat. Et † quoties interuenit uaſallus, alie-
nare ſuum in præiudicium poteſt, quia con-
tractus habet fundamentum: Aluaro. §. hoc
quoq́. num. 5. de ſucceſſ. feud. Iacobin. in epit.
feud. uerb. & cum pacto. numer. 12. Iſer. c. Ti-
tius. ſi de feud. def. per leg. ſtatuis. §. ult. de iu-
re fiſ. §. hoc quoque. de ſucceſſ. feud. Zaſ. in
epito. de alie. feud. parte 10. nu. 30. 31. Schurff.
conſil. 66. numer. 22. centur. 1. quamuis non
præiudicet agnatis, cap. 1. §. hoc quoq́. de ſuc-
10 ceſſ. feud. Schurff. conſil. 30. cent. 1. Qui † ta-
men ſi in uita alienantis, aut liberorum eius
reuocare uelint, id oblato pretio facere cogũ-
tur. cap. 1. §. ſed &. per quos fiat inueſt. cap. 1.
de alie. feud. pat. Iacobin. in inueſt. uerb. & cũ
pacto. numer. 16. 17. cum ſeq. Zaſ. in epito.
feud. parte 9. nu. 22. 23. 30. cum ſeq. Schurff.
conſil. 89. reſolutio. numer. 1. 2. 3. centur. 3.
11 Ex quo † licet intelligi non eſſe nullam alie-
nationem, quantumuis agnati non ei ſuffra-
gentur, Schurff. conſil. 100. quod prædicta.
centur. 1. etiam conſortes, leg. 3. leg. 4. leg. ult.
12 Cod. de com. rer. aliena. Ex † illo ſanè capite
magis annihilari quoq́ poſſet, quòd hic ua-
ſallus alienator antè mortuus eſt, quàm in
mundum contractus redigeretur. leg. contra-
ctus. ubi Bald. Salic. C. de fid. inſtru. Spec. de
emphy. numer. 5. Angel. poſt gloſſ. in princ.
Inſtit. de emption. per illum tex. Nam in ſcri-
ptis uidentur contrahere uoluiſſe, quos inter
conuenit, ut fiat inſtrumentum in ſcriptis de

contractu,Hipp.de proba.nu. 66. Aretin. cõſ.
160.lõga.uel apud acta: Hipp. de probat. nu.
65.per Sal. d. l. contractus. uel qui uolũt poſt
conuentionem adhiberi notarium redactu-
rum quæ conuenta ſunt, in mundum ſcriptu-
ræ. Caſt. d. l. contractus. num.9.C. de fid.inſt.
l.fideicommiſſum.§.1.de legat. 3. Quod ante-
quam fiat, contractus pro imperfecto habe-
tur.glo.Ang.d.§.1.Inſtit.de empt.Salic.d.l. cõ-
tractus. ubi Bald. nume.3. potiſsimum cenſet
id obtinere in contractu Principis (qui cum
hîc actum) qui plerunq; in ſcriptis contrahe-
re ſolet.per Oldra. ibidem quæſt.1.Nam Prin-
cipis contractus pro lege habetur, l. donatio-
nes.C.de donat.int.uir. & uxo. quæ in ſcriptis
ferri debet. Non tamen id exiſtimo noſtro ca-
ſu obtinere,quia nihil actũ apparet, ut in ſcri-
ptis cõtraheretur notario rogato. Henn.God.
conſ.6. de pre. rei feuda. nu. 20. mihi fol.232.
Bart.nume. 2.Caſt. num.5.Bal.num.2.d.l.con-
tractus.C. de fid. inſt. Et quamuis poſt cõclu-
ſionem placuerit adhiberi inſtrumentum, ut
quotidie fit,id tamẽ non ſolennitatis,ſed pro-
batiõis ac paratæ executionis gratia,placuiſſe
creditur. Spec.de emp.§.1. nu. 10. Ang. & Fab.
§.1.Inſt de empt.dicentes hanc eſſe ueritatem
tex.l.4.de pig.l.cũ inſtrumentis.C.de fid. inſt.
l.ex empto.de act.emp.Soc.conſ.19. adſit. nu.
13 6. uol. 1. nec † in dubio cenſentur partes uo-
luiſſe in ſcriptis contrahere: Bart.nume.5.Bal.
num.3.Cyn.num.5.Oldra.quæſt.1.Caſt.num.
3.4.quamuis uacillans,Salic.num.3. Fab. nu.
6.d.l.contractus.C.de fid. inſt. Spec. de empt.
num. 5. potiſsimum emptionem,quæ natura
ſua ſolo cõſenſu contrahitur,l. 1. in fin. de cõt.
emp.§.perficiuntur. Inſt.de donat.§. 1. Inſt. de
emp. l. 1. C. quand. lic.ab emp.l.2. C. de cont.
emp.nõ ſcriptura,Fab. & Ang.num. 2.in prin.
14 Inſt.de empt. & † proinde contrahentes ſe-
cundum contractus indolem paciſci uoluiſſe
traduntur: ubi nihil aliud apparet actum,l.ex
empto.11.de act.emp.Socin.d.conſil.19. adſit.
nu.6.uolum. 1. uel rei ſubſtantia ſcripturæ ſo-
lennitatem non requirit: Socin.d.conſ.19.nu.
6.glo.& Dd.c.1. de cenſ.in 6. ut fœdera, priui-
legia,cõfirmationes Principis,in quibus ſcri-
ptura prius loquitur principi, quàm appro-
bet: Bald.Caſt. Oldrad. d.l. contractus. ſecus
eſt in contractibus quos cũ priuatis facit, ubi
Princeps utitur iure priuatorum. l. de contra-
ctu.C. de reſ.uend.l.pen.C.de delat.lib. 10.l.itẽ
ueniunt.§. in priuatorum. de pet. hæred. Bal.
Caſt.Salic.l.digna uox. C. de legib. Iacob. in
15 inueſt.uerb.princeps. nu.5.quæſt.1. Et † con-
tractus ex iure cõmuni interpretationem re-
cipit,Caſtrenſ.poſt Cyn. l. digna uox. num.5.
C.de legib.Bal.l.princeps.in 1.lectu. ff. eod.tit.
Cano.c.1.per illũ tex.de probat. etiam in feu-
dalib.Bal.c.1. & Feudiſtæ, de nat.feu. Iacobin.
trac.feu.uerb Princeps.nu.5.quæſt. 1. Schurff.
cõſil.7.licet.per totum. & conſil. 59. primum.
num.3.& 4.centur.1.Socin.d.conſ.19. num.6.
16 uol.1. Et † ſatis de uoluntate contrahentium
apparet ex eo, quòd uoluerint partes hinc in-
de contractum à ſe ſubſcribi & ſigillari: quod
non eſt uſitatum in ijs quæ cõduntur per ſcri-
pturam notarij publicam,cuius ſolius manus
ac ſigillum inibi ſufficit. Salic. nume.3.l.con-
17 tractus.C.de fid.inſt. Et † ſi quid hic deſidera-
retur, poſſent filij ſucceſſores uenditoris alie-
nantis, conſenſum ſupplere ac ſolennitatem:
atq; ita res in idem recideret. Landt. lib.1. art.
9. ubi gloſſ. Secundò quæritur, An agnati qui
non cõſenſerunt alienationi, præferantur ex-
18 traneo emptori? Ac † ſanè cũ agnatus in feu-
do potius ius habeat, quàm dominus ipſe, §.
ult.qual.feud.pot.alie. glo.c. 1. §. hic quoque.
uerb.partem ſuã.de ſucceſſ.feu.Chaſſ. in conſ.
Burg. de retract.§.10. nu.1. per tex. in §. porro.
qual.olim.feud.pot.aliena. ubi Feudiſtæ,& in
c.1.§.fin.de ſucc.feud.Aluar.c.1. §. ult. quæ fuit
prima cauſ.benef. Iacob.in inueſt. feud. uerb.
qui quidem inueſtiti. nume. 46. quamuis in
emphyteuſi contrà ſit,l.ult. C. de iure emphy.
ut rectè diſtinguit Molin. in conſ. Pariſ. §.15.
num.3.Multò igitur magis in feudalibus præ-
fertur agnatus extraneo emptori, Aluar.c.1.§.
ſed & nos.nu.3.per quos fiat inueſt. cùm pro-
pter ſimultaneam inueſtituram,ut notum eſt:
tum propter ius affectionis. l. ſi in emptione.
ubi Bal. ff. de minor. cum etiam dominus ex-
traneo emptori præferatur, leg. ult. ubi Iaſ. &
Dd.C.de iure emp.Multò igitur magis agna-
tus,qui ualidius domino, prout oſtendi, ius
habet,ex regula: Si uinco uincentem te, mul-
tò magis te,l.de acceſsionibus. 14. ubi glo. &
19 Dd.de diuerſ.& temp.præſcript.ſcilicet † eo in
iure quod emptor habet ex pretio, quod iſto
caſu debet,§. ſed etiã. uerſ. reddito pretio. per
quos fiat inueſt.d. §. Titius. c. 1. §. porro. uerſ.
pro æquali pretio. qual. olim feud. pot.alien.
quia iure ſucceſsionis ad hoc feudum aſpira-
re neq; ubi ſuperſunt liberi alienatoris. Bald.
Aluar. §. Titius filios. ſi de feud.def. Aluar.c.1.
§. ſed nos.nu.3. per quos fiat inueſt. Schurff.
conſ.30. indubitati. in princ.centur.1. & idem
Schurff.conſ.66.num.12.cent.1. ord. prouinc.
49.in fin.parte 3.Iacob.uerb.& cum pacto. de
non alienando. nu. 38. Zaſ. in Epito.parte 9.
num.30.Molin.in conſ.Par.tit.1.de feud.§.14.
glo.8.& glo.9.Chaſſan.in conſ. Burg.tit. 11.de
retract.§.1.uerb.en rendant.& uerb. le pris.nu.
1.per l.fundi partem.de contrah.emp.Tiraqu.
de retract.conſ.§.29 glo.4.num.1.per l.debet.
de ædilit.edic. cum ſimilib. De quo tamen hîc
diſputari poſſet, tùm quia non eſt ueriſimile,
filios feudũ alienatum, & debitis oneratum,
ac paternam hæreditatem (utrumq; enim cer-
nere debent,aut neutrum.c.1. an ag. ord.) pro
ære alieno exhauſtam, adituros: ut agnatorũ
ſucceſsioni uia munita ſit, tum quod illicitè,
hoc eſt, abſq; domini conſenſu, facta eſt alie-
natio: ord. pro.48. parte 3. quo caſu emptor
ſciens,pretium perdit.gloſſ.c.1.ubi Aff.13.not.
num.

num.96.de proh.feu.al.per Fed.Zaſ. in epito. parte 9. circa finem. Sed quia de hoc pòſt dicemus, nec hîc quæritur, illud teneamus, quãuis quidam dubitẽt, an alienationem factam alienatore uel eius liberis ſuperſtitibus, agnati reuocare poſsint? Schurff.conſ.11.reſolutio. num.2.centur.3.& conſ.4.conſ.47.numer.11.
20 centur.1.id † tamen illi, oblato nempe pretio, concedi, Zaſ. in epito. parte 9. numer. 30. Schurff.d. conſ.11.cent.3.& conſ.4.cent.1.Myſing.ob.89.cent.4.ord. pro. 48. parte 3.uſque ad 30.annos iſto caſu, ubi alienatio in extraneum eſt facta.Bal.Iſer.Aluar.num. 5. Iac. Bel. §.Titius.per illum tex.ſi de feud.def.Aluar.c.1. §. ſed etiã.num.7.per quos fiat inueſt.Schurff. conſ. 30. indubitati. nume.1. cent.1.conſil.68. uiſis num.14.conſ.11.reſolutio.num.4.cent.3. Iacobin. in epito. uerb. & cum pacto de non alienando.num.18. Tiraq.de retract.prox.§.1.
21 glo.10.num.9.conſt.pro.50. parte 3. niſi † tamen filij (quibus pater præiudicare non potuit alienando, Aluar.§.hoc quoq;.num. 5. de ſuc.feud.Schurff.conſil.4. conſil. 30. maximè priuſquam fuerint hæredes, Iacobin. uerb. & cum pacto de non alienando. nu.43.44.45. latè Menoch.conſ.99.paſsim, per tot. cũ filius habeat ius in feudo, Schurff. conſ.23. quod illuſtres.nume.2.centur. 1. etiam uiuente patre, idem Schurff conſil.27.licet. num.8.centur.1. per gloſſ. ult. §. ult. de feudi cognit.) retrahere ad ſe feudum mallent: Iacob.in inueſt.uerb.& cum pacto.nu.44.& conſtit.pro.49. *vnd ſeiner menlichen leibs lehns erben.* parte 3. qui propiores ſunt agnatis iure ſucceſsionis, Iſer. d. §. Titius. in fin.ideoq; iure retractus, Bal.c 1. nume.5.de proh.feud.alie.per Lothar. Iacobin. in inueſt. uerb. & cum pacto de non alienando. numer. 17.& 32.Curt.in tract.feud.parte 4.num.146. quod ſemper proximioribus ordine ſucceſſiuo datur.c.1.§.ſed etiã. per quos fiat inueſt.c. 1.§.porro.qual.olim.feu.pot. alie. Zaſ. in epit. feud. cap.10. nume.20.21.Zonbec.tract.feud.
22 parte 13. num. 170. Nam † quod dicitur, feudo illicitè alienato, agnatos præferri filijs: Iacob. ibidem num. 35. locum habet duntaxat in commiſſo, Dd.§.licet.uerſic. ſi uaſallus culpam. ſi de feud. def. con. §. hoc quoq;. de ſucceſſ.feud.quod tamen his in terris abrogatũ, & in hæredibus fortè, Zaſ.epit. feud. parte 10. num.94.per Aluar.§.fin.nu. 22. quæ fuit prima cauſ. ben. ordina. 47. parte 3. cæteroqui
23 † potior eſt filiorum in retrahendo conditio, quoties alienationi non conſenſerunt. Iacob. uerb & cum pacto de non alie. nu. 42. Aluar. d.§.fin.nu.22.quæ fuit pri. cauſ. ben. Schurff. conſil.4.& meliùs conſil.47.ex quo. num. 11. centur.1.glo.Zobel.Land. lib. 1.art.9. Cæterũ nec de hoc quæri intereſt, cum filij nihil tale moliantur hactenus: & ſi uellent ad feudum aſpirare gratis, nõ ex iure retractus pretio reſtituto: id proculdubio iure ſucceſsionis facerent mortuo iam patre. Reſtat igitur, ut tertio loco uideamus, utrùm agnati, quandoquidẽ pretium offerre debent, ſicut uidimus, ad iuſtum, an illud impenſum quod Princeps
24 extraneus obtulit, teneantur? Cõmunis † (ut rem in pauca conferam) concluſio eſt: non ſatis eſſe iuſtum offerri pretium, ſed illud quo extraneus mercatus eſt refundendum eſſe. Tiraq. de retract. prox. §. 1. gloſſ. 3.conſt.pro.33. parte 2. Nam res tanti ualet quanti uendi poteſt.cap.1.de emp. Bald. leg. 2. numer.31.Cod. de reſcin. uend. Et illud dicitur iuſtum pretiũ quod ab alijs poteſt haberi. leg. ſi ſeruus. de
25 cond.furt.leg.3.de in diem addict. Et † in terminis in agnato retrahente ſic definiunt Aluar. poſt Bald.cap.1.§. ſed & res. numer. 3.4. per quos fiat inueſt. Bald.d.leg.2.Iacobin. in inueſt. uerb. & cum pacto de non alienando. num.39.40.Iaſ.poſt Aretin.Soc.Alexan. l.qui Romæ.§.cohæredes.numer.28.de uerb. oblig. Cur.remiſsiuè tract.feud.parte 4.numer. 125. Zaſ.in epito.feud.parte 9.numer.30. pro quo tex.l.ult.uerſicul. tantam quantitatem quantam ipſe reuera accipere ab alio poteſt. Cod. de iur.emphyt. ubi Iaſ. & Sal. eum tex. ad hoc notant: ad idem tex.leg. pen. leg. ult. Cod. de loca. præd. ciuil. lib. 11. copioſè Tiraqu. in retract.prox.§.1.glo.18.num. 4. cum multis ſeq. Chaſſan. in conſuet. Burg. de retract.§.10.glo. uerb.pretium.numer.9. ſed melior, quantum arbitror, tex.quo ad iſtud argumentum, in §. ſed etiam. uerb. æquali pretio. per quos fiat inueſt. quæ uerba non eſſe capienda de pretio iuſto, ſed congruente illi quod ab altero emptore datum eſt, demonſtrant ſequentia: Reddito à te pretio quod dederat is qui accepit. & eſt definitum conſtit. prouinc. 32. par-
26 te ſecunda. Itaque † ſi pretium illud impenſum dare nolint, nullũ hîc melius remedium quàm ut inſtent apud dominum feudi, ne is huic alienationi aſſentiatur: quod quoad fit, eſt, ut initiò poſuimus ex cap.primo, in princip. de proh.feud.alie.illa ipſo iure nulla. Socin.conſil.19.adſit.numer. 10. & 11. conſil. 86. in cauſa. numero ſeptimo & octauo, uolumine primo, de prohib.feud.alie.per Fed.capitulo primo, de uaſ. qui cõtra cõſtit. Lotha. capitulo primo, qualiter olim feudũ potuerit alienari, capitulo primo, de prohibita feudi aliena.per Lothar. cap. quæ Eccleſiarum. ubi Canoniſtæ, de conſtitution. Chaſſan. in conſuet. Burg. titul. de feud. §. octauo, uerb. in alienatione. numero quinto, etiam iure Saxonico, Landt.libro primo, artic. 9. numero ſeptimo, glo.Lehenr.cap.16. uerſic. *das gelübd iſt vmb ſonſt*
27 *vnd nichtigk.* De † quo tamen diſceptari tali poſſet caſu, utrùm ſcilicet cũ nec agnati, neq; dominus emere uel retrahere nolint, non liceat extraneo uẽdere poſt oblationẽ illis legitimè factam: cũ id emphyteutæ & ſimilibus liceat, l.ult.ubi Iaſ.n.22.23.24.C. de iure emph. Pan.n.3.& Dd.c.potuit. de loca.per l.q Romæ.
28 §.cohæredes. de uerb. ob.id qđ † ad uaſallum trahit

trahit, Euerar. lo. leg. ab emphy. ad feud. 4. no-
tab. Hoſt. de poſt. prælat. & Spec. de feud. nu.
52. quæſt. 38. Henn. God. conſ. feud. 7. de præ.
feud. num. 41. 42. fol. 234. Chaſſan. in conſue.
Burg. tit. de feu. §. 8. uerb. ſine cõſenſu. in prin.
per Bar. l. impuberibus. in princ. de ſuſp. tut.
Bart. & Alexan. l. 1. §. ſi plures. de exer. act. Pa-
nor. c. cum in ueteri. de elect. & c. cum olim. de
arb. Menoch. de iud. arb. lib. 2. cent. 2. cap. 182.
num. 7. 8. 9. aiens, hæc potiſsimum in cauſa
29 neceſsitatis obtinere, ut † dominus conſen-
tire debeat. Et de iure Sax. ſequitur Hen. God.
d. conſ. feud. 7. num. 41. 42. Zobel. art. 9. glo.
30 lat. uerb. ſi fortè uariauerit. lib. 1. Sed † alij ne-
gant: neque ſanè Principes facilè ad hoc cogi
poſſunt inuiti, ſed per importunitatem credi-
torũ, & propter laudemias plerunq; tandem
concedunt: quo conceſſo uel inuitis agnatis
procedere uenditionem oſtendi. Quamuis
31 † enim plus iuris habeat, quàm dominus, re-
ſpectu utilis dominij & ſimultaneæ inueſtitu-
ræ: §. ult. qual. olim feud. po. al. Curt. de feud.
32 parte 4. num. 146. tamen quoniam † hoc ius
conſentiendi uel prohibendi cõtractum alie-
nationis, pendet à ſuperioritate directi do-
minij leg. ult. ubi Iaſ. & Dd. C. de iure emphy.
ideo hoc reſpectu minus poſſunt agnati, nec
ius prohibendi ſimiliter habent: Iſer. & Dd. §.
Titius. ſi de feud. def. cont. conſt. pro. 48. par-
te 3. iuxta regulam, Par in parem non habet
imperium. l. 3. de arb. Bar. l. 2. de iuriſdict. Qua-
33 re † his inuitis procedit in extraneum aliena-
tio. Bal. c. 1. §. ſed & res. num. 1. per quos fiat in-
ueſt. ſi agnatus, inquit, non uult emere pro
æquali pretio, quod ab alio haberi poteſt, uẽ-
dere poteſt, per l. qui Romæ. §. cohæredes. de
uerb. obliga. quem tex. ibi ad hoc ſingularem
dicũt Bart. Bal. Imol. Ang. Aret. Socin. & com-
muniter ſcribentes, quòd res prohibita alie-
nari in gratiam aliquorum, ſi illis eodem pre-
tio offeratur quod ab alijs haberi poteſt, & illi
poſt duos ab hac oblatione menſes ceſſaue-
rint, nec obtulerint, liberè tum alijs uẽdi poſ-
ſit, Iaſ. num. 21. 22. 23. poſt Ang. & Salic. l. ult.
C. de iure emphy. & l. filiusfam. §. diui. ubi poſt
Caſt. Iaſ. numer. 80. in 2. lect. de legat. 1. Angel.
conſ. 243. nulli. Roman. ſing. 765. facio. & cõſ.
27. uiſo. conſ. 182. in caſu. circa finem, Socin.
conſ. 227. præſens. uerſic. ſecundo fortius. lib.
2. latè Tiraqu. propemodum infinita ad hæc
allegans, in retract. prox. §. 1. gloſſ. 9. num. 112.
Tametſi uerò diſputetur, an agnati nolentes
emere, ius retractus amittant: Tiraq. ibid. nu.
143. id tamen conſtat, eos diſſentire poſſe, re-
ſpondendo: Nolumus emere, quia ſucceſſuri
ſumus. Caſt. d. l. qui Romæ. §. cohæredes. nu. 2.
in fin. dè uerb. ob. ubi & Iaſ. nu. 15. Anan. conſ.
47. num. 8. per l. unic. C. ne lic. hab. metro. lib.
12. Neq; tamẽ ſic impediri alienationem, Dd.
ibidem ex l. fin. C. de iur. emph. nec agnatos
retrahere, niſi pretio tali, quale datur ab ex-
34 traneo, ut ſuprà uidimus. Nam licet † eo ca-
ſu quo nõ niſi cõſortibus uendi poteſt, agna-
ti retrahentes non teneantur ad pretium ab
extraneo oblatum, (cuius hîc nulla habetur
ratio, cum emere nequeat) ſed ſolummodo
ad iuſtum: Iaſ. d. l. qui Romæ. § cohæredis. nu.
30. per l. 3. C. com. diuidund. tamen quoties
lex, ut hîc, uenditionis neceſsitatem non re-
ſtringit ad certas perſonas, ſed tantummodo
alios alijs in retrahendo uult eſſe potiores,
tunc plus offerenti licitè uenditur, nec cogi-
tur alienator minoris relinquere proximio-
ribus. Iaſ. d. §. cohæredes. nu. 29. 30. in fin. per
auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſ. Eccleſ.
Tiraq. de retract. prox. §. 1. glo. 18. per tot. conſt.
35 pro. 48. parte 3. Semper † enim tanti res uale-
re putanda eſt, quãti poteſt uendi. c. 1. de emp.
l. eum. §. cum igitur. de in diem add. l. ſi ſeruũ.
ad l. Aquil. l. pretia. ad l. Falc. pro quo tex. in d.
c. 1. §. ſed etiam. per quos fiat inueſt. ubi licet
annihiletur alienatio tanquam in fraudẽ le-
gis facta, cogitur tamẽ agnatus retrahens idẽ
pretiũ præſtare, quod ab extraneo fuerat da-
tum. Quanquam autem ordinat. 48. §. 1. par-
te 2. nullam faciat pretij mentionem illo caſu,
ubi illicitè, id eſt ſine domini cõſenſu facta eſt
alienatio: tamen cũ nihil de pretio exprimat,
omiſſum manere debet in diſpoſitione iuris
communis, l. ſi extraneus. de cond. cauſ. dat.
ſecundum quod ſtatuta interpretanda. leg. 2.
C. de nox. act. Et cum hoc de pretij amiſsione
contra doloſos conſtitutũ ſit in fauorem do-
mini, c. 1. ubi glo. & Dd. de proh. feud. alie. per
Fed. non uidentur agnati iure tertij ſe exime-
re à ſolutione pretij poſſe, l. loci. 4. §. compe-
tit. pen. ſi ſer. uendic. Videamus igitur quar-
to nunc loco, num aliud aliquod remedium
36 d. agnatis ſuppetat. An † ex eo quòd res ob
illicitam alienationẽ uideatur in commiſſum
cecidiſſe: & ſic ad agnatos reuertiſſe, c. 1. in pri.
ſi uaſ. feud. priuc. glo. c. 1. §. hoc quoq;. uer. par
tem ſuam. de ſucceſſ. feud. quam ſequitur ibi
Bal. Ang. & Dd. Alexan. cõſ. 30. quoniam. nu.
37 15. 16. uol. 1. liberis † excluſis, Spec. de feud. §.
fin. num. 2. Aluar. §. fin. num. 19. & 22. quæ fuit
prima cauſ. benef. amit. Zaſ. in epit. parte 10.
num. 94. Curt. de feud. parte 5. concluſ. 4. nu.
11. dicens hanc eſſe communem, Alexan. con-
ſil. 21. quoniam. num. 11. uol. 5. præſertim ſuc-
ceſſoribus, Dd. ibi. ut eſſe debent, c. 1. an agna.
uel fil. conſt. 47. parte 2. Contrarium ſtatuo:
non modò, quia diſputari poteſt an iure Sax.
ob hãc cauſam feudum committatur, Land t.
lib. 1. art. 9. Lehenr. art. 16. qui textus cum reci-
tet plures amittendi feudi cauſas, nuſquam
tamen alienationi inter priuantia locum con-
38 cedit: uerum etiam † quia uenditor hic ius
domini in contrahendo non reticuit, ſed pro-
miſit ſe conſenſum eius procuraturum. Iaſ. l.
ult. nu. 142. C. de iur. emph. Iacobin. in uerb.
& cum pacto. numer. 6. 16. Menoch. conſ. 58.
nume. 8. 11. 21. 22. 24. Clarus de feud. quæſt. 31.
39 num. 5. Secundò, quoniam † ad traditionem
in ui-

in uita ſua necdum hîc alienator peruenit,c.1.
ubi Dd.quid iuris,ſi uaſ.Bal.cap.1. §.ſi libella-
rius.quib.mo.feud.amitt. per l. alienatum. de
uerb.ſig. Aluar.c.1.§.fin.concluſ.43.nume.32.
quæ fuit prima cauſ.ben.Iaſ.l. fin. numer.133.
C.de iure emphy. Alexan.conſ.30. nu. 16. uol.
1.Zaſ.in epito.feud.parte 10.num.6.Chaſſ. la-
tè in conſ.Burg.de feu.§.8.uerb.niſi capit poſ-
ſeſsionem.nume. 7.in princ.& uerb.in aliena-
tione.Clarus de feud.quæſt.31.nu.3.Menoch.
40 conſ.38.num.1.Tertiò † propterea, quòd lex
commiſsionis, reuocatoria actione non ſit in
defunctum exercita, ut nunc erga ſucceſſores
cõmiſſum exerceri nequeat: gloſſ. l. omnimo-
do.in princ.uerb.non licebit.C.de inoff. teſta.
Ioann. And. in addit. ad Spec. de feud. §. ult.
uerb.deuoluitur. Curt. de feu.parte 4. quæſt.
ult.tex.l.fin.C.de reuo. don. c. ult. de don. ſed
41 † delictum ſit cum defuncto extinctum. l. ſi
eum §. qui iniuriarum. ubi Iaſ. ſi quis caut. l.
unic. C. ex delic.def.l.omnes. de reg.iur. tot.t.
C. ſi reus uel acc. mort. Quartò, quia reuoca-
toria actio ſolis dominis competit, nõ etiam
agnatis: quorum reſpectu ualere alienationẽ
diximus, ſaluo ijs tantùm retractus & ſucceſ-
42 ſionis iure. Non † igitur ius tertij exercere
poſſunt:l.loci. §. competit. ſi ſer.uend.obſtan-
te ijs exceptione: Tibi non competit actio, &
ſimilibus, de quibus Blanc. tract.de compro.
parte quarta,in rub.de except.imped. Melius
43 † igitur ſi ꝓbari poſsit per colluſionẽ (quod
non abhorret) ab extraneo Principe tam im-
penſum pretium fuiſſe oblatum, quò reliqui
deterrerentur: tunc enim iuſtum tantummo-
dò deberetur,l. fin.ubi poſt Salic. Iaſ.num.22.
23.C. de iure emphy.& l.qui Romæ.§. cohære-
des.num.21.24.de uerb.ob.l.eum. §. cum igi-
tur.de in diem addic.per l.ſi pater. de pac. do-
ta.bonus tex.l.2.Cod.de fid. inſt. & iure haſtæ
44 fiſca.lib.10.Vt † autem ex potentia perſonæ
& paruitate pretij ſimul iũctis (nec enim par-
uitas pretij ſola ſufficit, l. dolus. l.ad reſcindẽ-
dum.C,de reſcin.uend.Cæpoll.de ſimul. con-
tract.num.18.19.) fraus præſumitur: c. ad no-
ſtram.ubi Cano.de empt.glo.c. conquerente.
de uſur. Tiraq. in præfa.retrac. con. nu.17.ita,
quoniam contrariorum eadem eſt diſciplina,
l. 1. 2. de his qui ſunt ſui uel al.iur. ex perſonæ
offerentis potentia,& exceſſu pretij, dicamus
fraudem eſſe præſumendam, Iaſon d. §. cohæ-
redes.nu.27.Tiraq.& Cæpoll.præall.lo. Dec.l.
quæ dubitationis.num.4.de reg.iur.& conſil.
448.nu.4.Socin.conſ.215.lib.2. conſ. 22. lib.
4.conſ.90.conſ.116. uiſo.in fin. lib. 3. Stepha.
Bertran.conſ.210.non ſolùm numer.17.lib.1.
45 Fateor † tamen animoſiorem licitationem,
quæ cuiq; ad excludendos alios permiſſa eſt,
46 nullam † per ſe facere fraudem,l.3. ubi Bald.
Sal. C. com. diuid. Cæpoll.præall.lo.niſi hæc
aliunde appareat.Iaſ.d.§.cohæredes.num.25.
Bal.Sal.d.l.3.C. com. diuid. pro quo authen.
hoc ius porrectũ.C.de ſacro. eccleſ. uerb. plus
offerenti.l.licitatio. 9. uerb. calorem licitantis
ultra modum inflauit.ubi Bart.de publican.l.
eum. §. cum igitur. §.fin. l.licet.de in diem ad-
47 dic.ſic † ut idem pretium agnatus retrahens
dare teneatur,l.fin. uerb. quod ab alio reuera
fuerit oblatum.C.de iure emph.l.pen.l. fin. C.
de loca.præd.ciuil.lib.11. l. eum. §. cum igitur.
48 cum ll. ſeqq. de in diem addic. niſi † cùm ad
deterrendos agnatos ſimulatè pretiũ impen-
ſius ab extraneo oblatum eſt. d. l. eum.§. cum
igitur.de in diem addic.Iaſ.d.§.cohæredes.nu.
27.& 30. conſt. pro. 33.parte 3. uerſic. *es vuere
dan ſache das betruglicher vueiſe einem vmbzuſhueren
oder von dem verkauff mit groſſem auffatz abzuſchre-
cken gehandelt, &c.* Non igitur uideo remedium
aliud,quàm ut urgeatur apud dominum, ne
alienationi ſuffragetur, atq; ita contractus ad
nihilum redigatur, qui licet aliàs ratione iu-
49 ſtitiæ cogeretur aſſentiri, non † tamen iſto ca-
ſu, ubi probabilẽ habet ſui diſſenſus cauſam,
ex eo quòd in longè potentiorẽ & ſibi formi-
dabilem ſit alienatũ,glo.l. ſi ita quis.§.ea lege.
uerb.intereſt.ubi Iaſ. num. 10.11. de uerb. obl.
Iaſ.l.fin.nu.90.94.97.C.de iure emphy.Imol.
l.ſi finita.§.ſi de uectigalibus.nume.5.de dam.
infect.per tex.c.1.de alie.feud.ubi Bal.nu. 3.&
Dd.ad uerb.prohibentur.Panor.nu.10. Imol.
nu.24.d.c.potuit.de locat.Zobel.d.art.9.glo.
uerb.ſi fortè narrauerit.Lãdt.li.1.uerb.ſi æquè
bonus ac nobilis, ꝓpter quod cõmitti feudũ
ſolet nulla proteſtatione obſtante. Menoch.
conſ.38.hac in.nu.9.addens rationẽ, quia ius
domini per hoc ſit deterius, ut ibi per eum cũ
multis alleg.quò digitum intendiſſe ſatis ſit.

CONSIL. LXVII.

An nouum molendinum inuitis uicinis ædificare liceat.

SVMMARIA.

1 *Antiqua forma loci non debet mutari, nec ſolitus aquæ curſus impediri.*

2 *In paſcuis & fluminibus ſtandum eſt antiquitati.*

3 *Priores tempore, ſunt iure potiores, in molendinis.*

4 *Poſſeſſio immemorialis eſt loco tituli & priuilegij.*

5 *Poteſt ius prohibendi alium, nedum in priuata, ſed & in publica aqua præſcribi.*

6 *Non licet in publico flumine aliquid facere cum damno alieno.*

7 *Ver-*

7 *Verbo Damni, etiam lucrum ceſſans conti-
netur.*
8 *In re cõmuni melior eſt prohibentis cõditio.*
9 *Dominus loci poteſt ſubditis ſuis prohibere,
ne ad aliud molendinum uadant.*
10 *Cui licet quod plus eſt, multò magis quod
minus.*

Rationum decidendi ſummaria.

11 ¶ *Flumina publica ſunt regalia.*
12 *In flumine publico non nauigabili,& multò
magis in priuato ſuo, licet cuiꝗ molendi-
num extruere.*
13 *Licet re ſua uti cum alterius damno.*
14 *Conceſſo molendino, omnia conceſſa uidetur
per quæ uſus eius haberi poteſt.*
15 *Non facit iniuriã alteri qui ſuo iure utitur.*
16 *Plures non poſſunt unius rei eſſe domini.*
17 *Ex ſeparatis nihil infertur.*
18 *Nemo prohibetur diuerſorium aut aliud lu-
cratiuum propter uicinum facere.*
19 *Nõ præſcribitur alteri, ne re ſua utatur, niſi
per prohibitionem præſcriptam.*
20 *Quiſꝗ in ſuo licitè facit, etiamſi inde uicino
commodum detrahatur.*
21 *Ad molendinũ ire eſt actus meræ facultatis.*
22 *Lucri pendentis ab aliena uoluntate nõ ha-
betur ratio.*
23 *Lucrum incerti euentus non reputatur.*
24 *Vtilitas naturalis aquæ non poteſt cuiquam
auferri.*
25 *Nemo poteſt publicum ædificando impedire.*
26 *Re cõmuni quis uti poteſt ad eum uſum, cui
eſt deſtinata.*
27 *Molendinũ facere, non eſt actus iuriſdictio-
nis, & poſſunt illud ſubditi facere abſꝗ do-
mini conſenſu.*
28 *Licet in iuriſdictione alterius caſtrum ædi-
ficare.*
29 *Dominus nõ poteſt ſubditis prohibere, ne ali
bi molant, niſi habeat molendinũ banni.*

VIDEBATVR initiò, uicinos huic
intermedio poſſeſſori in ædifica-
tione noui molendini creare im-
1 pedimentum poſſe. Nam † eo lo-
ci qui nunc ædificatur, cum nun-
quam mola, cluſa, agger fuerit, non debet fa-
cies antiqua loci per hoc nouum opus muta-
ri, & aquæ curſus teneri, quo aliter fluat ꝙ an-
tea fluxit. leg. 1. & tot.tit. de aq.pluu. & de aq.
quo.l.manifeſtè.ubi Bal.num.1.l.præſes.C. de
ſeruit.l.ſi prius.§.placuit. ubi glo. uerb.per la-
pidẽ.de aq.pluu.ar.l. qui luminibus. in princ.
ubi gloſſ.uerb. formam & ſtatum antiquum.
Bar.& Caſt.de ſer.ruſt.præd.leg. 1. l. an totum.
2 C. de ædif. priua. Itaꝗ † in paſcuis etiam, &
molendinis ſtandum eſt antiquitati, & curſus
aquæ, uetuſtasꝙ ſeruanda: Bal.c.1.§.1.nu.14.
de pace Conſt. l. ſi diligenter.C.de aquæduct.
lib.11. Nec modò principium aquæ eſt inſpi-
ciendũ, ſed etiã antiqua loca, & curſus aquæ,
ſolitiꝙ meatus attendi debent atꝗ ſeruari, c.
1.§.extra.uerſic.cum aquis & molẽdinis, ſicut
ab antiquo habere cõſueuiſtis.ubi gloſſ.uerb.
ab antiquo. de pace Conſtan. in uſib. feudo.
3 Secundò † uicini iampridem molendina ſua
quietè, cum omni lucro & acceſsione com-
meantium poſſederunt: unde priores tempo-
re potiores eſſe iure debẽt. Cæpoll. de aquæd.
num.44. in fine, per l.2. §. meritò. ne quid in
lo.pub. Et ut eorũ molendina primò habue-
runt eſſe, ſic etiam primò debent habere frui,
4 Iaſ.d.l.quo minus.num.61.Tertiò, † cum lon-
giſsimo tempore, cuius non extat memoria,
quodꝙ pro conſtituto habetur, l. hoc iure. §.
ductus aquæ.de aq.quo. ita aquam & molen-
5 dina ſua poſſederint: uidentur † præſcriptio-
ne quæſiuiſſe ius negatiuũ, ne alius inde aquã
ad nouum molendinũ deriuare poſsit. l. 2. §.
item Varus. uerſic. planè ſi foſſa. de aq. pluu.
arcen. Iaſ. poſt Bart.nu.93.d. l. quo minus. de
flum.c.ſuper.ubi gloſſ.uerb.non extat memo-
ria. de uerb.ſig. pro quo l. ſi quiſquam. de di-
uerſ.præſcrip.glo. & Dd. l. præſcriptio. de acq.
poſſ.Fab.§.flumina.Inſt. de rer. diuiſ. Schurff.
conſ.69.præſens. num.20.centur. 1. Quartò,
6 † quia non licet in flumine aliquid facere cũ
damno accolentiũ. l. in concedẽdo. l. ſi prius.
§.placuit.l.pen. de aq.plu. ar.leg. Seruius. ubi
glo.uerb.ſine incommoditate. de riuis, l. 3. in
princ.& §. is qui. de aq.quot.l.unic.§. ſi quis.§.
ſunt autem. ne quid in flum. pub. Damnum
7 † autẽ & iniuria cõplectitur interuerſam quoꝗ
utilitatem, l.3.§.fin.de eo quod cer. loc. l. ſi cõ-
miſſa. rem rat. hab. etiam in hac aquæ mate-
ria: l.2.§.meritò.ne quid in lo.pub.l.2.3. de ri-
uis, l. ſi manifeſtè. C. de ſeruit. maximè quan-
do lucrum eſt irradicatũ, Tiraq.de legib. con-
nub.glo.3.uerb.contracter.nu.49. quod per-
dere nihil aliud eſt, quàm damnum pati. Iaſ.l.
quo minus.num. 48. de flum. ubi Bart. nu. 2.
inde concludit, quòd nõ poſsit quis per con-
ſtructionem noui molendini alij uicino lu-
crum auferre, quod ex ſuo ueteri percepit. Nã
etſi quiſꝗ ſuæ rei moderator ſit & arbiter, l. in
re. C. mand. l.2. de his qui ſunt ſui, tamen hoc
accipiendum eſt ciuili quodam modo, ita ne
cuiuſquam inde ius lædatur alienum: Iaſ. l. ex
hoc iure.nume. 7. de iuſt.& iur. cuiuſmodi eſt
intereſſe æſtimabile & iuſta utilitas ac lucrum
ceſſans, etiam quod de alieno pendet, Rebuff.
in rep.l.unic.gloſſ.1.numer.15.& 34.C.de ſent.
quæ pro eo quod inter.prof. Quintò, d. uicini
tantundem, imò propter antiquiorem poſ-
ſeſsionem, plus iuris habent in hoc flumine,
quàm intermedius qui nunc uult ædificare.
8 In re † porro communi melior eſt probiben-
tium conditio, l. Sabinus. ubi glo. uerb. con-
ſtat.ff.com.diuidun. l.parietem.de ſer. urban.
præd.

prȩd.§.religioſum.ubi Ang.& Fab.Inſt.de rer.
diuiſ. ne quis conſortium plus ſua portione
uel iuſto in re cōmuni uſurpet: l.duo fratres.
in fi.de acq.hæred.uel etiam utilitatem aquæ
ſolitam interuertat.Bal.c.1.§.1.num.14.de pa-
ce Conſtan.per l.ſi diligenter.C.de aquæduc.
9 lib.11.cum alijs ab eo alleg. Sextò † cum dicti
uicini nobiles in hoc loco iuriſdictionem ha-
beant omnimodam, & ſic ius reale: uidetur
contra eorum prohibitionem nouum molen
dinum extrui nō poſſe, Iul.Clar.de feu.quæſt.
30.ſicut nec congregatio ſurgere poteſt abſq;
eius cōſenſu,Bal.c.1.§.1.nu.14.de pace Conſt.
maximè quando poſsit dominus prohibere
ſubditis, ne uadant ad molendinum alienū.
Bal.conſil.11.factum.quod eſt inter conſ. An-
chora.per totum,Socin.conſ.222.non proſe-
quendo.numer.1.uol.2.l.mercatores.ubi Bal.
Sal.C.de commer.& mercat.notat Bart.l.rele-
gatorum.§.interdicere.de interd.& relega.l.
fin.de decret.ab ord.facien.Chaſſ.in conſue.
Burg.tit.*des foreſtz*,§.2.in prin.num.13. Multò
10 † igitur magis prohibere poteſt, ne nouum
molendinum in ſui detrimentum fiat: Clarus
de feu.quæſt.30.iuxta regulam cap.licet.ubi
Dyn.de reg.iur.maximè poſt prohibitionem
ab antiquo factam, cui ſit paritum. Iaſ.l.quo
minus.num.31.32.de flum.l.ſi quis diuturno.
ſi ſer.uēd.Sal.& Dd.l.præſes.C.de ſer.Schurff.
conſ.1.cum uenationes.num.27.cum multis
ſeq.centur.3.

Rationes decidendi.

His non conſtantibus contrarium in prȩ-
ſenti ſpecie decidendum eſt. Nam licet molen
dinū facere cuiq; in ſuo ad flumen quod non
ſit nauigabile, nec aliud nauigabile faciat:
11 (hæc † enim ſunt regalia, Iaſ.l.quominus.nu.
12.de flum.Angel.§.inſula.Inſtit.de rer.diuiſ.
Crauet.conſ.204.uniuerſitas.in princ.& per
tot.parte 2.) ut eſt communis, Iaſ. dicens eſſe
communem & ueram poſt Bart.nu.2.l.quo-
minus.per illum tex.num.1.8.12.21.de flum.
Bal.num.2.Salic.num.1.Alber.& alij l.ſi ma-
nifeſtè.C.de ſeruit.Schurff.conſ.42.diligen-
12 ter.centur.2. Multò † igitur magis hoc licet in
aqua priuata, de qua hîc, l.altius.ubi Dd.C.
de ſer.ex reg.l.in re.mand.l.altius.l.præſes.C.
13 de ſer.etiamſi † damnū inde uicinis, hoc eſt,
lucri intertrimentum afferatur,Bal.num.2.Sa
lic.numer.1.Cyn.Caſt.l.ſi manifeſtè.C.de ſer.
Iaſ.num.21.poſt Bar.num.2.d.l.quo minus.
& l.ſi quis.6.§.ſi initium.de eden.Bal.l.unic.
num.45.C.de ſent.quæ pro eo quod intereſt,
bonus tex.l.Proculus.l.fluminum.§.fin.de
dam.infec.& idem Bal.c.1.§.ſi quis de manſo.
num.8.de contro.inueſt.& l.item lapilli.nu.5.
de rer.diuiſ.Iacob.in inueſt.uerb.& cum mo-
lendinis.num.2.5.Alexan.conſil.194.conſi-
deratis.nu.5.uol.2.ubi addit,non ſolum mo-
lendinum, ſed & cluſam ſeu aggerem in ſua
14 aqua dominum facere poſſe: quando † con-
ceſſa molendini ædificatione omnia debeant
uideri conceſſa, per quæ ad molendini uſum
peruenitur: uel ſine quibus molendinū uſur-
pari nequeat.leg.2.ubi glo.& Dd.de iuriſdic.
om.iud.l.1.§.fin.de off.eius cui man.iuriſdic.
Schurff.conſil.42.diligenter.centur.2.Neque
hac parte eſt differentia, ſiue cōſtruat quis in
ſuo flumine,ſiue publico, quod ad, uel p fun-
dum ſuum fluit: dummodo non ſit nauiga-
bile, Bald.d.l.ſi manifeſtè.num.2.3.C.de ſer-
uit.Chaſſ.in conſ. Burg.tit.*des foreſtz*,§.ult.nu.
1.& 2.Schurff.conſi.42.in fin.uerſi.ſiue dictus
fluuius ſit publicus, ſiue priuatus, ſiue pro-
prius,ſiue communis. Nec obſtat,quòd dolo
uideatur agere, qui nouo opere uicinis com-
modum interuertit.l.1.§.denique.de aq pluu.
arcen.Nam † tale nihil ſuſpicandum eſt in eo, 15
qui iure ſuo utitur, & quid facit non alieno,
Iaſ.l.5.num.11.de iuſt.& iur.l.nemo.194.ubi
Cag.num.2.de reg.iur.l.nullus.56.ubi Dec.
eo.tit.l.quod reipub.de iniur. Nec delinquit
qui credit ſe id quod facit,ſuo iure facere.Bal.
rep.l.imperium.num.13.de iuriſ.om.iud.per
l.ult.quem.ſer.amit.l.quod Reipub.de iniur.
neq; fraudē ulli facit, qui ſuo iure utitur. Dec.
conſil.621.aliàs.num.3.per l.3.§.is tamen.de
lib.hom.exh.l.iniuriarum.§.1.de iniur. Sed &
quilibet in ſuo præſumitur potiùs ædificare
ad ſuam utilitatem, quàm ad alterius iniuriā.
Bal.l.item lapilli.col.2.de rer.diuiſ.Ripa leg.
quo minus.num.29.de flum.Iaſ.l.5.num.11.
de iuſt.& iure.Non obſtat primò,qđ de curſu
fluminis obijcitur: quoniā is non impeditur,
quamuis intermedius ad ſuam molam aqua
utatur, & ibi aggerem faciat, prout naturali-
ter ad hoc tales aquæ ſunt deſtinatæ,Iaſ.l.quo
minus.num.79.de flum.& l.ſi quis.6.§.ſi ini-
tium.in fine,de eden.Bal.c.1.§.ſi quis de man-
ſo.num.9.de cont.inueſt. Non obſtat ſecun-
dò,ꝙ melior ſit antiquioris poſſeſsio. nam id
16 † uerum in re unica, cuius plures domini uel
poſſeſſores eſſe nequeant.l.ſi ut certè.§.fi.com
mo.l.3.§.ex contrario.4.de acq.poſſ.At hic li-
cet ſit unum flumen, tamen à pluribus ſecun-
dum ſuam latitudinem ac longitudinem poſ
ſideri, ac uſurpari, iuxta ſuum decurſum po-
teſt: & aqua profluēs quam unus uſurpat, eſt
17 alia, quàm illa, quæ peruenit ad alium. Ex † ſe
paratis igitur nihil infertur.l.ſi maritus.1.C.
de dona.int.uir.l.fin.de calum.Non obſtat ter
tiò, quòd uicini molendina ſua longiſsimè
poſſederint: nec enim ex eo prȩſcripſerunt ius
negatiuum, ne idem alius facere in ſuo poſſit:
d.l.quo minus.ubi Dd.de flum.l.ſi manifeſtè.
18 l.ſi præſes.C.de ſer.quomodo † nullus prohi-
betur diuerſorium ædificare, aut aliud quid,
prope uicinum, qui per centum uel mille an-
nos diuerſorium habuerit ædificatum: Bal.c.
1.§.ſi quis de manſo.nu.14.de contro.inueſt.
l.1.l.2.l.præſes.l.altius.C.de ſer.l.fundi.de uſu
& hab.niſi fiat ad æmulationem, Clarus de
feud.quæſt.30.in fine,& in terminis noſtris,d.
l.quo minus.numer.96.170.171.172.de flum.

Cæpoll.de aquæduc. nu.25.57.58. Chaſſanæ.
in conſ.Burg.*des foreſtz*, §.ult. num.10.Cano.c.
19 ſignificante.de appella. Neq; † uerò præſcri-
ptio negatiua oritur ex tali longiſsima uſur-
patione, ſed tantū ex prohibitione in qua ſit
conſenſum per 30.annos: quæ cū ſit facti, non
poteſt hîc præſumi, ſed debebat probari. Iaſ.
d.l.quo minus.nu.30.cum ſeq. Bal.d.§.ſi quis
de manſo.num.14.de cont.inueſt. Cæpol.nu.
51.52.53.57.58. Schurff. conſ.69.præſens.nu.
20.cent.2.conſ.1.uenationes. cent.3. conſ.69.
præſens.nu.20.centur.1. Quartò non obſtat,
quòd per hanc nouam molæ conſtructionem
uicinis molitorum frequētia, & ſic utilitas im-
minuetur: qui ad maximè uicinum & oportu
20 num commeaturi ſint. Id † enim in conſide-
rationem nòn uenit: Bart.num.25.Iaſ.numer.
81.& 82.d.leg.quo minus.de flum. Cæpoll. de
aquæduc.num.50.52.per l.quæro.de iure pa-
trona.l.medicus.de oper.lib.l.Proculus. l.flu-
minum.§.fin.de dam.inf.quia non eſt lucrum
radicatum, Dd. ibidem, Iacob.in inueſt.uerb.
cum molendinis.num.4.& uicinus præſumi-
tur ædificaſſe ad ſuum uſum ad alteri incom-
modandū Bar. l.& eleganter. §.ſi quadrupes.
21 in 2.oppoſ.de do.mal. Et † ſanê ire ad hoc uel
illud molendinum, eſt actus meræ facultatis,
qui nullo tēpore præſcribitur. Cyn.Bal.& Dd.
22 l.1.C.de ſer.Iacobin. præ. loc. Et cū † pendeat
non à uoluntate molitorum, ſed ab arbitrio
commeantium libero, non eſt hîc æſtimandū:
Bal.l.unic.nu.45.C.de ſent. quæ pro eo quod
inter.l. Neratius.ubi glo.uerb.retrorſum.ad l.
Aquil.quam ad hoc ponderat in terminis no
23 ſtris Bal.conſil.71. num.2. uol.1.uelut † inter-
eſſe incertum & à caſu pendens. l. medicus. in
fine, de oper. lib. Caſt. l. de fideicommiſſo. C.
de tranſac.l.ſi ſterilis.§.cum per uenditionem.
de act. empt. l.3. §. fin ubi poſt alios Iaſon, de
24 eo quod cer.lo. Illud † tamen uerum eſt hanc
nouam molam ſic eſſe ædificandā, ne per reſta
gnationem, aut aliter inuertatur curſus ſoli-
tus aquæ, damnumq; inde uicinis molis infe-
ratur: Bal. d. l.unic.numer.45. C.de ſent.quæ
pro eo quod int.& §.ſi quis de manſo.num.9.
de cont.inueſt.& conſil.62. in quæſtione. uol.
3.conſ.71.caſus.uol.1. Iaſ. d. l. quo minus. nu.
84. 91. 93. 173. cum multis allegat. poſt Bart.
ibi.num.2.pro hoc l.apud.l.1.§.deniq;. & paſ-
ſim, de aq.pluu.arcen.l.fluminum.in princ.de
dam.inf. l.1.de riuis, l.1. de aq.quo.l.1.ne quid
in flum. pub. Cæpoll.de aquæd. nu.26.& 66.
Chaſſan. *des foreſtz*, §.2.num.6. glo. l.ſi quis.6.
§. initium. uerb. rationis.de eden. & Vueych.
ſub tit. *vuie man teich vnd mbuelen bavuen ſoll.* uel
25 † etiam publicis uijs, piſcationibus, alijsq; ſi-
milibus. Bart.l.quo minus. num.16.& 24. de
flum.& l.maritus.de acq.do.per l.1.§. ſi quis.l.
ult. de uia reficien. l.ſupra. de aq. pluu. ar. l.2.
26 de riuis. Nō obſtat quintò, quòd † in re com-
muni melior ſit prohibentis conditio. Nam
hîc ut maximê eſſet flumen commune, ex eo
quiſq; aquam profluentem propriam ducit,
§.1.2. Inſt. de rer. diuiſ. Deinde ea regula obti-
net, quādo conſortium aliquis uti uult re ad
eum uſum, ad quem non eſt deſtinata: nō au-
tem, quando uti uult re ad quem uſum eſt or-
dinata.§.religioſum.ubi Ang.Fab.Inſt. de rer.
diuiſ.l Sabinus.com.diuid. Dyn. c.in re com-
muni.de reg. iur. in 6. ut in caſu præſenti, d. l.
quo minus.ubi Bart.nu.21. Cæpoll.de aquæ-
duc.num.85.Schurff.conſ.42.numc.5.cent.1.
27 Poſtremò † non obſtat, quòd uicini nobiles
in loco iſto habeant iuriſdictionē: cum facere
molendinum in ſuo non ſit actus iuriſdictio-
nis, ſed dominij, quod eſt à iuriſdictione ſe-
paratum.l.2. ubi Dd. C. de quad. præſ. Iacob.
in inueſt. uerb. fluminibus. nu.1. uerb.& cum
molendinis.nu.5. ubi decidit in terminis, Li-
cet dominus loci habeat molendinum, non
tamen prohiberi unum ex ſubditis aliud ędi-
ficare. ſequitur Chaſſ. *des foreſtz*. §. ult. num. 1.
28 per Dec. conſil.244. Pro † quo facit, quòd in
iuriſdictione liceat caſtrū uel fortalitium ædi-
ficare.l.per prouincias.C.de ædif.priua.l.qui-
cunq;.ubi glo.uerb.antiquitas. C.de fun limi
troph. li.11.Chaſſ.& Iacob.præall. lo. Excipio,
29 ſi dominus † haberet molendinum bannale,
ex priuilegio præſcriptione uel aliter quæſi-
tum: Iacobin. uerb. & cum molendinis.nu.3.
uel conſuetudines & ſtatuta locorum aliud
ferrent. §. res Romanorum. ubi Bal. notat, de
pace Cōſt.l.1.§. deniq;. de aq. pluu. ar. Cæpoll.
de ſer.urb. præd. cap.7. & de aquæduc.quæſt.
4.l.ſi maniſeſtè.C.de ſeruit.Bal.c.1.§.ſi quis de
manſo.num.10.de contro. inueſt. Nam abſq;
priuilegio, uel conſuetudine, non poteſt im-
pedire, quo minus ſubditi nedum ædificent,
ſed etiam ne ad aliud molendinum uadant.
Clarus de feud.quæſt.30.dicens communem,
Boer. deciſ.125. Crauet. de antiq. parte 4. §.
circa. numer. 3.

CONSILIVM LXVIII.

De Diuiſione fraterna.

SVMMARIA.

1 ¶ Vaſalli feuda diuidere poſſunt.
2 Per diuiſionem in familia factam, res non mutatur.
3 Pacta de ſuccedendo, diuiſioni adiecta, ualent.
4 Conſenſiſſe uidetur qui literas pacti recipit.
5 Coniunctus facilè conſentire præſumitur.
6 Agnatus intra annum contradicere alienationi debet.

7 Poſt

7 *Poſt contradictionem iterum annus curre-re incipit, donec lis conteſtetur.*
8 *Succeſſor, etiam in feudalibus, cogitur pacta ratificare defuncti.*
9 *Pacta uel in totū approbanda, uel reÿcienda.*
10 *Pactum eſt pars contractus & precÿ.*

Rationum decidendi ſummaria.

11 *Pactum in feudis nō nocet non conſentienti.*
12 *Diuiſio feudalis non mutat ius ſucceſſionis.*
13 *Agnatus, qui nō conſenſit, haud cogitur ex pacto alterius pro portione feudi accipere pecuniam.*
14 *Agnatus licet non contradicat aliorum diuiſioni, non uidetur conſenſiſſe.*
15 *Recipiens literas quibus in caſibus tacendo uideatur non conſentire.*
16 *Agnatus ſola patientia non conſentit, præſertim errans.*
17 *Errans licet approbet, non uidetur conſenſiſſe.*
18 *§. Titius. tantùm obtinet in alienatione ualida.*
19 *Annalis præſcriptio quando currat, uel non.*
20 *Ratio §. Titius. ducitur ex inueſtitura, quæ intra annum petenda.*
21 *Contractus uaſallorū ualet in præiudicium contrahentiū, licet non domini uel agnatorum, quod in §. Titius. ſufficit.*
22 *An in §. Titius. opus ſit repetitione contradictionis.*

TRES fratres, Marcus, Ioannes & Hubertus, ſic feuda ſua diuiſerunt: ut Marcus ſenior ſeparata quædā prædia & pecuniam: reliqui duo feudum auitum acciperent. Hi pòſt ita partiti ſunt, ut Hubertus totum feudum retineret: Ioannes pro ſua portione caperet allodialem pecuniā, quæ feudalis eſſet: addito pacto, ut hi duo ſibi inuicem ſuccederent: ſenior Marcus re cognita, contradicit: qua contradictione pendente, moritur Ioannes abſq; liberis. Quæritur, an d. duo fratres Ioannes & Hubertus, ita diuidere, pactisque ſuis ſeniorem fratrem excludere potuerint? & ſi non potuerint, quomodo hęc feuda ſint inter fratres duos ſuperſtites diuidenda?

1 ILlud nō dubitatur, quin † Ioannes & Hubertus feudum diuidere potuerint: Alexan. conſil. 18. uiſis. uol. 2. ex regula l. ult. C. com diuid l. tamdiu. C. pro ſoc. l actione. § itē. ff. eo. tit. l. cum pater. §. omnia. de lega. 2. Iaſ. latè l. ſi non ſortem. §. ſi centum. num. 3. de cond. indeb. propter diſcordias communionis, l. cū pater. 77. §. dulciſsimis. de leg. 2. l. in re. 26. de ſer. urban. l, ſancimus. 34. §. ne autem. C. de donat. & incommoda, l. 2. C. quan & quib. quarta pars, lib. 10. l. ſi non ſortem. 26. §. ſi centum. 4. de cond. indeb. l. ſi quis aliam. 46. de ſolut. l. cum eiuſdem. 34. l. quod ſi nolit. 31. §. ſi plures. 4. de ædil. edic. Her. Det. l. 4. §. Cato. num. 154. de uerb. ob. ubi Soc. num. 218. Picus l. in quartam. num 140. ad l. Falcid. etiam inuitis agnatis & abſq; domini conſenſu, Bart. leg. & ideo num. 4. de cond. fur. Bal. l. ſi familiæ. nu. 6. C. fam. erciſ. idem Bal. c. 1. in princ. nume. 12. de proh. feud. alie. per Fed. dicens, id non habere dubiū, Aluaro. c. 1. §. item ſi fuerint. in 2. notab. quib. mod. feud. amitta. per text. c. 1. de nat. ſucc. feud. c. 2. de proh. feud. alie. per Loth. c. 1. §. præterea. ubi omnes Dd. de proh. feud. alie. Cur. de feud. parte 4. numer. 124. Ioan. de Ardiz cap. utrum feudum diuidi. Iaſ. num. 31. l. ſtipulationes non diuiduntur. in princip. de uerb. ob. l. fin num. 115. C. de iure emphyt. Molin. in conſ. Pariſ. tit. de feud. §. 35. num. 2. Zaſ. in epito. feud. parte 9. numer. 40. latè Socin. conſil. 18. uiſis, & conſ. 265. uiſis. conſ. 228. in quæſtione. uol. 2. Caſtrenſ. conſil. 144. dubiū. parte 1. Henn. God. conſil. 19. & 20. de ſucceſſ. feud. Chaſſan. in conſ. Burg. de feu. §. 8. in prin.
2 nu. 7. & 8. Quandoquidem † res per diuiſionem in familia factam, non alteratur uel mutatur, etiamſi inſit illi alienatio. And. de Iſer. Aluar. Præpo. c. 1. §. 1. in princ. per quos fiat inueſt. c. 1. de alien. feud. pat. Bal. c. unic. in fin. de alie. feud. l. 1. §. cæteri. C. de imponen. lucr. deſcrip. lib. 10. quem tex. ad hoc ibi notant Bar. Pla. Iac. Rebuff. idem Ioan. de Pla. in l. 1. nu. 3. Cod. non lic. hab. metro. libr. 11. Ioan. Andr. in addit. ad Spec. §. nunc uerò aliqua. nume. 72. Bart. Caſt. l. & ideo. de condic. fur. l. cum hi. §. ſi uni. de tranſac. l. ſi domus. §. fi. de legat. 1. l. qui Romæ. §. duo fratres. quęſt. 10. de uerb. ob. ubi latè Iaſ. circa finem, idem Iaſ. l. uoluntas. per illum text. C. de fideicom. Salic. l. ea lege. in fin. C. de cond. ob cauſ. Iacobin. in inueſt. uerb. & cum pacto de non alienando. numer. 31. 33. & uerb. Marchio. num. 7. Hipp. ſing 28. emphyteuta. Stepha Bertran. conſil. 158. uiſo. lib. 1. Molin. conſ. Pariſ. tit. de feud. §. 13. glo. 6. nu. 5. Curt. de feud. parte 4. nu. 124. Socin. conſ. 18.
3 uiſis. num. 2. Cui † etiam pacta de ſuccedendo adijcere licet, l. 3 §. de illo. pro ſoc. l. de fideicommiſſo. C. de tranſac. Schurff. cōſi. 20. & 56. centur. 1. ab inteſtato ualitura, l. ult. l. pactum. l. licet. ubi Iaſ. C. de tranſa. præſertim inter con-
4 ſentientes, d. l. ult. ſicut hic † frater ſenior conſenſiſſe uidetur, ex quo per literas fratrum de re tota edoctus non contradixit, l. ſi filiusfa. 18. ad S. C. Maced. cle. 1. ubi Zab. de procura. Bar. l. quo enim. §. fin. num. 1. rem rat. hab. Iaſ. l. quæ dotis. nume. 40. ſol. matri. Bal. l. ſi filiusfa. 7. nu. 4. ad S. C. Macedo. Felin. poſt Panor. c. nonne. num. 10. de præſumpt. Nam epiſtola

ſemper loquitur: Bal. leg. 3. de pac. ideoq́ cen-
ſetur conſenſiſſe, cuius ad manum nõ contra-
dicentis, litera pacti peruenit. Soc. conſ. 64. in
fin. lib. 3. Bal. de dote, parte 6. princ. nume. 78.
Crauet. de indem. mul. numer. 31. Pariſ. conſil.
5 127. num. 29. & 30. uol. 1. potiſsimum † frater
coniunctiſs. qui in gratiam fratrum tacendo
facilè conſentire putatur. l. ſi ſeruus commu-
nis. de donat. int. uir. & uxor. Bar. l. quæ dotis.
num. 23. & ibidem Iaſ. num. 22. ſol. mat. Felin.
d. c. nonne. num. 14. Matth. Afflic. in terminis
noſtris, nempe quod agnatus facilius intelli-
gatur alienationi factæ refragari, quàm extra-
neus, in §. Titius. ſi de feud. defunct. Vnde
6 † agnatus alienatione in familia facta, ſtatim
intra annum contradicere debet: alioqui con
ſenſiſſe uidetur. §. Titius. ſi de feud. def. ubi gl.
uerb. annũ. & Dd. c. 1. §. porrò. qual. olim feud.
po. al. Bal. c. 1. §. hoc quoq; de ſuc. feud. Iaſ. poſt
Roma. l. prætor. §. fin. nu. 13. de oper. no. nunc.
l. petens. nu. 10. C. de pac. Iacobin. in trac. feud.
inueſt uerb. & cum pacto. nu. 17. Zaſ. in epito.
feud. parte 9. num. 29. quia ſilentium annale
uim hic habet refutationis. Curt. ſenior conſi.
7 81. in princ. Quinetiam † ſi intra annum con-
tradixiſſet, tamen quia litem déſuper non eſt
conteſtatus, rurſum annus currere à contra-
dictione cœpit, & ſilentium præſcriptionis in-
ducere. gloſ. l. ſicut. uerb. executorem. ubi Bal.
C. de præſcrip. 30. anno. Bar. Caſt. Iaſ. Alexan.
Socin. l. ult. de eo per quem fac. glo. l. cum no-
tiſsimi. uerb. ſolam conuentionem. ubi Bart.
poſt princ. Bal. Salic. C. de præſcrip. 30. annor.
Bart. & Imol. l. 2. §. fin. de uſucap. pro empto.
Pan. & Can. c. illud. de præſcrip. Iaſ. poſt Ang.
§. pœnales. n. 110. Inſt. de actio. Guid. Pap. dec.
416. cum quæritur. Chaſſan. in conſ. Burg. de
retrac. prox. §. 1. uerb. intra annum. glo. 9. nu. 3.
& glo. 10. nu. 72. Angel. conſil. 124. ſolus. conſ.
299. quidam. Aretin. conſ. 30. uiſo. Baib. conſ.
8 9. ubi. in fin. lib. 3. Super † hæc cum d. ſenior
frater uelit iuniori ſuccedere, debet eius pacta
ratificare: l. ex qua perſona. l. hæredem. de reg.
iur. l. cum à matre. C. de rei uend. l. 2. C. de pac.
int. emp. etiã in ſucceſsione feudali: Cur. tract.
feud. parte 4. num. 140. Iacobin. uerb. & cum
pacto. nu. 35. 43. Alexand. conſil. 118. attentis.
in fin. num. 13. lib. 5. conſil. 30. uiſis. nu. 3. conſ.
87. quantum. num. 10. uol. 6. Schurff. conſ. 96.
quod in præſenti. nu. 2. cent. 3. Boer. deciſ. 76.
9 Tiraq. in retrac. con. §. 1. gloſ. 6. nu. 6. nec † pro
parte, ſed in totũ, aut probari debent, aut re-
pudiari: l. Caius. de manumiſſ. l. Iulianus. §. ſi
quis. de act. emp. l. cum quæritur. de ad. tuto. l.
nam abſurdum. de bon. lib. l. ita ſtipulatio. de
oper. lib. l. cũ interdicto. ubi Bal. C. arb. tutel. l.
Pomponius ſcribit. de nego. geſt. Bal. l. obſer-
uare. §. poſthæc. num. 6. de off. proconſ. Roma.
conſ. 396. in caſu. nu. 1. Tiraq. retract. conuent.
10 in fin. tituli nu. 1. 2. 3. præſertim † cum iſtud pa
ctum de ſuccedendo, fuerit pars diuiſionis: l.
fundi partem. ubi gl. uerb. uendidiſti. de cont.
empt. per l. ſi uenditor. §. fin. de ſer. exportan. l.
pen. de hære. uend. l. ſi nõ fuerint. §. 1. pro ſoc. l.
fiſtulas. §. 1. ubi Bar. de contr. empt. l. q ſi uno.
de in diẽ addic. l. cũ eiuſdẽ. de ædil. edic. l. ſi qs
aliam. de ſolut. Tiraq. de retrac. prox. § 23 gl. 1.
& in retrac. conuen. in fi. nu. 4. unde pacta illa
pro parte precij habentur, d. l. fundi partẽ. ubi
gl. uerb. uilius uendidiſti. de contrah. emp. l. ſi
ſterilis. §. ſi tibi. de act. emp. l. iuriſgentiũ. §. qui-
imo. de pac. c. cum Ioannes. §. 1. de fid. inſtru. &
qñ non ualent in totum, pro ea tñ parte ualẽt,
qua ualere poſſunt, Bal. c. 1. §. 1. num. 12. de pa.
Conſt. per l. ſi tã anguſti. de ſeruit. Quocirca ſi
diuiſioni factæ ſtari uelit ſenior, neceſſe eſt ap-
probet pactũ adiectũ: l. ſi cũ patruo. 6. C. com.
utriuſq;: ſin minus, etiã illi diuiſio tenenda nõ
eſt, ſed bona rurſũ diuidenda æqualiter, quaſi
nulla diuiſione pri⁹ facta. l. ſi fratres. in fi. l. ſi cũ
patruo. C. cõ. utriuſ. iud. l. 3. §. Põponius. de rei
uend. l. cũ te. ubi Bal. & Dd. C. de pac. int. emp.

Rationes decidendi.

11 His tñ † non obſtantibus, uerſus uidetũ fra-
tri ſeniori hoc fratrũ pactum non nocere: Lau
denſ. §. Titius. nu. 1. 2. 6. 19. 21. ſi de feu. def. per
l. ſi arrogator. de adopt. Bal. l. ſi conſtãte. in fi.
C. de don. ante nup. Cag. l. id qd' noſtrum. nu.
14. de reg. iur. Aretin. conſ. 74. diligenter. in 3.
dubio, Dec. conſ. 107. in fin. Cur. trac. feu. par-
te 4. nu. 146. 125. c. 1. ubi cõmuniter Dd. qual.
olim feu. po. alie. Iacob. trac. feud. uerb. & cum
pacto. nu. 12 p c. 1. de alie. feu. pat. Zaſ. in epit.
12 feu. parte 9. n. 25. nec illorũ † quoq; diuiſione
potuiſſe ius ſucceſsionis feudalis immutari:
Curt. de feu. parte 4. n. 125 131. 146. 150. per c.
1. §. hoc quoq;. ubi Dd. de ſucceſſ feud. Zaſ. in
terminis in epit. feu. parte 9. de alie. feu. n. 40.
Bal. c. 1. in prin. de alie. feu. pater. n. 7. Iacob. in
inueſt. uerb. & cũ pacto de nõ alienãdo. n. 34.
& uerb. & cũ pacto qd' de ipſo. nu. 2. 3. Curt. d.
parte 4. n. 150. 131. Cag. l. id qd' noſtrũ. nu. 14.
de reg. iur. tex. c. 1. de duob. fra. à cap. inu. Soc.
conſ. 19. adſit. n. 18. uol. 1. Alex. cõſ. 28. põdera-
tis. n. 4. 5. uol. 3. Henn. God. conſ. 16. de ſucceſ.
feu. cõtingẽtia. n. 27. & poſſe fratrẽ, ut agnatũ
in feudo ſuccedere, repudiata hæreditate, atq;
ſe non obſtringere ad factũ defuncti pbandũ,
c. 1. an ag. uel fil. Laud. §. Titi⁹. n. 7. ſi de feu. def.
Iacob. in inueſt. uerb. & cum pacto. n. 43. Imò
ẽt adire hæreditatem cum beneficio inuẽtarij,
ſuumq; feudi ius nihilomin⁹ contra pactũ de-
functi, cui ſucceſsit, cõſeruare. Bal. Iſer. Aluar.
c. 1. an agna. Iacob. in inueſt. feud. uerb. & cum
pacto. n. 35. 43. per gl. l. fi. §. in computatione.
C. de iure delib. Curt. de feu. parte 4. nu. 147.
148. Zaſ. in epit. parte 9. nu. 27. 28. 29. Quare
13 † nec cogitũ ſenior ex illo fratrũ pacto, p ipſius
feudi, ad ſe ex morte fratris deuoluti, portiõe,
accipe pecuniã: Bar. Iaſ. & Dd. l. 3. §. res quæ. ad
Treb. Bar. l. ſu⁹. n. 16. de hær. inſt. Pan. & Can. c.
Rainald⁹. de teſta. Bal. l. 1. n. 12. C. ſi qd in frau.
pat. Coraſ. l. filiũ. n. 88. C. fa. erciſ. ẽt ob intereſſe
ſuũ affectionis, qd' in auito feudo habet, l. ſi in
emptio-

emptione. ubi Bal. de minorib. Et quanquam uellet probare factum eorum diuiſionis, poſſet tamẽ improbare modum & qualitatem illam adiectam. Bal. l. obſeruare. §. poſthac. n. 6. de off. proconſ. Bart. l. 1. §. ſed etſi. nu. 3. ff. unde ui. Quamobrem non obſtante fratrum duorum pacto & diuiſione: puto utrunq; fratrem ſuccedere ei in dimidia portione feudi, quam ex prima diuiſione habuit, quaſi nulla pòſt alia diuiſio facta eſſet, per c. 1. ubi Dd. de alien. feu. pat. c. 1. §. hoc quoq;. de ſucc. feu. Iacob. in inueſt. uerb. & cum pacto de non. nu. 30. 34. Schurff. d. conſil. 22. & 30. cent. 1. Cur. parte 4. feud. num. 150. Zaſ. in epito. feud. parte 9. nu. 26. refuſo omni, quod utrinque hoc nomine præſtitum, l. ſi diuerſa. uerb. refuſa pecunia. C. de tranſac. l. cum te. uerb. receptis nummis. C. de pac. int. empt. l. 1. uerb. refundere. ubi gloſſ. uerb. maxima. C. de reſcin. uend. l. 3. uerb. reddito abs te precio. Cod. de ijs quæ ui met. cauſ.

14 Nec uerum † eſt, agnatum non contradicendo uideri conſenſiſſe: Aluar. §. ſi uaſallus. nu. 4. 5. 6. ſi de feu. fue. cont. Iacob. de feu. uerb. & cum pacto. num. 12. neq; qui literas accipit, uidetur acquieuiſſe, quando res altiorem indaginem requirit: Cæpolla caut. 9. porro. nume. 1. Iaſ. rep. l. admonendi. nu. 142. de iureiuran. Matheſ. ſing. 22. nota. nu. 2. fac. l. cùm ſeruus.

15 81. de cond. & demonſt. ſicut † hic ſenior recipiens literas dixit, ſe per otiũ diligentius conſideraturum. Vnde acceptatio conditionata ad nihil eum obligauit, Pariſ. conſ. 31. nu. 20. uol. 1. Sed & illa theorica d. cle. 1. de procu. tantum in literis authẽticis obtinet, Lanf. c. quoniam. uerb. inſtrumentorum productiones. numer. 44. de prob. Bar. l. nuda. nu. 6. de don. Mathe ſilan. ſing. 22. nota. & iudicialibus: non extraiudicialibus, de quibus hîc, Bart. l. 1. uerſic. ſi uerò extraiudicialia. ff. manda. Nec obtinet, ubi non principaliter actus, cuius in literis fit mentio, pertinet ad recipientẽ, ut in noſtro caſu. Bal. l. 1. in fin. manda. Dec. c. cum M. Ferrar. nu. 10. cum ſeq. de conſtit. & c. 2. in fine, de fid. inſtru. Matheſ. ſing. 22. Molin. ad Alex. conſil. 78. in cauſa. num. 1. addit. incipien. literis. Item quoties (ut hîc) recipiens literas non poſſet actum impedire contradicendo: Pan. num. 1. Fel. num. 11. 12. c. nonne. de præſumpt. Bar. num. 19. Iaſ. num. 95. l. quæ dotis. ſol. mat. ſicut hic frater impedire non potuiſſet. Aluar. num. 4. 5. 6. §. ſi uaſallus. 3. ſi de feud. fuer. con. Cur. feud. parte 4. numer. 97. Iacob. in inueſt. uerb. & cum pacto de non alienando. nu. 12. Zaſ. in epito. feu. parte 9. num. 21. Schurff. cõſ.

16 16. caſus. nu. 5. 6. centur. 2. Quo † etiam caſu nõ præſumitur agnatus abſens pacto feudali aliorum ſibi nocituro conſenſiſſe. Iacob. in inueſt. uerb. & cum pacto. nume. 20. Tiraq. de retract. proxi. §. 1. glo. 9. nu. 146. 147. 149. 151. 152. 156. addens, q; regula l. ſi ſeruus. de don. int. uir. l. quæ dotis. ſolu. ma. procedat tum demum in conſanguineo, quando non ſimpliciter tacuit, ſed præterea rem quę agebatur coràm tractauit. Bal. l. cum proponas. C. de pac. Iaſ. conſ. 3. circa. lib. 1. per l. exceptione. Cod. de euict. cũ alijs ab eo alleg. Non obſtat §. Titius. quia procedit in ſciente, non ignorante: ut ibi Dd. Cur. ſen. conſil. 81. cuiuſmodi eſt, qui non omnes rei circumſtantias nouit. glo. c. concertationi. uerb. ſciuerit. de app. in 6. quam aureã uocat Felin. c. à nobis. de excep. Roma. conſil.

17 343. ex propoſito. in fine. Vnde † nec dominus nec agnatus uidetur conſenſiſſe tacendo, uel etiam probando id, quod quomodo ſuũ in præiudicium ſit geſtum, non planè cognouit. glo. c. 1. uerb. permiſsione. de prohi. feud. alie. per Lothar. ubi Aluar. & Dd. Tiraq. de re-

18 trac. prox. §. 1. glo. 9. num. 115. Deinde † loquitur d. §. Titius. de alienatione, quæ hîc nulla eſt, facta per diuiſionem inter fratres inſtitutam: Aluar. Præp. Iſer. c. 1. §. 1. per quos fiat inueſt. per c. 1. de alie. feud. pat. Pactum autẽ ſucceſsionem alterans adiectum, oſtendi non ualere contra ius feudi. c. 1. de ſuc. feud. in inualidis autẽ non obtinet d. §. Titius. Schurff. conſ.

19 68. uiſis. num. 14. centur. 3. Et † proinde nec currit annale tempus: cum quod nullum eſt, nullo tempore conualeſcat: l. quod initio. 30. de reg. iur. & ad 30. ſaltẽ annos retractari poſſit. Bald. l. data. num. 59. C. de ijs qui acc. Salic. l. ſi præſes. in fin. C. quo. & quan. iud. Ferra. in for. app. à ſent. def. uerb. dico fuiſſe. num. 4. & ubi annalis præſcriptio diſertẽ non eſt expreſſa, ibi non currit. Tiraq. de retrac. prox. §. 1. glo. 10. numer. 8. & 10. per l. 1. §. meminiſſe. de uent.

20 inſpicien. Et † ex §. Titius. requiritur intra annum contradictio aduerſus contractum ualidum: quoniam intra illud tempus inueſtitura, etiam ſimultanea, peti debet. c. 1. §. porrò. ubi Feudiſtæ, qual. olim feud. po. aliena. Iaſ. l. prætor. §. fin. nu. 13. de oper. no. nunc. l. petens. nu. 10. C. de pac. ut hanc rationem d. §. Titius. tradunt ibi Dd. Iaſon d. l. prætor. Bal. c. 1. §. hoc quoque. de ſucceſſ. feud. Hipp. ſing. 54. Franc. Balb. de præſcrip. parte 4. partis 4. pri. quæſt. 30. Tiraq. de retrac. §. 1. glo. 10. num. 8. 10. 11. 13. Iacob. uerb. & cum pacto. nu. 17. Roma. conſ. 22. pro propoſito. in fin. & conſ. 20. uiſis. Caſt. conſ. 84. quæritur. uol. 2. Iaſ. conſ. 92. facta. in fin. uol. 1. Dec. conſ. 222. uiſo. nu. 4. conſ. 275. in cauſa. conſ. 395. in cauſa magnifici. ad finẽ,

21 Zaſ. in epito. feu. parte 4. numer. 29. Qua † ut maximè ponamus opus eſſe ex diuiſione, & cõtractum hunc ualuiſſe reſpectu contrahentium, Iacob. in inueſt. uerb. & cum pacto. nu. 7. & 12. per Dd. c. 1. de alien. feu. pat. pro quo l. inter. 43. l. epiſtola. 53. §. pactum. de pac. gloſſ. uerb. retinere. l. fi. C. ſine cenſu uel reliq. etiam pactum de ſuccedendo inter conſentientes, l. ult. C. de pac. (quod etſi non ualeret, nihilominus utilis contractus per inutile pactum non uitiaretur, l. donatio. 25. C. de dona. l. cum donationis. l. ſi maiores. C. de tranſact.) in quo caſu obtinet d. §. Titius. quia nulla alienatio,

de qua ibi, ualet in præiudicium domini uel
agnati (qui ideo contradicere poteſt) ſed tan-
tummodo contrahentium, c.1. §. porro. qual.
olim feu. c.1. §. hoc quocꝫ. de ſucceſſ. feu. Mart.
Laudenſ. c.1. §. Titius. nu. 21. ſi de feu. def. Zaſ.
in epito. parte 9. nu. 21. & 30. Schurff. conſ. 30.
indubitati. nu. 2. 3. centur. 1. qui uidentur hic
ita per precij interuentum diuidendo quan-
dam uenditionem feciſſe. Bal. nu. 1. Salic. nu.
1. 2. l. 1. per illũ tex. C. com. utriuſ. iud. in quam
licet dominus conſenſiſſet, non tamẽ per hoc
agnato præiudicaretur. c. 1. de alien. feud. pat.
c. 1. §. hoc quoque. de ſucceſſ. feud. Henn. God.
conſ. 16. de ſucc. feud. contingentia. nume. 27.
22 Nec tamẽ † noſtro caſu poſſet obijci d. ſenio-
ri ſilentium annale, ex d. §. Titius. ex quo ſta-
tim atcꝫ plenè rem cognouit, ipſe cõtradixit,
& ad dominum feudi detulit: & inde in iſta
querimonia ac contentione perdurauit uſcꝫ
nunc, lite propter ſubitam mortem Ioannis
ſuſpenſa: ut hic non habeat obſtare, quod de
recurſu annalis præſcriptionis adductum eſt,
ex glo. l. ſicut. l. cum notiſsimi. C. de præſcript.
30. anno. leg. ult. de eo per quem fac. erit. Qui
enim continuo contradicit & in hoc manet,
uticꝫ eam quotannis repetit. Quanquam nec
putauerim, hoc, quod de allodialibus ibi tra-
dunt Dd. temerè ad feudalem caſum d. §. Ti-
tius. trahendum eſſe: cum text. talem contra-
dictionis repetitionẽ & continuationem non
requirat: nec ideo nos requirere debeamꝰ, ut
alibi me dixiſſe memini, nec hîc repeti neceſſe.
Certè eiuſmodi cõſtitutione aliqua decidi nõ
fuerit inutile ad diſputationes amouendas.

CONSILIVM LXIX.

De iure lignandi.

SVMMARIA.

1 *¶ Seruitus eſt perſonalis, cũ debetur ad uſum perſonæ.*
2 *Seruitus eſt realis, quæ ad utilitatem prædij conſtituitur.*
3 *Ius eſt perſonale, quod in facto perſonæ conſtituitur.*
4 *Verbum Poteſtatis, in factum magis ſonat, quàm in ius.*
5 *Seruitus perſonalis nõ tranſit in ſucceſſores, niſi nominatos.*
6 *Seruitutes, etiam reales, ad certas perſonas reſtrictæ, non uadunt ulterius.*
7 *Appellatiõe hæredis ueniũt quicũꝗ; hæredes.*
8 *In feudis & iure lignandi appellatio hæredis non facilè comprehendit extraneos.*
9 *Non tranſeunt in fiſcũ, quæ nec in extraneũ.*
10 *Ius ſeruitutis non augetur familia aucta.*
11 *Contrahentes intelliguntur ſe conformare iuri communi.*
12 *In materia differenti non ueniunt hæredis appellatione ſucceſſores in quibus diſpar eſt ratio.*
13 *Ius, quod non indiuiduè adhæret rei, haud tranſit ad fiſcum, uel feudi dominum.*
14 *In dubio magis fauetur priuato, quàm fiſco.*
15 *In dubio fauetur libertati & communitati.*
16 *Ius lignandi uel ſimile conceſſum perſonæ ad utilitatem prædij, ſeruitus realis eſt.*
17 *Ius reale tranſit cum prædio ad fiſcum uel dominum.*
18 *Expenſæ meliorationis, aperto feudo, hæredibus debentur.*

FISCVS publicauit Sempronij prædiũ cui cum ſuis hæredibus fuerat antè ab uniuerſitate conceſſum, ut in communi ſcilicet uniuerſitatis ſylua poſſet ad neceſsitatẽ & uſum illius ſui prædij ligna cædere. Quæritur, an hoc ius tranſierit ad fiſcum?

1 Videbatur † non tranſiſſe, quaſi ſeruitus
hæc fuerit perſonalis, aut mixta, quæ cũ
perſona interierit: Iaſ. l. ult. nu. 3. 4. 5. 6.
per illũ tex. de oper. no. nunc. l. corruptionem.
l. antiquitas. C. de uſufr. utpote Sempronio &
eius hæredibus conceſſa, l. uſus aquæ. 22. de
uſu & hab. Et nominatim ꝙ uſus utẽdi lignis
perſonę conſtitutus, ſit ſeruitus perſonalis, ꝓ-
bat l. plenum. 12. in uerb. lignis ad uſum quo-
tidianũ. & l. diuus. 23. de uſu & hab. l. Lucius.
37. de ſer. ruſt. præd. Cyn. l. fin. nu. 3. C. de præ-
ſcrip. long. temp. ubi quærit: ſi ruſtici dicant ſe
per longum tẽpus lignis ex nemore alicuius
uſos eſſe, utrum hęc uideatur ſeruitus eſſe rea-
lis, an perſonalis? In quo diſtinguit, quod at-
tendenda ſit forma conſtitutionis. Nam, in-
quit, ſi cõſtituta ſit perſonis, dicetur perſona-
lis ſeruitus: ſi rebus uerò, realis. l. pater. 6. de
ſer. leg. l. annua. 20. §. 1. de ann. lega. in eandem
ſententiam Bart. l. ut pomum. in fi. prin. de ſer-
uit. Poſſet forſitan concedi, ait, ꝙ eſſet ſeruitus
perſonalis, cum habeam uſum uel uſumfru-
2 ctum arborum. Nam † ad hoc ut dicatur ſerui-
tus realis, neceſſe eſt ut conſtituatur ad utilita-
tem prædij, non ad uſum perſonæ: alioqui eſ-
ſet perſonalis. Bart. l. 1. num. 2. de ſeruit. d. l. Lu-
cius. d. l. pecoris. de ſer. ruſt. præd. l. pater. de
ſer. leg. l. Mela. 14. §. fi. de alimen. lega. Quam-
3 uis autem † hîc in pacto ſit etiam facta prædij
mentio: tñ quoniam hoc uenit ad determinã-
dum uſum perſonarũ acceſſoriè, idcirco non
hoc, ſed qd' principaliter actum, inſpici debet:
l. ſi quis nec cauſam. l. non omnis. ſi cert. peta.
præſertim cũ hoc ius lignãdi in facto perſonæ
conſtitutũ ſit, & ideo ꝓ perſonali iure haberi
debeat. Bart. nu. 1. l. Lucius. de ſer. ruſt. prædio.

per

per l.apud Iulianum. quæ aliàs eſt l. Aphrica-
nus.40.aut l.idẽ Iulianus. 41.§. ſi quis alicui.
de legat 1.Bart.l.pater.nu.7.de ſer.lega. per §.
ſed cùm factum.Inſt.de ſtipula.ſeruo. copioſè
Cæpol.c.2.de ſer.rea. nu.10. qui expreſſè uult
4 uerbum † Poteſtatis (*moegen*) conſtitutioni
ſeruitutis additum, magis in factum ſonare,
quàm in ius,& melius Caſt. l.Lucius.2. de ſer.
ruſt.præd.qui dicit,talem conceſsionem Pote
ſtatis, non eſſe ſeruitutem realem, etiamſi fa-
cta fuerit occaſione prædij,(noteturad caſum
præſentem) ſed tantùm eſſe perſonalem. per
d. l. apud Iul.§.ſi quis alicui. de legat.1. l.2.§.
item ſi in facto.de uerb.obl.ubi dicitur: quod
ſit ſtipulatio facti, non dationis. Sed ſi conti-
neret ſeruitutẽ realem, eſſet ſtipulatio datio-
nis,quia ſeruitus datur, & iure dominij tranſ-
fertur,Bart.l.ſtipulatio iſta.§.ſi qs ita. de uerb.
obl.hæc Caſtr.præ.loc.fac.l.3.l.4. de uſufr. l.2.
§.ſi iter.de ac empt.ad idem Bald.l.pen.nu.12.
C.de cond. inſer. ubi dicit, eiuſmodi ſeruitu-
tes, nempe poſſe pro ſe, ſua familia lignare,
aquam haurire in alieno,eſſe perſonales:quæ
5 † ſcilicet à re perſonis debeãtur.Eas autẽ con-
ſtat non tranſire in ſucceſſores, niſi nomina-
tim expreſſos : quod ius ſeruitutis perſonalis
non mutat,l.cum antiquitas.C.de uſufr.Ang.
conſil.2. præmitto. nu.2. multò minus in ſin-
gularem ſucceſſorem, l. uſus aquæ. de uſu &
hab.l.pecoris.l.Lucius.de ſer.ruſt.præd. d.l.a-
pud Iulianum.§.ſi quis alicui.de legat.1. l. pa-
ter.de ſer.lega.l.Mela.de adimen.lega. Nã ubi
res non eſt ſua natura tranſmiſsibilis, ut ſerui
tus perſonalis, nunquam tranſit in ſucceſſo-
rem extraneum aut perſonas nõ nominatas,
Bald.c.1.nu.2.de nat.ſuc.feud. Alex.conſil.22.
uiſo.nu.4.uol.5.conſil.107.in cauſa.nume.4.
uol.4.per c. fin. ſi de feud. fuer. cont. c.1.§.etſi
clientulus.de aliena. feud. Dec. l.plus cautio-
nis.25.nu.2.de reg.iur.per l.3.§.fin. l.forma. §.
quanquam de cenſib.Verum poſito,non con
ceſſo, quòd hæc ſeruitus fuerit prædialis, ad-
huc tamen non uidetur ad fiſcum tranſiuiſſe.
6 Nam † etiam hæ quoties reſtringuntur ad cer
tas perſonas, ut hîc ad Sempronium, ac eius
hæredes, toties non uadunt ulterius, ſed cum
illis perſonis extinguuntur,ſi nõ ipſo iure,ſal-
tem ope exceptionis,neq; tranſeunt ad ſingu-
larem ſucceſſorem,niſi diſertè ſit hoc cautum,
d.l.pecoris.ubi Bart.Bald. Caſtr.& cõmuniter
Dd.de ſer.ruſt.præd. d.l.antiquitas. ubi Bald.
7 Salic.C.de uſufruct. Quanquam † autem ap-
pellatione Hæredis, ueniant aliàs qualeſcun-
que hæredes,etiam extranei,l.ſciendum.l.hæ-
redis appellatione.de uerb.ſign. l.in annalib.
C.de lega.l antiquitas.ubi Caſtr.C.de uſufru.
l. qui per ſucceſsionem. 155. l. in pari. 171. de
reg.iur. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. de uerb.
oblig.Bar.Caſtr.& communiter Dd.l. Gallus.
§.etiamſi.ubi latè Iaſ.numer.12.& 36.de lib. &
poſth.Bald.l.ult.C.de hær.inſtit. & conſil.114.
quidam.num.2.uol.1. Alexan.conſil.36. uiſo.
uol.3.conſil.174.uiſo.uol.5.Socin. conſ.249.
num.13.Angel.conſil.136.in quæſtione. nu.1.
& conſil.306.chariſsime frater.in prin. tamen
non uidetur ea Hæredis appellatio ultra hæ-
redes ſanguinis hîc eſſe attendenda. Primò,
8 † quia tractatur hîc de prædio feudali,in quo
hæredis appellatio tantum deſcendentes, &
ſimul inueſtitos, complectitur, nõ extraneos.
Bald.l.ult.nu.19.C.de hæred.inſt. & c.1. §. do-
nare.qual.olim feud.po.alien.gloſſ.ult.& Dd.
l.ex facto. §. ult.ad S.C.Trebell. Iaſ. poſt alios
d.l.Gallus.§.etiam.num.16.& 24.& §. inſtitu-
ens.nu.26.de lib.& poſthum. per cap. 1. §. etſi
clientulus.de alien.feud.cap.1.de duobus fra.
Alexand.conſil.95.requiſitus.num.6.uolu.7.
Bald.conſil.114.quædam.uol.1. Nam hoc in
argumento hæredis nomen tantum intelli-
gitur reſpectu familiæ,Bald.l.ult.num.6.C.de
hæred.inſtituen.Secundò,quia non eſt ueriſi-
mile hunc paciſcentem ſibi & ſuis hæredibus
facultatem lignandi reſeruantem, uoluiſſe
prouidere extraneis ſucceſſoribus, ad quos
non habuit affectionem, ſicut erga hæredes
familiæ:Baldus conſil.283.uerba.uol.3. quod
fatuum eſſet cogitare, Socin. conſil. 250. in
cauſa.nu.3.uol.2. potiſsimum quoad fiſcum,
qui nõ ſuccedit delinquenti ut hæres, copioſè
Menoch. conſil.101. eſt noua. num.25. & 34.
9 cum ibi alleg. præſertim † iſto caſu, ubi alius
uſus erat lignandi in perſona d.poſſeſſoris,&
paciſcentis,ac hæredum eius,alius uerò futu-
rus eſſet in uſu ampliſsimi fiſci, qui copioſio-
rem longè familiam & miniſtros alit, plus li-
gnorũ abſumpturos uno menſe, quàm d.poſ
ſeſſor cum ſuis feciſſet toto anno: de quo non
poteſt in conſtitutione uideri cogitatum, Iaſ.
l.in annalibus.num.1.C.de lega. Bar.l.1.num.
1.poſt glo.C.de bon.lib.ubi notat, non tranſ-
ire in fiſcum quæ non tranſeũt in extraneum
hæredem, addens, hoc perpetuò notandum
eſſe. idem Bart. l.iura. de iure patro. Menoch.
conſil.101. eſt noua. num.15. qui poſt nu.17.
ait, fiſcum æquiparari extraneo ſucceſſori ut
patri, domino, qui filio & liberto ſuccedunt,
nec ijs plus capere,l.1.§. an bona. de iure fiſ. l.
3.C.ad l.Iul.de ui.Facit illa ratio,quòd per ſuc
ceſſorem creſcere non debeat obligatio, l.2.§.
10 1.2.ubi Dd.de uerb.ob. Vnde † conſtituto ali-
cui iure lignandi uel ſimili,quamuis plures ei
ſuccedant hæredes, qui ſeparatim habitent,
ideoq; copioſiorib.lignis habeant opus, non
tamen uſurpare poſſunt aut debent ſupra mo
dum familiæ & prædio conſtitutum ab initio.
Iaſ.l.quo minus.nu.140.de flum.Tiraq.de re-
tract.prox.§.34.glo.1.nu. 4.& 5.Cæpol.de ſer.
ruſt.præd.c.50.de furno.& cap.10.de iure paſ.
Menoch.de iud. arb. lib.2. centur.3. caſu 223.
11 Intelliguntur † autem contrahentes ſe con-
formaſſe iuri communi, l. ſi duo. ubi Caſtr. &
Dd.de acq.hær.c.ex literis.de ſponſalib.Euer.
conſil.87.nu.40.Tiraq.de retract.conuen.§.1.
gl.2.n.22.cũ ſeq.quo iure fiſcus nunq; loco li-

berorum & hæredum familiæ ſuccedit. Ripa l.
ex facto. §. ex facto. numer. 8. per illum text. ad
S. C. Trebellian. ex communi doctrina Bart.
in l. quoties. de nouat. Socin. iunior conſ. 34.
num. 6. lib. 3. Alciat. reſponſ. 522. num. 6. ideo
primogenito delinquente, patre uiuo, fiſcus
excluditur à ſecundogenito, Afflict. cap. 1. §.
præterea. gloſſ. 3. num. 20. quæ ſit prima cauſ.
benefic. Menoch. d. conſil. 101. eſt noua. num.
35. nec modò ſubſtitutus excludit fiſcum, Me-
noch. ibidem numer. 33. per d. l. ex facto. §. ex
facto. ad Trebell. uerumetiam uenientes ab
inteſtato, ſecundum communem, Iaſo. l. t. nu-
mer. 3. C. de hæred. inſtituen. Socin. ſenior con
ſil. 22. numer. 13. lib. 1. Curt. ſenior conſil. 60.
dux Philippus. Menoch. d. conſil. 101. numer.
37. addens rationem, quam dicit eſſe claram,
quoniã illi uenientes ab inteſtato intelligun-
tur potiùs præ fiſco tacitè eſſe uocati, l. confi-
ciuntur. in princip. de iure codicill. Curt. iun.
conſil. 4. numer. 15. & num. 17. idem Menoch.
remed. adipiſcen. 4. numer. 72. Feudalem au-
tem eſſe ſucceſsionem quandam ab inteſta-
to, probauimus ſuprà conſil. 41. & alibi ſæ-
pius. Quamobrem ſucceſſoribus potiùs ſuis,
quàm extraneo fiſco uidetur uoluiſſe proui-
dere Sempronius: præſertim in hac facultate
lignandi, quæ cohæret perſonis, proindeq́
nec trãſire debet ad fiſcum, ut nec ad patrem
uel dominum ſuccedentem, Bald. l. 1. numer.
43. C. qui adm. Menoch. d. conſ. 101. eſt noua.
numer. 20. per l. certum. de uſu & hab. l. pater.
de ſer. leg. Bald. l. potuit. C. de iure delib. Ad-
de, quòd confiſcatio à pari procedit cum cæte
ris alienationibus. Menoch. d. conſil. 101. eſt
noua. numer. 21. 22. per l. ſi finita. §. ſi de uecti-
galibus. de dam. infe. Vt igitur reliquæ aliena-
tiones ſecundum ius commune interpretan-
tur, l. 3. C. de cond. ex lege, l. fin. & tot. tit. C. de
rebus alien. non alienan. & de com. rer. alien.
l. nemo. l. filiusfam. §. diui. ubi Iaſ. de lega. 1. ſic
& eiuſmodi. Quocirca cum iure communi o-
ſtenſum ſit hîc fiſcum excludi, putandum eſt
hoc etiam ita conuentum initiò fuiſſe, ut eo
modo ualeat, quod agitur, quomodo ius diſ-
ponit. Præpoſ. cap. 1. §. hoc quoque. numer. 2.
de ſucceſſ. feud. Salic. l. 2. quæſt. 17. C. de iure
emphyt. l. precibus. ubi Bald. 2. not. C. de im-
pub. ſub. l. fin. C. de ſuis & legit. Socin. conſil.
199. numer. 6. conſil. 19. adſit. numer. 6. uol. 1.
Crauet. conſil. 33. nobiles. numer. 18. Tiraq. de
retract. conſan. §. 1. gloſſ. 2. nu. 14. Cornæ. con-
ſil. 190. plures. in princ. parte 3. Roman. conſil.
510. num. 28. per l. quæro. §. inter. loca. l. hære-
des. §. cum ita. ad Trebel. Non igitur eſt ueriſi-
mile, hîc fuiſſe actum de tali caſu, qui eſſet con
tra l. non modus. 12. ubi Bal. Salic. C. de ſeruit.
12 Quocirca † licet in materia indifferẽti omnes
ſucceſſores ueniant appellatione hæredis, ut
ſuprà uidimus, ſecus tamen eſt in hac mate-
ria differenti. Bal. conſil. 283. uerba. uolum. 3.
Ang. conſil. 306. chariſsime. Alexand. conſil.
49. uiſo. num. 9. uol. 6. Eſt autem materia diſ-
ferens, teſte ibidem Alexand. quando non eſt
eadem & uniformis ratio comprehendendi
omnem hæredem, quia reſultaret abſurditas,
uel iniquũ, aut natura rei repugnaret, ut ibi-
dem per eum: qui præterea conſil. 36. uiſo. nu.
4. & 9. uolu. 3. ait, tunc reſultare eiuſmodi ini-
quitatem, quando interpretatio ſit contra in-
tentionem diſponẽtium. Item cum repugnat
natura rei, ſicut eſt, inquit, in feudo & emphy-
teuſi. Vnde cõceſsio facta pro ſe & hæredibus,
non tranſit in fiſcum, de quo non uidetur eſſe
actum: ut nec de alio ſucceſſore, cuius condi-
tio non ita ſit in expedito, §. emphyteuſi. in au
then. de non alienan. quæ uberiùs exponun-
tur omnia à Bart. Caſtr. & Dd. præſertim Iaſ. l.
Gallus. §. etiam parente. num. 21. 27. de lib. &
poſth. l. ex facto. §. fin. ad S. C. Trebell. Bald. c. 1.
de nat. ſucceſſ. feud. Angel. conſil. 306. chariſ-
ſime. Alex. conſil. 93. conſultatio. uol. 3. conſil.
125. attentis. uol. 5. & hanc dicit communem
Iaſ. l. Gallus. §. etiam. num. 28. & l. ult. C. de iure
emphyt. deciſ. Neapol. 385. dubium. nume. 2.
etiamſi aliàs ſpeciale priuilegium habeat, ut
ueniat & ſit loco hæredis. Bald. l. 2. in princ. C.
ad l. Iul. de ui publ. & l. tutor. C. de ſent. paſſ. ac
13 reſtit. Ac † conſequenter tale ius extinguitur,
cum prædium cuius poſſeſſori conceſsio fa-
cta erat, confiſcatur, perinde ac quando feu-
dum ad dominum reuertitur, c. 1. §. quid ergo.
de inueſt. de re alien. fac. Cæpol. de ſeruit. urb.
præd. cap. 14. nu. 2. & 3. Molin. in cõſuet. Par. §.
13. gloſſ. 15. quæſt. 5. Zonb. tract. feud. parte 11.
in fin. Adiuuantur hæc ex communi regula,
14 quòd † ſicubi de fauore priuati agitur con-
tra fiſcum, in dubio magis fauetur priuato, &
aduerſus fiſcum pronunciatur, l. non puto. de
iure fiſ. ubi Bal. Matheſilan. ſing. 71. nota unã
regulam. Hipp. in rubr. de prob. nu. 392. ubi
nu. 393. dicit, hoc obtinere, quoties ageretur
(ut in noſtro caſu) de lucro fiſci, & damno pri
uati. Felin. c. paſtoralis. de reſcrip. Nam in ca-
ſu contrario quando tractaretur de damno fi
ſci, & lucro priuati, pro fiſco potiùs eſſet iudi-
candũ. Iacob. de Bel. l. unic. in fine, C. de cadu.
tollen. per l. 1. C. de iure fiſ. lib. 10. ſecundum
unam lecturam, quam ſequitur Bar. ibi, & Sa-
lic. l. ſi debitor. C. de priuileg. fiſc. & Alex. l. 1. in
15 prin. ſolut. matr. Quanto † magis igitur obti-
nere illa regula debet iſto caſu, ut contra fiſcũ
agentem ad quærendum lucrum odioſum,
nempe ſeruitutem, pronuncietur pro liberta-
te, iuxta regulam c. ult. de re iud. text. in l. lege
Iulia. de manumiſſ. Iaſ. l. ſi priuſquam. nu. 40.
41. de oper. no. nunc. Tiraq. tract. piæ cauſ. pri.
146. & quidem communitatis, quæ utitur iu-
re quidem priuatorum, l. eum qui. cum ll. ſeq.
de uerb. ſig. l. nihil. ad S. C. Macedon. glo. 1. l. 3.
C. quib. ex cauſ. maior. ſed maximè fauorabi-
lium, ut minoris & pupilli, l. rempu. C. de iur.
reipub. lib. 11. gloſſ. & Dd. l. reſp. 4. C. quib. ex
cauſ. maior. ac cum Eccleſia, quæ certè uel in

primis

primis fauorem meretur, l. 1. ubi Rom. & Dd.
C. de ſac. Eccleſ. paribus paſsibus ambulat, l.
ult. C. de ſacr. Eccl. cum auth. ſeq. ubi Dd. Euer.
loc. ab Eccleſia ad pia loca, Tiraq. trac. piæ cau
ſæ, priuileg. 140. 142. cum ſeq.

Rationes decidendi.

His tñ non obſtantib. contrà puto ſtatuen
dum, & ad fiſcũ hanc lignãdi ſeruitutẽ unà cũ
16 prædio translatã, arbitror. Nã † quoties utili-
tas aliqua ex re, ut hîc ſylua, cõceditur pſonæ,
ad uſum ſui prędij & neceſsitatẽ, toties illa cõ-
ceſsio uerè ſeruitus eſt illius prædij realis, gl. l.
1. §. fi. uerb. cõputanda. de ſer. ruſt. pręd. tex. l. q
aliena. §. uno. de neg. geſt. l. 2. de ſer. ruſt. præd.
ubi aquæductus uel hauſtus ad uſum & opus
feudi cõceſſus, dicitur eſſe ſeruitus realis, l. 3. l.
ueluti. 6. eo. ti. ubi diſertè decidit I. C. ꝙ ius col
ligendi pedamẽta, ſeu ligna cædẽdi, ex uicini
fundo, ſit ius reale. nempe qñ (ut hîc) non eſt
indeterminata conceſsio, ſed ad neceſsitatẽ &
uſum prædij dñantis facta: quatenus, ſ. ad eũ
fundũ opus eſt, l. ergo. 5. de ſer. ruſt. præd. Itaq;
generaliter quoties alicui concedit̃ ad uſum
prædij ſui, ad qđ ea conceſsio determinat̃ uel
refertur, tunc eſt ſeruitus realis, etiãſi perſonæ,
uel indigentiæ eius, aut utilitatis fiat mentio.
Bar. d. l. pecoris. d. l. Lucius. ubi etiã Bal. & Caſt.
C. de ſer. ruſt. præd. l. pater. ubi gl. uerb. & hære
dem. & uerb. datũ. de ſer. leg. l. Męuio. §. quidã.
n. 2. de alimen. leg. ꝑ quo tex. c. cùm ueniſſent.
ex̃. de inſtit. gl. l. idem Iulianus. §. ſi quis alteri.
uerb. cedere. de le. 1. Bal. in rub. C. de uſuf. Caſt.
d. l. pecoris. de ſer. ruſt. præd. ubi generatim ait
ſemꝑ eſſe ſeruitutẽ realem, quoties ad exigen-
tiam prædij cõſtituitur. Ang. §. fi. Inſt. de ſeruit.
ꝗ dicit hanc eſſe communẽ opinionem, à qua
nõ liceat reſilire. Et ideo, inquit Cæpoll. de ſer-
uit. c. 2. tit. de ſer. rea. n. 6. ꝙ ſemper in inſtrumẽ
to facias reddere cauſam quæ cõcernat utilita
tem fundi: uerbi gratia, ad talem tuum fundũ
uel hortũ. tunc eñ erit ſeruitus realis. Quod
tametſi procedat ſine dubio, quando nõ eſt a-
ctum ut finiat̃ cum perſona, tñ etiam cum id
actum, nihilominus eſt ſeruitus realis, ubi ad
certum fundum eſt determinata, gloſ. Bar. d. l.
Mela. §. fi. de alimen. leg. d. l. Lucius. de ſer. ruſt.
præd. & meliùs Cæpol. de ſer. ruſt. præd. c. 4. &
de ſer. aquæduc. nu. 4. 5. 6. loquens in caſu ma
gis dubitabili. Sed quid, ſi, inquit, debetur mi
hi ius ducendæ aquæ ex fundo tuo ad fundũ
meum, puta per fiſtulam, cauſa ſeruiendi meę
familiæ, pro coquinis & pro equis ac alijs ne-
ceſſarijs, pro domo & familia mea, utrũ erit tũ
ſeruitus realis, an perſonalis? Et difficultas ui-
detur in hoc conſiſtere, quia aut dicimus, ꝙ ta
le ius debebatur domui meæ: & erit ius perſo-
nale, quia principaliter fit propter me & fami
liam meã, & nõ propter fundũ, licet ſit in fun-
do: & ideo uidetur, ꝙ debemus attendere id
quod principaliter fit, l. ſi quis nec cauſam. 4.
ſi cert. pet. Ego credo, ꝙ potius ſit ſeruitus rea-
lis: quia debetur fundo meo, & licet perſonæ
commoditas quæratur, prædij tñ dicitur. un-
de ut ius prædij potius ꝙ̃ perſonę conſiderat̃,
l. qui aliena. §. fi. de neg. geſt. l. uia conſtitui. §. ſi
fundus. de ſer. ruſt. præd. gl. l. 1. §. in prædijs. eo.
titu. Hæc & plura in eandem ſententiã ibidem
Cæpolla, & c. 7. tit. de ſer. aquæ hauſt⁹, ad quẽ
breuitatis cauſa remitto. Si igitur hoc uerũ eſt
in aqua ex fundo alieno in pręduũ dominans
ducenda, ut quamuis ad commoditatẽ perſo
narum concedatur, ſit tñ ſeruitus realis, idem
certè erit & in lignis ex arbuſto alieno ad uſũ
hñm certi prædij concedendis, nõ ſimpliciter,
ſed determinatè ad exigentiã pręd[ij], ut loqui-
tur Caſt. d. l. pecoris. Nam ius aquæ ducendæ
uel hauriendæ & ius lignandi ex alieno æqui-
parãtur, quod ad naturã ſeruitutis attinet. Ex
quibus intelligi poteſt, hanc lignãdi ad uſum
prædij conceſsionẽ eſſe merũ ius reale, ſeu ſer-
uitutem prædialem. Quamuis eñ in clauſula
poſitũ eſt: Quantũ opus perſonæ habuerint,
tñ id non ſimpliciter inuenitur poſitũ, ſed de-
terminatè ſeu reſtrictiuè, quantũ uidelicet o-
pus habuerint in ſuo prædio: quare cum de-
terminatio certum ad locum ſit facta, ut pro il
lius uſu ligna cæderent̃: dubium nõ eſt, quiņ
realis hîc ſeruitus ſit conſtituta, d. l. ergo. cum
ſeq. de ſer. ruſt. præd. Bar. d. l. Lucius. eod. tit. &
d. l. pater. de ſeruit. Hoc ita poſito, ſequitur ius
iſtud reale cum re ad quemcunq; ſucceſſorem
tranſire, l. ſi debitor. 12. ubi gl. concor. alleg. C.
de diſt. pign. Dec. l. plus cautionis. 25. nu. 2. de
reg. iur. per l. 1. l. forma. §. quanquã. de cenſib.
Bal. c. 1. §. 1. nu. 16. de pace Conſtan. ſicut cum
ipſis fructibus omniq; rei uſu, Bal. d. c. 1. in fin.
prin. de pace Conſtan. Tiraq. de retract. prox.
§. 1. gl. 7. nu. 42. uerſ. qui fundum publicat, fru
ctus publicat. per Aret. conſil. 10. caſus. in fine.
Idq; probat in terminis ita conſtitutæ ſeruitu
tis, tex. cum gl. d. l. pecoris. ubi Caſt. in prin. l. ſi
mihi. §. fi. l. uia. §. ſi fundus. l. cum fundo. de ſer.
ruſt. præd. l. cum fundus. ff. com. prædio. l. etiã.
C. de ſer. & aq. l. neq;. quib. mod. uſusfr. amit. l.
pen. de ſer. lega. ubi gl. & d. l. idem Iulianus. §.
ſi alicui. de legat. 1. Ang. §. fi. Inſt. de ſeruit. per l.
de pupillo. §. meminiſſe. de oper. no. nunc. gl.
Bar. & Dd. l. peto. §. fratre. de lega. 2. Socin. con
ſil. 150. in cauſa. nu. 3. uol. 2. & ita concludit in
ſimili per plures rões Menoch. conſ. 101. eſt no
ua. n. 25. 26. uſq; ad finem, ubi quod plus eſt,
confirmat, ius nedum quæſitũ, ſed & quæren-
dum ex contractu potiſsimũ (de quo hîc) bo-
nis confiſcatis in fiſcum tranſire. Alex. l. 3. §. il-
lud. n. 3. quod quiſq; iur. & l. ſi marito. in prin.
ſol. ma. Rom. conſ. 194. in prin. Gram. conſ. 7.
n. 3. in crimin. ut ad alium hæredem extraneũ.
17 §. ex conditionali. Inſt. de uerb. obl. Et † in ter-
minis noſtris prædiũ tali cum ſeruitute tranſi
re ad fiſcum, confirmat l. uia. 23. §. ſi fundus. de
ſer. ruſt. præd. ubi ſi fundus ſeruiẽs, inquit I. C.
uel is cui ſeruitus debetur (ut hîc) publicetur,
utroq; caſu durãt ſeruitutes, quia cũ ſua quiſ-
que cõditione fund⁹ publicat̃: ut in eiuſmodi
iure

iure reali locum habere nequeat, quod ſuprà pro dubitandi ratione poſuimus, uerbum ſcilicet Hæredis non cõprehendere fiſcum. Nam ne dominum quidem feudi cõplectitur, neq; tamẽ ideo minus ius ad illum eiuſmodi cum feudo aperto tranſit, c.1.§.ecõtrariò. de inueſt. de re alie.fac.c.1 §.ſi uaſallus.hîc fini.lex. Hinc notat Bald. d. §. econtrariò.num.5.ſi uaſallus emat ſeruitutem prædio feudali, quod ipſi accreſcat, quoniam ei ineſt, & addit poſtea rationem, quia inſeparabilium inſeparabile eſt iudicium. Aluar. c.1. §.ſi quis de manſo. nu.5. de contro.inueſt. Aut, inquit, eſt ius inſeparabile, & non ſubſiſtẽs per ſe, ut quia acquiſiuit ſeruitutem aliquam feudo: & tunc talis acceſſio pertinet ad feudum, non ad uaſallum. Et hanc concluſionem ſequuntur Dd. & caſus in §.econtrariò.de inueſt. de re alien.fact. Quod autem tranſit ad dominũ, id quoq; fiſcum capere, ſuperius oſtendimus ex Menoch. conſil. 101.eſt noua.num.17.18. per l.1. §. an bona.de 18 iure fiſc.l.3.C.ad l.Iul.de ui. †Illud ſanè fateor, expenſas meliorationis deberi hæredibus uaſalli feudo aperto, §. ſi uaſallus. hîc fini. lex, prout ualet res conſiſtens, ut uoluit rectè Bal. §.ſi uaſallus. hîc fini. lex, atteſtans ita de conſuetudine ſeruari, & auth. excipitur. poſt nu. 2. C.de bon.quæ liber.Molinæ.de feud. §.1. gl. 5.num.98.Clarus de feud.quæſt.88. ubi Beroi exiſtimantis rudera tantùm æſtimari, q. 96. nu.4.ſententiam reprobat. Sed hoc nõ habet iſtic locum, cum Sempronius in ſuo expenſas fecerit, & fiſcus omnia abſtulerit: qui quidem utetur hoc lignandi iure non pro ſua indigentia, ſed huius prædij, & ſic ceſſabit ſuperius inducta difficultas ex l.non modus. ubi Dd. C. de ſeruitu. ac conſequenter reliqua uniuerſa quæ per ſe concidunt. Nec enim ſumus hîc in caſu dubio, ut contra fiſcum interpretatio facięda ſit: ſed in caſu claro, ubi nullus relinquitur cõiecturis locus, l.ille aut ille.§.cum in uerbis. de lega.3.Meno.conſ.102.nemine.nu.39.

CONSILIVM LXX.

De tranſactione ſuper re iudicata & feudo inſtituta.

SVMMARIA.

1 ¶ *Tranſactio imperfecta eſt nulla.*
2 *In inſtrumento priuato neceſſaria partium ſubſcriptio.*
3 *Tranſactio conſenſu perficitur.*
4 *Factum mediatorum non nocet principalibus non conſentientibus.*

Rationum decidendi ſummaria.

5 ¶ *Tranſactio per mediatores perficitur.*
6 *Subſcriptio neceſſaria in contractu qui fit in ſcriptis, non in alio.*
7 *Tranſactio non requirit ſcripturam, nec facta præſumitur in ſcriptis.*
8 *Præſumitur pro inſtrumento.*
9 *Non tamen contra eum qui in id non conſentijt.*
10 *Petens ex contractu, eum ratificaſſe uidetur.*
11 *Ratihabitio ſufficit pro mandato.*
12 *Licet tranſigi non poſſit ſuper re iudicata, tamen paciſci.*
13 *Vaſallus quatenus tranſigere ſine conſenſu domini, uel agnatorum poſſit.*
14 *Precium ſuccedit loco feudi.*
15 *Sufficit domini conſenſum ſubſequi.*
16 *Regula Frangenti fidem, quatenus in tranſactione ualeat.*
17 *Læſio ſupra dimidiam quando tranſactionẽ reſcindat.*

SVPER hac tranſactione primò quæritur, an quæ non inuenitur à partibus ſubſcripta & conſignata, pro completa haberi debeat? Secũdò, an caſu quo completa ſit, ſuper re iudicata fieri potuerit? Tertiò, an ſine conſenſu domini & agnatorum ſuper feudo fieri potuerit? Quartò, an ob ſolutionem non factam, uel læſionem, retractari queat?

1 IN primo †uidebatur initiò tranſactionẽ eſſe imperfectã, & ideo nullam. l.in ſumma. 65. in prin. uerb. tranſactio imperfecta eſt. de cond.indebi. l.hac conſultiſſ.§.ex imperfecto.C.de teſta. Nam † in priuato (cuiuſmodi 2 hîc) inſtrumento neceſſaria eſt partiũ ſubſcriptio, l.cõtractus.ubi Salic.nu.3.C.de fid. inſtr. quẽ tex. procedere in inſtrumento tranſactionis oſtendit ibi, uerb.tranſactionũ. §.1.uerb.à contrahentib.ſubſcripta. Inſt.de contra.emp. §.1.cum ſeq.in auth.de inſtr.caut.& fide, cap.1. 3 de his quæ fiunt à præla. Perficitur †etiã tranſactio conſenſu, glo. uerb.tranſactionũ. d.l.contractus.l.interpoſitas.l.non minorẽ. l.cum donationis.C.de tranſac. quî ex ſolo hîc tractatu ſumi nequit, Iaſ.nu.4.& 5.l.ſi quis cũ aliter. de uerb.obli.ubi nõ apparet de concluſione, l.5. §.ul.de iureiur.l.ſi uolũtate.C.de reſ. uen. Dec. cõſ.404.n.12.Tiraq.de retrac.conſ.§.7. n.24. & ſcriptura in mundũ redacta, Caſt.l.cõtract⁹. nu.

nu. 9. C. de fid. inſt. per l. fideicōmiſſum. §. 1. de
4 lega. 3. Quam † licet mediatores ſignauerint, hoc tamē eorum factum principalibus, quorum res agitur, nocere non debet, Henn. God. conſil. 7. de precio rei feud. caſus. nu. 1. 2. 3. mihi fol. 234. per l. ſcripturas. C. qui po. in pig. c. 2. c. cùm P. tabellio. de fid. inſt. c. poſt ceſsionē. de proba. Imò ne teſtium quidem ſubſcriptio ualidat inſtrumentum abſque principalium ſubſcriptione. Panor. nu. 2. Felin. nu. 6. Imol. nu. 8. c. reſcripta. 2. de fid. inſtr.

Rationes decidendi.

SED contrà paret hic concludendum.
5 Nam † tranſactiones interuentu compoſitorum amicabilium rectè perficiuntur, l. tranſactionem. uerb. amicis etiam interuenientibus C. de tranſact. ſic ut qui ijs aſſenſus eſt ſemel, amplius pœnitere nō poſsit, l. cum te. ubi Iaſ. nu. 2. l. fratris. 10. l. quamuis. ubi Iaſ. in prin. C.
6 de tranſact. Subſcriptio † porrò partium tum demum in inſtrumentis eſt neceſſaria, cum in ſcriptis contrahere uoluerunt, aliàs non. §. fi. in auth. de inſtr. caut. & fide, uerſic. & hæc dicimus ſuper inſtrumentis in ſcriptura cōfectis. §. 1. ult. gl. uerb. à contrahentibus. per text. ibi. Sed hæc de emptionib. quæ in ſcriptura fiunt. Inſt. de empt. Cæterùm ubi nō requiritur ſcriptura, ſicut quando conſenſu contrahitur, & ſcriptura probationis gratia tantum adhibetur, l. 4. de pig. l. cum inſtrumētis. 10. C. de fid. inſt. l. pactum. 17. C. de pac. ibi nec ſubſcriptio eſt neceſſaria, Panor. c. 1. nu. 4. poſt Innoc. de his quæ fiunt à prælat. quæ pro ſcriptura habetur, l. 3. C. quod cum eo qui in alien. po. l. fi. §. ſubſcriptionem. C. de iure delib. Bart. l. emptor. §. Lucius. de pact. ubi Iaſ. Socin. conſil.
7 15. uiſis. nu. 49. uol. 1. Tranſactio autem † cum non requirat ſcripturam ad ſui ſubſtantiam, l. cum te. 5. ubi Iaſ. notat, num. 3. l. ſiue. uerb. interueniente ſcriptura, ſiue non. C. de tranſact. l. cum proponas. 21. C. de pact. gloſſ. l. contractus. uerb. tranſactiones. C. de fid. inſt. ideo conſtat per ſe abſque ſcriptura, d. l. cum te. 5. d. l. ſiue. quam licet placuerit adhiberi, tamen præſumitur in dubio tantum probationis facilioris gratia fuiſſe requiſita, non ad ſolennitatem aut ſubſtātiam tranſactionis. Iaſ. l. cum te tranſegiſſe. numer. 13. C. de tranſact. per l. 4. C. de tranſact. l. 4. de pignoribus: ſicut & aliàs non præſumitur in ſcriptis contrahi, etiamſi adhibeantur, niſi hoc expreſsim ſit actū. Bart. numero 5. Bald. numer. 3. Odofred. colum. 3. Cyn. numer. 5. Salic. numer. 3. Fab. numer. 6. d. l. contractus. C. de fid. inſt. Bald. l. fin. nume. 11. C. ſi cert. peta. Specul. de empt. §. 1. num. 10. Angel. Fab. §. 1. Inſtitut. eod. tit. utcunque contrà diſputet Hippolyt. in rubr. de probat. numer. 66. ex Aretin. conſil. 160. longa. l. penult. C. ſi minor ſe maior. dixer. niſi in his quæ ex legis diſpoſitione in ſcriptura fieri debent, cap. 1. de cenſ. Panorm. cap. 1. numer. 4. de his quæ fiunt à præla. præſertim ad acta, Hippol. in rubr. Cod. de probat. num. 65. ex Salic. d. l. contractus. C. de fid. inſtru. Nam ſemper contractus intelligitur iniri, prout de iure contrahi poteſt & debet, Iacobin. tract. feud. uerb. ita etiam quòd ipſi uaſalli. nume. 1. cui ſe contrahentes conformaſſe intelliguntur, l. 2. C. de noxal. ac. l. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebell. l. ſi duo. de acquir. hær. l. quæro. §. inter. loc. c. ex literis. de ſponſal. Euerar. conſil. 87. numer. 40. Socin. conſil. 19. adſit. numer. 6. uolum. 1. Corn. conſil. 190. pluries. in princ. parte 3. Roma. conſil. 510. nume. 28. Crauet. conſil. 33. nobiles. numer. 18. Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. gloſſ. 2. numer. 14. Eſt autem tranſactionis indoles, ut ſine ſcriptura conſenſu conſtet, d. l. cum te. ubi Iaſ. in fine, C. de tranſact. Itaque hoc in dubio intelligitur actum, ut conſenſu perficiatur abſque ſolennitate ſcripturæ. Soc. conſil. 19. adſit. numer. 6. uolum. 1. Sed & ſubſcriptio partium tantùm in id requiritur, ut de conſenſu earum conſtet, & ſit conſenſus præſtiti teſtimonium. Bald. l. ſuper. 17. num. 2. C. ſi cert. pet. Vbi uerò finis habetur, non curatur de medijs, §. ſuſpectus. Inſtitut. de ſuſp. tut. Bal. l. 3. C. de inſtit. Et proinde quoties partium conſenſus aliter probari poteſt, omiſsio ſubſcriptionis non attenditur, nec actum uitiat. Socin. copioſè conſil. 15. uiſis. numer. 49. parte 1. Panorm. numer. 2. 3. 4. poſt Innocent. in c. 1. de his quę fiunt à prę l. Conſenſiſſe hic autem principalem I. uaſallum, paret ex uerbis ſcripturę, *mit aller ſeits vuiſſen vnd vuillen*, &c. quam cum mediatores utrinq; electi ſubſcripſerint ac cōſignarint, pro ea pręſumendum. l. cum precibus. C. de proba. Hippol. l. ſi quis. num. 140. de quęſt. Stephan. Bert. conſil. 192. multa. nume. 14. lib. 2. Alciat. reg. 3. pręſumpt.
8 13. numer. 9. Nec † putandum eſt, falſum ſcripſiſſe uel ſigillaſſe tam nobiles ac generoſos contra partium uoluntatem. Bald. l. unic. nu. 6. C. de confeſſ. Aluar. §. ſi miles. num. 1. de pace tenen. Tiraquell. de nobil. cap. 20. num. 35. Quo enim quiſque nobilior, hoc illi magis creditur, gloſſ. l. 3. uerb. plebeius. de teſtibus, Bart. l. 1. nu. 21. C. de dig. lib. 12. Bald. l. teſtium. num. 21. C. de teſtibus, Tiraquell. de nob. cap. 20. numer. 20. per gloſſ. §. item teſtium. uerb. quis decurio. 4. quæſt. 3. Spec. de teſte, §. poſt
9 quam. uerſic. porrò. Quanquam † autem id non ſufficiat contra principalem, niſi probetur mandaſſe, rogaſſe, ratificaſſe talem ſcripturam, Bald rubr. C. de fid. inſtr. numer. 6. l. epiſtola. 53. de pact. l. prætor. l. ſi quis. §. pertinere. de eden. Bald. l. 2. numer. 27. C. de reſcin. uen. Schurff. conſil. 16. caſus. numer. 4. 5. centur. 2. Henning. God. conſil. feud. de precio rei feud. numero primo, per legem, ſcripturas. C. qui pot. in pignor. capit. ſecundo, de fide inſtrum. tamen eius hic conſenſus & ratificatio

de

de petitione precij ac uſurarum, ex tranſactio-
10 ne paulo pôſt facta, ſatis arguit. Etenim † qui
ſic petit ex contractu rei ſuæ alienatæ, uidetur
eum approbaſſe, nec poſtea poteſt ad petitio-
nem rei reuerti, l. 4. ubi gloſſ. Bal. Oldra. Cyn.
Sal. C. de pac. int. empt. l. 4. §. eleganter. l. poſt
diem. de l. commiſſ. gl. l. de lege. 6. uerb. accepiſ
ſet. eo. t. l. Aemylius. 32. uerb. pretium petendo
receſsiſſe, &c. de minor. & quidem totum, l. 4.
§. Cato. ubi Dd. in fi. de uerb. oblig. Bar. l. cum
debitore. rem rat. hab. Nã qui uult conſequẽs,
uult antecedens, l. ad rem mobilem. l. ad lega-
tum. de procur. l. illud. de acq. hær. qui petit ef
fectum contractus, probat cauſam ſine qua
non conſtet effectio, Iaſ. l. ſi cauſa. num. 5. C. de
tranſact. Euerar. lo. à conceſſ. conſeq. non mo-
dò cum effectu petendo & iudicialiter, l. de le-
ge. de l. commiſſ. uerũ & extraiudicialiter uer-
bali petitione, Salic. l. 4. num. 3. C. de pact. int.
11 emp. qua † eius ratificatione perinde redinte-
gratur cõtractus, qui ſine eius ſuffragio uires
non habuiſſet, atq; ſi ab initio conſenſiſſet, l.
ultim. ad S.C. Maced. l. 1. C. quib. res iud. l. 1. §.
prodeſt. quor. lega. l. 4. C. de rei uendi. c. cùm
nos. de his quæ fiunt à præla. c. cura. c. ſugge-
ſtum. ubi Panor. de iure patro. Bar. l. 1. §. ſi fili9.
nu. 3. de legat. 3. per l. filio. de iniuſt. rup. teſta.
Socin. fuſè conſ. 15. uiſis. nu. 40. uol. 1. Roma.
conſ. 54. uiſis. nu. 1. 3. fuſiſsimè Tiraq. in legib.
connub. ad finem glo. 4. uerb. *conſentement.* nu.
12 1. 2. 3. cum multis ſeq. Quod † ad ſecundam
dubitationem attinet, uidetur non potuiſſe
tranſigi ſuper re iudicata, l. eleganter. 23. §. ſi
poſt rem iudicatam. de cond. indeb. l. ſi cauſa.
32. C. de tranſact. l. & poſt rem. ff. eo. t. Ratio ſe-
cundum gl. d. l. & elegãter. uerb. hoc eñ. Nam
res iudicata iam certa eſt per ſententiam, §. cu-
rare. Inſt. de act. & pro ueritate habetur, l. inge
nuum. de ſtat. hom. l. ſub ſpecie. C. de re iudi. l.
2. ubi gl. C. quib. res iud. Tranſactio autẽ fit ſu
per dubijs, non certis, l. 1. de tranſac. Dd. l. 2. C.
eod. Sed hoc accipiendũ eſt per modum tranſ
actionis, ut aliquid pro remiſsione detur, l.
tranſactio nullo. C. de tranſac. non rectè tranſ
igi ſuper re iudicata, ſicut nec iudicatur, cum
nulla ſubſit talis remiſsionis cauſa. Nam per
amicabilem compoſitionẽ, cuiuſmodi hîc eſt
facta, rectè de his quoq; pactiones fiunt, libe-
rationes ac remiſsiones, Bar. nu. 4. 6. Bal. n. 5.
Caſt. nu. 3. Iaſ. nu. 5. Alciat. nu. 2. l. ſi cauſa. C. de
tranſact. per l. ſi diuerſa. C. de tranſact. l. duob.
de excep. rei iud. Alex. conſ. 11. uiſo. uol. 2. ſicut
& per nouationem, l. ſi cauſam. de ex. rei iud. l.
ſi ſe. §. ſi ex cõuentione. de re iud. Caſt. nu. 5. d.
l. ſi cauſa. Ideò induſtrij notarij uerbum Tranſ
actionis, Pactionis, Conuentionis, & ſimilia,
cumulãt in his inſtrumentis, ut ſe referant nõ
tantum ad tranſactionem, uerum & conuen-
tionem, ſicut hîc multa eiuſmodi ſunt cumu-
lata: *Durch guetliche handlung, zu endtlicher verglei-
chung, gedachte irrungen vff nachuolgende vuege in der
guete abgehandelt, zu grund vertragen,* &c.

13 In tertio plus apparet dubij, an † ſcilicet uaſal
lus ſine domini & agnatorum conſenſu ſuper
feudo tranſigere potuerit? Nam alienare non
ſine cõſenſu uel domini, c. 1. de proh. feu. alien.
ne iure quidem Sax. Land. lib. 1. art. 9. *Leben-
recht* c. 16. Henn. God. conſ. feud. 7. de precio
rei feudal. mihi fol. 234. uel agnatorũ poteſt,
c. 1. de alie. feud. pat. c. 1. §. hoc quoq;. de ſucceſ.
feu. Henn. God. conſ. 16. feud. de ſucceſſ. feud.
contingentia. nu. 27. Verbum autem Aliena-
tionis ꝓhibitæ, latè patet, c. 1. in prin. de proh.
feu. alie. per Fed. l. ult. C. de reb. alie. non alie. l.
alienationis. l. alienatũ. de uerb. ſignif. Vnde
prohibitus alienare, prohibetur etiam tranſi-
gere, l. nõ ſolùm. C. de præd. minor. quia tranſ
actio quædã eſt alienatio, l. 1. ubi Bal. C. ſi ad.
tranſac. l. nulli. ubi gl. & Dd. de tranſact. Et con
ſequenter etiam uaſallo ſine domini cõſenſu
id non permittitur, nec in prẹiudicium agna-
torum. Iacobin. in inueſt. uerb. & cum pacto.
nu. 7. Bal. Aluar. & communiter Dd. §. ſi uaſal-
lus. 3. ſi de feud. fue. cont. c. 1. de cont. inter uaſ.
& alium. Imò ne teſtari quidem de feudo po-
teſt uaſallus, c. 1. de feu. ſucceſſ. adeò ut nec æſti
matio talis legati debeatur, quaſi re, quæ ſit
extra cõmercium, legata, Cur. tract. feu. part.
4. nu. 126. per Bal. c. 1. §. donare. qual. olim feu.
po. al. & l. 1. 7. 1. lec. C. de ſacr. Eccl. ſicut intelli-
gitur eſſe res quæ non poteſt ſine conſenſu do
mini alienari. Bar. Alex. & Dd. l. apud Iulianũ.
§. conſtat. de lega. 1. Curt. prællcg. loc. Verum
tamen noſtro caſu uidetur uaſallus tranſige-
re potuiſſe, §. ſi uaſallus. ſi de feud. def. Zaſ. in
epito. feu. parte 9. nu. 19. ubi nõ alienauit uel
tranſtulit feudum tranſigendo, ſed apud poſ-
ſeſſorem, qui cum altercabatur, reliquit, d. §. ſi
uaſallus. c. 1. de cont. inter uaſ. & alium. Nec e-
nim alienat qui (prælatum excipio, Bar. l. nul-
li. de tranſact.) ex cauſa trãſactionis rem apud
poſſeſſorẽ relinquit, l. ſi pro fundo. C. de tranſ
act. quem tex. ad hoc dicit ſingularem Bal. in
terminis noſtris, c. 1. nu. 6. de cont. inter uaſ. &
alium, Iacob. præall. lo. nu. 7. & 8. uerb. & cum
pacto de non alienando. Curt. feud. parte 4.
nu. 96. dicens hanc eſſe communem Dd. men
tẽ, Tiraq. de retract. prox. §. 1. gl. 14. nu. 62. 66.
qui nume. 60. negat ideo hîc retractui locum,
Chaſſ. in conſ. Burg. tit. de feu. §. 8. uerb. in alie-
natione. nu. 21. Quànquam autem excipiant
fraudem, & rem liquidam, tamen & fraus in
dubio nõ præſumit, l. quotiẽs. 18. §. qui dol. de
proba. & res nõ potuit hîc uideri liquida pro-
pter nouas controuerſias, l. 2. C. de tranſact. li-
beros huius uaſalli: qui quoad ſuperſunt, a-
gnatos excludunt, §. Titius. ubi Bald. Aluar.
ſi de feud. def. Aluar. cap. 1. §. ſed reus. num. 3.
per quos fiat inueſt. Schurff. conſil. 66. nume.
12. 22. conſi. 30. indubitati. centur. 1. & illis ſu-
peruiuere potuerunt, ut hoc conditionis in-
certum uocet, l. 1. C. de pact. Nam incertus
mortis dies pro conditione eſt, l. 1. in fin. de
condict. & demonſtrat. Nec ſanè ſuam hîc
uel

uel domini & agnatorũ cauſam fecit deterio-
rẽ uaſallus, qui euictionẽ non promiſit, iuxta
conſilium Bald. c. 1. in prin. num. 17. de prohi.
feud. alie. per Fed. l. ſi pro fundo. C. de tranſac.
14 & † litis æſtimationẽ in feudum conuertendã
accepit: l. 2. §. fi. cum l. ſeq. pro empt. quæ loco
feudi iure Sax. ſuccedit. Henn. God. conſil. 7.
de pretio rei feud. caſus. num. 29. 30. licet iure
communi ſit diſputabile. Bal. & Dd. §. ſi uaſal-
lus. 3. ſi de feud. fuer. cont. cap. 1. ſi de feud. uaſ.
15 inter. c. 1. de feud. non hab. prop. nat. De † quo
non eſt quærendũ ulterius, cum ex interuallo
dicãtur conſenſiſſe, ut poſſunt: Iſer. Aluar. nu.
15. c. 1. de prohib. feu. alie. per Fed. c. 1. ubi gloſ.
uerb. ratũ habentibus. de alie. feud. pat. Iacob.
uerb. & cum pacto. n. 19. Chaſſ. in cõſue. Burg.
de feu. uerb. ſine conſenſu. n. 6. & 7. ideoq́ diſ-
ſentire amplius nequeunt. Iaſ. l. ult. nu. 6. C. de
iure emphyt. poſt Bald. & Salic. ibid. Bald. l. 1.
quæſt. 45. de rer. diu. Iacob. in inueſt. uerb. ita
etiam. nume. 1. Roman. ſing. 350. emphyteuta.
Chaſſ. in conſ. Burg. de feu. §. 8. uerb. in aliena-
16 tione. nu. 49. In quarto † dubio ualere qui-
dem uidetur regula Frangenti fidẽ, &c. l. cum
proponas. 21. ubi glo. uerb. uti l. cum propo-
nas. C. de pact. l. Iulianus. §. offerri. de act. emp.
etiam in tranſactione: l. ſi diuerſa. l. ſiue. C. de
tranſact. Schurff. conſ. 16. caſus. nu. 11. 12. cent.
2. Sed puto poſſeſſori ex hoc capite non poſ-
ſe eripi ius tranſactione quæſitum: ad quod
retinendum, uel ſola uerbalis oblatio ſufficit:
l. traiectitiæ. de act. Iaſ. num. 182. ubi dicit com
munem, l. 2. C. de iur. emphyt. l. ſi per te. C. de
uſur. l. Celſus. de arb. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. de
uerb. obli. cap. paſtoralis. de off. ord. Schurff.
conſil. 70. uiſis. num. 25. centur. 3. nedum rea-
lis depoſitio, qua eſt uſus, l. acceptam. C. de u-
ſur. l. obſignatione. C. de ſolut. præſertim cum
habeat poteſtatem offerendi, quod ex tranſa-
ctione debet uſq́ ad ſententiam, atque ita ius
tranſactionis aduerſus priorem actionẽ con-
ſeruandi. l. ſi maior. 36. C. de tranſact. ubi Iaſ.
nu. 1. 2. dicit, hanc eſſe communem, & per hoc
limitari l. ſiue. eod. tit. quam etiam ita limitant
ibi gl. ult. & Bald. num. 11. Bart. in 1. not. & Dd.
l. qui Romæ. §. Seia. Caſtr. l. cum proponas. 2.
C. de pac. Schurff. conſ. 17. caſus. num. 13. cent.
2. ubi reſpondent ad regulam, Frangenti fi-
dem, nempe q́ tantum obtineat durante tra-
ctione, non cum pars redit ad placita, & tranſ-
17 actioni ſatisfacere parata eſt. Altera † inten-
tio ex l. 2. C. de reſc. uend. fundata quidem in
iure eſt, quoniam d. l. 2. obtinet etiã in tranſa-
ctione, ſecundum Bart. ibi nu. 7. per l. Lucius.
§. fin. ubi Ang. & Imol. ad S. C. Trebell. & l. ſi qs
cum aliter. ubi Bart. num. 5. de uerb. obli. Ca-
no. c. cum cauſa. de empt. c. Quintauallis. de
iureiuran. ut contra Iaſ. num. 13. dict. l. ſi quis
cum aliter. receptum eſt, Schurff. conſil. 17. in
prima. num. 8. centur. 1. conſil. 16. caſus. nu. 17.
cent. 2. conſi. 50. ueritas. nu. 16 centur. 3. conſt.
pro. 34. parte 2. Dec. conſ. 6. uiſo. nu. 4. conſil.
597. num. 10. Cornæ. conſ. 27. in primo. lib. 4.
& poteſt proponi non tantum iure actionis,
uerumetiam exceptionis ac replicationis,
Schurff. conſ. 16 caſus. nu. 14. cent. 2 Sed non
eſt in eo magnũ hic pondus, niſi probari poſ-
ſit talis læſio, ut quæ non præſumatur, ſicut o-
ſtendi conſil. 52. nu. 5. non ultra dimidiam rei
quæ debebatur, ſed reſpectu dubij litis euen-
tus: d. conſt. 34. parte 2. non incerti reſpectu
caſus. Nam etſi aliter ceciderit hîc quàm cogi-
tatum eſt: tamen quoniã aliter cadere potuit,
detrimentum hinc acceptum pro læſione nõ
habetur. l. Lucius. §. fin. ad Trebel. Caſt. l. de fi-
deicommiſſo. 11. per illum text. C. de tranſact.
adeo ut nec ad reſtitutionẽ minorũ ſufficiat.
l. uerum. §. ſciendum. de minor. l. fi. C. de in in-
teg. reſt. Quamobrẽ donec hæc probatio im-
pleatur, iudico tranſactioni ſtandum eſſe.

CONSILIVM LXXI.

De pacto confraternitatis ſucceſſorio.

SVMMARIA.

1 ¶ *Viuentis nulla eſt hæreditas quæ in pactũ deduci poſſit.*
2 *Pactum inter patrẽ & liberos de futura ſucceſſione, nullum.*
3 *Pacto dotali non datur aut adimitur hæreditas.*
4 *Intellectus l. ult. C. de pact.*
5 *Pactum de ſuccedendo ne quidem ab inteſtato ualet.*
6 *Nec confirmatur ſtipulatione uel iuramento.*
7 *Donatio cauſa mortis, quoad formam, eſt contractus: quoad effectum, ultima uoluntas.*
8 *Pactis non datur hæreditas.*
9 *Et cur non detur pacto.*
10 *Actus contrahendi & teſtandi realiter differunt.*
11 *Donare inter uiuos ſucceſſionem non licet futuram, quia eſt omnium bonorum.*
12 *Pacta de amittẽda liberorum ſucceſſione an firmentur iuramento?*
13 *Renunciationes & iuramenta an ſint perſonalia.*
14 *Ius repudiatũ non tranſmittitur ad hæredẽ.*
15 *Filio uel filia per iuramẽtum excluſis, nepos non ſuccedit.*
16 *Exhæredatio filij non nocet nepoti qui uenit iure ſuo.*
17 *Nec quietatio patris ei nocet.*
18 *Pactum filij in auita ſucceſſione non obeſt nepoti.*

19 *Quilibet gradus ſuo, nō alieno iure ſuccedit.*
20 *Ius repudiatum non tranſmittitur.*
21 *Pacta de ſucceſſione iam delata ualent.*
22 *Licet pactum probare quatenus ualet, improbare quatenus non ualet.*

Rationum decidendi ſummaria.

23 ¶ *Pactum de futura ſucceſſione ualet cum eius conſenſu de cuius hæreditate agitur.*
24 *Pacta de ſuccedendo ſunt reuocabilia.*
25 *Inter liberos ualet ab inteſtato pactum de ſuccedendo.*
26 *Per conſuetudinem pacta de ſuccedēdo confirmantur.*
27 *Pactum de ſuccedēdo eſt uoluntas quædam innominata.*
28 *Quarta Falcidiæ de pacto ſucceſſionis detrahitur.*
29 *Nepos debet habere legitimam titulo inſtitutionis.*
30 *Legitima grauari non poteſt.*
31 *Filius & nepos an utramq; quartā deducāt?*
32 *Non eſt neceſſe totam legitimam relinqui titulo inſtitutionis.*
33 *Relicta ex quacunq; uoluntate, legitimæ imputantur.*
34 *Supplementum legitimæ utrum à cohæredibus, an etiam legatarijs peti poſſit?*
35 *Quando filius uel nepos duas quartas detrahat.*
36 *Pactum de ſuccedendo inter liberos & extraneos ualet.*
37 *Magis fauetur teſtamento inter liberos, quā militari.*
38 *Pactum apud acta factum, habet uim clauſulæ derogatoriæ.*
39 *De conſuetudine pacta ab inteſtato ualent.*
40 *Succeſſio ex pacto dotali deuoluitur.*
41 *Liberis qualecunque patris iudicium ſufficere debet.*
42 *Vtrū nepos ſuccedat auo iure patris, an ſuo?*
43 *Quando patris renunciatio filijs noceat.*
44 *Hæres non pōt uenire contra factū defuncti.*
45 *Teſtamentum inter liberos an & quādo reſpectu extranei ualeat.*

VIDVA Ioannis cum paruulis ex illo liberis relicta, cùm ad ſecunda Nicolai uota trāſiret, diuidere patrimoniū à priore marito Ioanne relictū cum filijs ex illo ſuperſtitibus per ſtatutū habuit neceſſe. Quod in illa puſionū ætate quia uidebatur incōmodum futurū: ideo per arbitratores utrinq; nominatos, ut mater & alter eius maritus Nicolaus bona retinerent ad uitā, liberos educarēt, ac poſt utriuſq; mortem 300. aurei filijs prioris coniugij pro paterna deciderentur portione, liberis uerò ſecūdi matrimonij, ſi qui ſuſciperētur, ex aui Iodoci adhuc uiuentis (qui erat ſecundi mariti Nicolai pater) centum obuenirēt aurei præcipui: reliqua uerò hinc inde bona omnia undecunq; redirent, inter liberos utriuſq; matrimonij tanquam confraternizatos citra diſcrimē diuiderentur. In hoc pactum maritus alter Nicolaus, & eius pater Iodocus, & utrinq; ꝓpinqui adſciti ſuffragijs unis conſenſerūt: quod magiſtratus etiā approbauit, ad acta retulit, publicoq; ſigillo cōſignauit. Nicolaus alter coniunx unum in hac copula filium procreat Cunrardū, & per annos 18. ſuperſtes omnibus bonis prioris mariti ac liberorū ex illo ui pactionis utitur, fruitur, indeq; locuples tandē decedit, ſuperſtite filio Cunrardo & patre Iodoco: quo exinde mortuo Cunrardus eius nepos totam hæreditatē cernit, liberos prioris coniugij uelut extraneos excludere nititur, qui ſecundū pacti formulam unà ad ſucceſsionem admitti petunt. Quæritur, quid iuris, cum hîc contrariæ ſententiæ, altera pro nepote ſecundi coniugij, altera pro liberis primi, ſint latæ.

1 SAnè † cùm uiuentis nulla ſit hæreditas, l.
1. de hær. uen. uidebatur, quod nullū eſt,
& adhuc incertū, an, & qñ futurum, perperam in pactum deduci: l. pactum dotali. l. licet. C. de pact. l. qui ſuperſtitis. de acq. hær. l. ſtipulatio hoc modo. de uerb. obl. l. 4. C. de inutil. ſtipulat. ſiue de acquirenda hæreditate tractetur, d. l. pactum. d. l. licet. C. de pac. ſiue de repudianda, l. 3. C. de colla. l. ſi qñ §. 1. C. de inoff.
2 teſta. l. qui ſuperſtitis. de acq. hæred. Vnde † & pactum dotale inter patrem & liberos de futura eius ſucceſsione eſt nullum. d. l. pactum. 15. ubi Iaſ. hoc notat, nu. 1. C. de pac. l. ſi quando. 35. §. illud. C. de inoff. teſta. l. pactū. 3. C. de collat. Vnde dicit poſt Bal. Salic. d. l. pactum. 15. ꝙ decipiant per ſemetipſos, qui cōtemplatione talium pactorum dotalium filiam alicuius in uxorem ducunt. Nam licet dotis & matrimonij cauſa multum ſit priuilegiata, l. 1. ubi Dd. ſol. matr. tot. tit. C. de priu. dot. Balb. No. Cāp.
3 in eod. tract. tamen † non poteſt per pactum dotale aut ſimile dari uel adimi hæreditas. l. hæreditas. C. de pac. conuen. Bal. num. 1. Salic. numer. 2. Iaſ. in fine d. l. pactum. 15. C. de pact. Nec mutat, quòd hic auus Iodocus, de cuius ſucceſsione ſimul tractabatur, in tale pactum conſenſerit, & in illo ſuo conſenſu ad extremum uſque ſpiritum perdurauerit, iuxta l. ultimam C. de pact. Nam licet teſtamentum non condatur, nunquam tamen ex tali pacto deuolui

deuolui poteſt hæreditas. l. hæreditas. C. de
4 pact.conuen.Itaq; † l.ult.C.de pact.quæ uult,
pactum de diuidenda uiuentis hæreditate fa-
ctum eius conſenſu cuius eſt pecunia, ualere:
ſic eſt accipienda,ut pactum ualeat quo ad di-
uiſionem inter eos, quibus aliũde hæreditas
quàm ex pacto, nimirum ex teſtamento, uel
ab inteſtato,obuenit: ut l.ult.C. fam.erciſcun.
non autem hoc uult,ut ex ſolo tali pacto defe-
ratur hæreditas,quæ pacto non datur,l.hære-
5 ditas.C.de pact.conuen.ne † quidem ab inte-
ſtato.Schurff.conſ.11.in propoſito.nu. 3. 4.5.
& per tot. cent. 1. quia tale pactum de ſucce-
dendo uiuenti, nullius eſt momẽti. l. pactum
quod dotali.uerb. neq; ullam obligationem,
C.de pact. Si enim tale pactũ nullã,ut text. ibi
ait,inducit obligationem, ergo nullus ab in-
teſtato ſuccedens obligatus eſt ei ſtare: quod
putandum non eſt euenire ratione pacti nu-
di, quaſi illud non pariat obligationem, l.iu-
riſgẽtium.§.1.2.ubi Dd.de pact. l. cum propo-
nas.21. C. eod. l. ſiue.28.uerſ. quãuis ex pacto
non potuit naſci actio. C. de tranſact. l.1.uerſ.
ex pacto actionem non naſci. C. de pact. con.
Non enim nuda ſunt pacta dotalia, quæ ue-
ſtiuntur colore coniugij,& fauore dotis. l. 1.in
fi.l.pater.7.& paſsim, C.de pac.con. l. unic. in
prin.C.de rei ux. act.l.ad exactionẽ. C. de do.
pro.l.iuriſgentiũ. §.quinimo. ubi Dd.de pact.
tot.ti. de pact.dot. Et quãuis deducant in con
tractũ nominatũ, qui ꝑ ſe actionẽ producit, l.
iuriſgentium.in princ.de pac.l.1.ff. de rer. per-
mut. puta in ſtipulationem:nihilo magis ua-
lent, ac tum etiam nullius eſſe momenti iudi-
cantur.l.ex eo.4. C.de inutil. ſtipul. l. ſtipula-
tio hoc modo concepta. ubi Iaſ. Zaſ. & com-
muniter Dd.de uerb.obligat.l.donatio. 25.C.
de donat.l.cum donationes. 34. C.de trãſact.
& ita interpretantur.l.fin.C.de pact. quòd ſci-
licet ibi interuenit ſtipulatio.gl.Bal.nu.10.Sa-
lic.nu.6.& alij,Iaſ.in d.l.pactum.nu. 1. poſt gl.
Alex.conſil.28.ponderatis.per tot.lib. 3. dato
etiam quòd acceſsiſſet iuramentum. Iaſ. in d.
l.pactum.nu.2.per glo.in l.ſi quando.§. illud.
ad uerb.grauari.C.de inoff.teſta.& in l. pactũ.
ubi Bald.in 5.oppoſit.C.de collat.Bart.& Dd.
cõmuniter in d.l.ſtipulatio.& in l. ult. ubi præ
cipuè Angel. C.de pact.& idẽ Bart. in l. ſi quis
pro reo.de fideiuſſ. Canoniſtæ, præcipuè An-
ton. de Butr. in c. cum contingat. de iureiur.
Gemin. in c.2. de pact.li. 6. Aluarot.& Feudi-
ſtæ in c. moribus. ſi de feud. fuer. controuerſ.
inter domin. & agna. Quamuis in cõtrarium
& malè uoluerit, ut ait Iaſ. præall. loco, Bald.
in d.c.moribus. Nam cum talia pacta, ſcilicet
de ſuccedendo, ſeu de acquirẽda uiuẽtis ſuc-
ceſsione ſint contra bonos mores, propterea
quòd inducant uotum captãdæ mortis, con-
tra c.ne captandæ.de conceſ.præben. in 6.in l.
captatorias.ff.de hæred.inſtit. l.captatoriæ. ff.
de leg.1.cum ſimil.& auferant liberam teſtan-
di facultatem,contra l.1.C.de ſacroſ. eccle.&c.

ut pluribus firmat Iaſ. in d.l. pactum. nu.1. &
quia ſunt contra ius diuinum, naturale, gen-
tium ac ciuile, ut concludit Salic. in d.l. pactũ
quod dotali.nu.5.& Alex. d. conſ. 28. ponde-
ratis. nu.6.uol.3. & quoniam teſtamentis uel
ex lege, non ex pacto ſucceſsiones deferũtur,
& tale diſcrimen inter contractus & teſtamen-
6 ta retinendum eſt: ideo † nec eſt obligatoriũ
iuramentum tali pacto contra bonos mores
appoſitum,ut pluribus firmat Alex. d. conſil.
28.num.2.& 7. reſpondens ad c. quamuis. de
pact. in 6. quòd ibi ualidetur pactum iura-
mẽto,quia fuit factũ nõ de ſuccedẽdo, in quo
ceſſant rationes prædictæ:ad idem Iaſ.poſt a-
lios in l. ſtipulatio hoc modo. nu. 12. & in l. ſi
ita.§.ea lege.nu.23.& 24. de uerb. oblig. & la-
tè Caſtr.conſ.148. non eſt dubium.nu. 2. uol.
1.Facit & illa ratio, quòd talia pacta ſint quæ-
dã ultima uoluntas innominata,ut tradit Iaſ.
in d.l.pactum.& in l. licet. ubi etiam Bald. Sa-
lic.& communiter Dd. C. de pac. Cum autem
quælibet ultima uoluntas ſit ambulatoria &
mutabilis ad extremum uſq; uitæ ſpiritum, l.
4. ff. de adimen. legat. ſequitur & iuramẽtum
illi adiunctum eiuſdem eſſe naturæ, ſcilicet ut
non obliget, ſed mutari cum ſuo principali,
cui adiungitur,ſemper poſsit,Iaſ.in l. ſi conue
nerit.num.4.& 5.de iuriſd.omn.iud.per l. ult.
C.de non num. pecun. l. fin. ff. qui ſatiſda.co-
gan. Nemo enim in ultima uoluntate legem
ſibi indicere poteſt, quam mutare nõ ualeat,
l.ſi quis in princip.22.ff.de legat.2.Etſi autem
aliàs diſputari ſolet, utrum à iurato teſtamen
to recedens, non fiat periurus, Iaſ.in d.l.ſi ita.
§.ea lege.num.24.& in d.l. ſtipulatio hoc mo-
do.num.11.tamen in caſu l.pactum quod do-
tali.concludunt ibi omnes, tale iuramentum
non obligare,nec ualere tanquam contra bo-
nos mores appoſitũ pacto turpi & improba-
to, ut ibi poſt alios concludit Iaſ.nu.2. Quod
cum ita ſit, & iuramentũ non obliget in caſu
d.l. pactum quod dotali. ſequens eſt, multò
minus ipſum pactum dotale ualere, uel obli-
gationem ullam inducere, ne quidem natura
lem,ut uult Caſt.in d.l.pactum.in prin.qui in-
ſuper addit, ꝙ etiamſi is, de cuius hæreditate
in pacto dotali actum eſt,ab inteſtato deceſſe-
rit, tamen quòd uirtute huius pacti non poſ-
ſit peti ſucceſsio, propterea ꝙ uim nõ habeat
ultimæ uoluntatis: imò ne quidem relicti uel
fideicommiſsi, ita ut tanquã legatũ uel fidei-
cõmiſſum nihil ratione huius pacti peti poſ-
ſit,per tex.ſingularẽ in l. licet. 19. ubi hoc not.
Iaſ.nu.4.C.de pactis:pro quo gl.apertiſsima,
& in terminis in l.hæreditas. 5. ad uerb. nulla
actione. C.de pac.conuen.ubi diſertè ait,Tale
pactũ dotale, quo extraneo defertur hæredi-
tas, ne quidẽ iure fideicõmiſsi ualere. Et pro-
bat ſanè optimè d.l. licet.in princ.ubi dicitur,
hoc eſſe ſpeciale in milite, qđ denotat in alijs
obſeruari cõtrariũ, argumẽto à ſpeciali ſum-
pto, de quo Euerar. latè in loc. à ſpeciali: idq;

text. apertiſsimè oſtendit in d. l. licet. in princ: cum ait: Inter priuatos ne quidem uim dona-
tionis cauſa mortis factæ iſtiuſmodi pactum de ſuccedendo obtinere. Si igitur non habet uim donationis, ergo nec alterius ultimæ uo-
lũtatis, puta legati, uel fideicõmiſsi: argumen
7 to à pari ſumpto. Nã † donatio cauſa mortis uim habet ultimæ uolũtatis, quoad effectũ. I-
taq; diſpoſita in reliquis ultimis uoluntatib. intelligunt̃ etiã in donatiõe cauſa mortis diſ-
poſita eſſe. l. ult. C. de donat. cauſa mortis, Ti-
raq. latè in legib. connubialib. in fin. ad uerb. *contracter.* nu. 95. cum multis ſeq. Schurff. con-
ſil. 6. prima. nu. 16. cent. 1. & idẽ latè confirmat Alex. d. conſ. 28. nu. 4. per text. in l. ex eo. C. de inutilib. ſtipul. ubi textus clarè dicit, ꝙ ſtipu-
latio de ſuccedẽdo ſit contra bonos mores, & ideo nullius momẽti. Quòd ſi autem ſaltẽ ua-
leret, quando contrahentes ab inteſtato dece-
dunt, non eſſet uerũ dicere, quòd talis cõuen-
tio eſſet nullius momenti, quia imò illo caſu ualeret, cùm in talem euentum non auferret liberam teſtandi factionem. Ergo etiam fuit alia ratio nullitatis dictæ cõuentionis, quàm ratio auferendi liberam factionem teſtamẽti, prout ibi textus probat in uerb. nullius mo-
menti. & in uerb. contra bonos mores quem-
admodum inducit, & ponderat illum textum Alexan. præalleg. loco. & probatur idem in d. l. licet. C. de pact. ubi dicitur tale pactum tan-
tummodò inter milites ualere, non etiam in-
ter priuatos: quod omnino intelligendum eſt, quando nullum teſtamentum aut alia contraria uoluntas facta eſt, alioqui ne inter milites quidem alia uoluntate extante, uale-
ret. Deniq; reuera talia pacta non auferunt li-
beram teſtãdi facultatem, quia etiam ſi uale-
rent, ſemper tamen reuocari poſſent, aut mu-
tari, uelut ultima uolũtas, l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. de legat. 1. l. 3. §. ult. cum l. ſequen. de a-
dimend. legat. Alex. præall. loco num. 5. aut, ſicut donatio cauſa mortis, l. ſenatus. 35. §. mortis. ff. de donat. cau. mort. eoq; nec impe-
dirẽt liberam teſtandi facultatem. d. l. pactum quod dotali. Quòd cum ita ſit, cõſentaneum eſt, talia pacta nullius eſſe momẽti, non quòd impediant liberam teſtãdi facultatem, quod abſurdiſsimè à noſtris quotidie allegatur:
8 ſed † quia pactis non poteſt dari aut trãsfer-
ri ſucceſsio, l. hæreditas. C. de pac. conu. l. uer-
9 ba Geſſerunt. ff. de uerb. ſign. ne † confunda-
tur ſcilicet uirtus & diſcrimen teſtamẽtorum ac contractuum. Nam cum agatur de maiore præiudicio in ſucceſsionibus, & de eius iure, cuius uolũtas qualis fuerit, poſt mortem am-
plius explorari non poteſt: ideo uoluerũt iu-
ra hoc fieri per actum magis ſolennem, quàm ſit contractus. l. ult. C. de fideicom. l. hac con-
ſultiſsima. C. qui teſt. fac. poſſ. Et hanc cõmu-
nem eſſe concluſionẽ, ꝙ non ualeat talis con-
uẽtio, ne ab inteſtato quidẽ, probat ff. lex lo-
co præal. nu. 6. addẽs hãc eſſe mentẽ omnium doctorũ, quòd ſcilicet nõ ualeat tale pactum, etiam quoad ſuccedẽdum ab inteſtato, quia ſatis diceretur ualere, ſi ad illum effectum ua-
lere poſſet, ut probat text. in termi. dict. l. hæ-
reditas. ubi gloſſ. addit, ne iure quidem fidei-
commiſsi ualere, & idem latè cõfirmat Schur. conſ. 11. in propoſito. nu. 3. centur. 1. Ad idem facit, quòd inter uiuos nemo poteſt fieri hæ-
10 res pacto: quia † actus contrahendi & actus teſtãdi realiter & eſſentialiter inter ſe differũt,
11 ut dicit Iaſ. in d. l. licet. num. 8. Quare † nec do-
nare inter uiuos ſucceſsionem aut hæredita-
tem licet, quia eſt inſtar donationis omnium bonorum tam præſentiũ quàm futurorum: quæ de iure non ualet, ut tradit Iaſ. in d. l. licet. nu. 14. & 15. Nunc ad propoſitũ, hoc pactũ de ſucceſsione uiuẽtis aui, eſt partim pactum de ſuccedẽdo, ſeu de ſucceſsione acquirẽda: par-
tim uerò de ſucceſsione per liberos amitten-
da, accerſendo ſcilicet in cõmunionem libe-
ros primi matrimonij, planè huic auo hære-
des extraneos. Quare neutro caſu uel reſpe-
ctu hoc pactum ualere poteſt: nec quatenus pactum eſt affirmatiuum de ſuccedẽdo, quia illud ne ab inteſtato quidem ualet, ut antè o-
ſtẽſum eſt & probat Bal. in l. fi. ubi etiã Iaſ. nu. 32. C. de pact. Nec quatenus eſt negatiuũ de ſucceſsione amittẽda, qua aufert filio uel ne-
poti portiones aliquot ex toto aſſe hæredita-
12 rias, & ad extraneos defert. Nã talia † pacta de uiui parentis hæreditate facta, liberos non a-
ſtringũt, niſi acceſſerit iuramentũ, qđ in præ-
ſenti caſu nullũ interuenit. d. l. ſi qñ. §. 1. C. de inof. teſt. Iaſ. poſt Bar. & Bal. in d. l. fi. nu. 27. C. de pact. Gemin. & Canoniſt. in d. c. 2. de pact. in 6. & eſt text. in d. l. pactum. C. de collat. Nec obſtat, quòd hîc pactũ fuerit reciprocũ, quod genus donationis aliàs recipitur, etiã quãdo donatio eſt prohibita, ut inter coniuges, &c. Nã in materia ſucceſsionis, ne talia quidẽ re-
ciproca pacta de ſibi inuicem ſuccedendo ua-
lere poſſunt aut debent, ut eſt text. rotundus in d. l. licet. ubi hoc notat Caſtr. nu. 2. Iaſ. num. 1. & reliqui Dd. C. de pact. Ex quibus uidetur concludẽdum, dictum nepotẽ ut legitimum hæredem, poſſe non obſtãte tali pacto dotali, (quod nullum eſt, & ideo nullum poteſt pa-
rere effectum. c. non præſtat. de regul. iur. in 6. Soc. conſil. 115. uidebatur. nu. 15. uol. 4. l. non putauit. §. non quæuis. ubi Bart. de bon. poſſ. cont. tab. l. non dubiũ. C. de legib. l. 4. §. cõde-
mnatũ. de re iud.) auitã hæreditatem ſolum, excluſis uidelicet extraneis liberis primi ma-
trimonij capeſſere & adire: uide Philip. Fran. in c. 2. in fin. de pact. in 6. Bartol. l. Titia Seio. §. Imperator. num. 10. de legat. 2. Caſtrenſ. cõſil. 299. ſuper. uol. 1. Zaſ. l. ſtipulatio. n. 45. fal. 10. de uer. ob. maximè qa hæreditas aui obuenit & quęſita eſt, nõ in uita patris, qui pactũ fecit, ſed poſt illius mortem: quare etiamſi pater omnino renunciaſſet, poſſet tamen nepos non obſtãte tali renunciatione, imò ne iura-

mento

mento quidē patris auitam ſucceſsionem ap-
13 prehēdere: quia † renūciationes & iuramen-
14 ta ſunt perſonalia: nec † repudiatio iuris trāſ-
mittitur in hæredem legitimum & gradū ſe-
quentem, l. ſi quis filiū. C. de inoff. teſtam. ſed illa cum renunciante extinguitur, & gradus ſequēs, puta nepos, uenit ex iure ſuo & ex ſua perſona, ut eſt cōmunis cōcluſio glo. ad uerb. improbatæ. in d. l. pactum dotale. C. de collat. Bart. in l. qui ſuperſtitis. nu. 3. ff. de acqui. hær. Bald. in l. ult. nu. 16. C. de pactis: ubi quærit, ſi
15 filia † per iuramentum renunciet hæreditati paternæ, an nepos ex ea cogatur tali iuramento, & renūciationi ſtare, nec poſsit petere auitam hæreditatem? qui eſt caſus noſter in terminis, niſi quòd ibi de filia, hìc de filio renunciante agatur, quæ diuerſitas ſexus non facit diuerſum ius: ſuper hoc, inquit, ſic diſtinguo: Aut iſta filia deceſsit uiuo patre ſuo, (qui eſt caſus noſter) & tunc nepos nō repellitur propter iſtam renūciationem, quia uenit ex propria perſona, non per repræſentationem matris. Aut mater nepotis deceſsit poſt patrem ſuum: & tunc cum fuerit ius quæſitum matri, talis renunciatio habet uim pacti, & parit uniuerſali hæredi exceptionem pacti, & eadem eſt diſtinctio Bartol. in d. l. qui ſuperſtitis. Bald. in l. pactum. num. 13. C. de collat. qui addit rationem: quia hoc ius nepos habet, non patris ſeu matris, ſed legis beneficio: eoq́ renunciatio talis illi non nocet. l. 3. §. ſi emancipatus. ff. de bon. poſſ. cont. tab. Nec obſtat (inquit) quòd nepos ſuccedat loco matris, quæ eſt excluſa: nam ſuccedit per locum à remotione, ſeu priuatione matris, & ideo non poteſt ſibi aſſumere naturam iam extincti, ſed aſſumit ſibi locū, quem reperit uacantem. Idem firmat Caſtrenſ. in d. l. qui ſuperſtitis. num. 3. & 4. addens, quòd licet ueniat nepos ad ſucceſsionē aui aliquo reſpectu iure repræſentationis, & ſuccedit in ſtirpem, non in capita, tamen quo ad ſucceſsionē aui capiendā, quam pater uel mater repudiauit, q̄ ueniat iure ſuo, & non obſtāte renunciatione ſuccedat. Et addit cū diſtinctione rationē: nam aut filia (inquit) deceſsit in uita patris, & repudiatio eius ac iuramentū non nocet filijs eius: quoniam habentur pro non factis. Nam etiāſi (inquit) non repudiaſſet, nec iuraſſet, fuiſſet tamē filia excluſa per mortem, nec fuiſſet ſibi delata hæreditas uiuentis patris, & illa repudiatio & iuramentum habent in ſe cōditionem tacitam, ſi contingat hæreditatem ſibi deferri, aliàs nō eſſet neceſſaria repudiatio. Poſtquā ergo non extitit conditio, euanuit repudiatio: ſed ſi ſuperuixit patri, tūc ſtatim illo mortuo defertur ſibi hæreditas, & eodē inſtanti ſuccedit uirtus repudiationis, & filiā excludit. Et quòd iſta, inquit, repudiatio incipiat ſortiri effectū, demum cum filia ſuperuixit patri, & ſic defertur ſibi hæreditas, & eodem inſtāti propter repudiationē auferť, probatur optimè l. fin. de nouat. &c. Et ſic filijs eius non nocet repudiatio & iuramentū matris, ſed potius ſuper exiſtentia ipſius, propter quam hæreditas illi fuit delata, tanquā præcedenti in gradu, non aūt filijs eius: & excluſio, quæ poſtea ſubſequiť ex dicta repudiatione cū iuramēto, non nocet filijs, ad quos non trāſmittitur ius repudiatū: l. ſi quis filium. C. de inof. teſta. ſed prodeſt cohæredibus filiæ, quibus accreſcit, l. un. C. quādo non pet. part. & hoc, ſi extabāt alij, qui fuiſſent ſucceſſuri cum iſta filia, ſi non repudiaſſet cum iuramento, ut fratres eius uel filij fratrum, & illos appello cohæredes: ſed ſi non extarent aliqui, qui cum illa eſſent ſucceſſuri, ſed alij agnati inferioris gradus trāſuerſales: tunc repudiatio illa cum iuramento, etiamſi filia ſuperuixit patri, non nocebit filijs eius, nec etiam ſuper exiſtentia ipſius, quia nō deuoluuntur ad cohæredes per ius accreſcendi, cum eos non habeat: ſed ad ſequentes in gradu per ſucceſſorium edictum, ut Inſtit. de ſucceſſ. cogn. §. placebat. Sed filij eius reperiūtur in potiore gradu inter ſubſequentes: ergo illi admittuntur per ſucceſſorium edictum: quia non ſupereſt alius, qui poſsit eos excludere: ſicut ſi mater repudiaſſet uerè poſt mortē patris, quæ ſola fuiſſet ſucceſſura, ſi non repudiaſſet. Quinimò ſi repudiauit ut filia, etiam ipſa hoc caſu tanquā proximior in gradu admitteretur: ut l. 1. §. uidendum. de ſucceſſor. edic. ſecus, ſi ſimpliciter renunciet: nā tunc nullo caſu admittitur, ut ibi not. gloſ. Et quòd talis diſtinctio Baldi ſit uera, probatur expreſſè in l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium. in fin. de lib. & poſth. & in l. ſi quis filio exhæredato. de
16 iniuſt. teſtam. ubi † filius exhæredatus ſi moritur uiuente patre, non obſtat nepotibus ex eo, quo minus poſsint uenire ex eorum perſona ad ſuccedendum etiam cōtra teſtamentū: & rumpendum, ſi reperiāt ſe prꝙteritos: ſecus, ſi filius ſuperuiuat patri, quod totum fundatur in ratione ſuprà tacta. Hactenus Caſtrēſis, cui conſonat Faber in l. ſi quis. num. 11. C. de
17 inof. teſta. decidens, quòd † quitatio patris uel matris de ſucceſsiōe cuiuſquā, nō noceat liberis uel ſucceſſoribus, ſi ueniāt iure ſuo. Et ita, inquit, poteſt reſtringi c. quāuis. de pact. lib. 6. & Iaſ. in l. ſi arrogator. num. 19. & 20. ff. de adopt. inquiens, Nec dicas, quòd iſta filia parua admittatur ex pſona patris, quia ſubintrat eius locum, §. cum filius. Inſtit. de hære. quæ ab inteſt. Quod aduerte, quia aliàs errares in fundamentis, quia quando filia ſuccedit in locū patris, non credas quòd ueniat ex perſona patris: bene eius loco primò poniť, ſed poſtea ſuccedit ex ſua perſona propria, & conſiderātur qualitates ipſius filiæ, & neptis, non ipſius patris. Ita magiſtraliter Bart. in l. 1. §. filius. ff. de coniungen. cum eman. lib. & in l. 1. §. ſi ſit. ff. de coll. bon. ac ſoleo plenè dicere in l. qui ſe patris. C. unde liberi. Et idē, ſcilicet q̄ pactum filij de non ſuccedendo factum, non

k 3 noceat

18 noceat nepoti, utpote † qui ueniat nõ ex per-
ſona patris, ſed ſua, conſulit Alex. conſil. 20.
uiſo. num. 8. uol. 1. & conſil. 4. ponderatis. nu.
13. uol. 4. & conſ. 117. uiſo. in fi. lib. 6. & cõſ. 57.
lib. 7. Anch. conſ. 315. dominus. Cornæ. conſ.
116. difficultas. li. 2. Et idẽ nouiſsimè pluribus
cõfirmat Bouer. in ſing. incip. renunciatio iu-
ris. ſing. 11. Bello. conſi. 15. nu. 5. ex Bald. l. fi. C.
de pac. Bertran. conſil. 138. uol. 1. Gozad. conſ.
75. prima. nu. 21. Villalob. comm. opin. uerb.
filia. nu. 151. Crau. conſ. 127. nu. 1. 4. conſil. 84.
nu. 5. Tiraq. in tracta. de iure primigen. q. 40.
nu. 113. ubi hãc addit rationẽ: Cuilibet enim,
19 inquit, gradui defertur ſucceſsio † à lege, &
ſubducto primo gradu per expreſſam uel ta-
citam repudiationem, ius illius non trãſmit-
20 titur ad gradum ſequentẽ, quia † ius repudia
tum non tranſmittitur, per l. ſi quis filiũ. C. de
inoff. teſtam. ſed ius illud prioris extinguitur,
& ſequens uenit iure ſuo, & ex ſua perſona. Et
hoc maximè procedit, ſi filia, quæ renũciauit,
mortua ſit in uita patris, ſecundũ ipſum Bal.
quia tũc ea ſemota, uenit nepos ex ſua perſo-
na. Et idem Tiraq. præal. loc. nu. 120. ubi plu-
ribus autoritatibus adductis cõfirmat, quòd
pactũ de non ſuccedẽdo factũ, per filiã mor-
tuã ante patrem, non noceat nepoti: utputa q
ueniat ex perſona propria ad ſucceſsionẽ a-
ui. Et in ſumma, quòd renũciatio defuncti nõ
noceat ꝓximo, puta nepoti, etiã hæredi ipſiꝰ,
cui idem ius non à teſtatore, ſed iure ſuæ pro-
ximitatis competit, qu a contra renunciatio-
nem defuncti, cui ſucceſsit, iure ſuo uti, atqꝫ il-
lud perſequi poſsit: cõfirmat pluribus Tiraq.
in retrac. prox. §. 1. gl. 4. nu. 142. & latiſsimè in
eadem gl. num. 46. 47. cum multis ſeq. Facit
pro eodẽ, quòd delinquẽte patre, uiuẽte auo,
feudum non cõmittatur, ſi pater uiuente auo
decedat, qm̃ nepos illi ſuccedit immediatè,
non ex perſona patris, ſed ſua. Bart. in l. eum.
de interd. & releg. Curt. parte 5. in prin. Dd. in
c. 1. ſi uaſall. feud. pri. Molin. conſ. Pariſ. tit. 1. §.
30. n. 133. Quare ex his omnibus uidetur con-
cludendũ: nepotẽ hunc, nõ obſtãte pacto pa-
tris dotali, aui ſui ſucceſsionẽ adire, & ꝓ ſe ſo-
lo retinere poſſe: neqꝫ tñ ꝓpterea rectè excludi
à bonis prioris mariti, cũ hac in parte pactũ
21 dotale ualuerit: utpote † quia hactenus age-
batᷣ de hæreditate, & bonis iã demortui, cuiuſ-
modi pacta ualere nõ eſt dubiũ. d. l. ſi qñ. §. il-
lud. in fi. cũ §. ſeq. C. de inof. teſt. l. de fideicom-
miſſo. C. de tranſac. Iaſ. in l. fi. nu. 29. C. de pac.
per doctrinã Bald. & Imol. in d. l. ſtipulatio hoc
modo. de uerb. oblig. Nec obſtat, ꝙ totus con
tractus debeat probari: nã hoc uerũ eſt, quate
nus contractus ualet: nam quatenus non ua-
let, licitè ab eodẽ receditur, & pars ualida po-
teſt approbari, inualida uerò reprobari, l. do-
natiões. C. de dona. ne utile ꝑ inutile uitietur,
22 ut alibi dixi s. conſ. 13. 14. Etſi † igitur hic ne-
pos intẽdat ſibi oportere ſeruari pactũ dota-
le, quatenus reſpicit bona primi mariti, quia
hac in parte pactũ eſt ualidũ, utpote factũ de
ſucceſsione mortui iam delata & ceſſa: tñ non
ſequitur, quòd cõtrà ſeruare debeat illud pa-
ctum factũ de uiuentis aui hæreditate, cũ hac
in parte ſit inualidũ, & nullius momẽti. Trãſa
ctiones enim ualidæ non retractantur, etiam
ſi pacta de ſucceſsione uiuẽtis acquirenda cu-
ius contemplatione tranſactum eſt, non ſer-
uẽtur, ut eſt text. rotundus in l. cum donatio-
nis. 34. C. de tranſact. Nam talia pacta con-
tractibus appoſita infirmantur, non autem
ipſos contractus, quamuis non ſeruentur, in-
firmant, ut eſt elegans text. in l. donatio. 25.
C. de donat.

Rationes decidendi.

ET hæc quidem eiuſmodi ſunt, ut in illam
ſententiam pro nepote pronũciatum eſſe, mi-
nimè ſit mirandũ. Veruntamen non etiã ſunt
nulla, quæ in contrariam partem inclinare a-
23 nimos queant. Nam † indubitati iuris eſt, ꝙ
pacta poſsint fieri de hæreditate uiuẽtis, con-
ſentiente illo, de cuius hæreditate agitur: & ꝙ
ualeant, ſi is ad extremum in tali uoluntate
durauerit: ut eſt textus apertiſsimus in l. fi. C.
de pactis, qui tollit hac in parte & declarat o-
mnia uetera iura, ut etiãſi illa eſſent cõtraria,
tñ huic uelut iuri nouiſsimo ſtandum eſſet: i-
taqꝫ concludũt communiter Dd. in d. l. ult. ꝙ
uotum captandæ mortis, quod aliàs talibus
pactis ineſt, tollatur per cõſenſum eius, de cu-
ius hæreditate agitur: Iaſ. in d. l. fin. nu. 10. da-
to etiam, quòd alicuius ſucceſſorum conditio
melior ſit futura: ut pluribus confirmat Alex.
conſ. 28. põderatis. nu. 7. uol. 1. maximè quan
do pactum eſt reciprocum de mutua ſucceſ-
ſione, ut tradit Iaſ. in d. l. fi. num. 7. in 4. limit.
& præcipuè, quoties talis conuentio uenit ex
neceſsitate contractus præambuli, ut uult Iaſ.
ibidem in d. l. fin. poſt gloſ. in 6. limita. per l. ſi
quis ſeruum. de act. empt. cum alijs per eum
24 alleg. Nec † poteſt dici, quòd tale pactum au
ferat liberam teſtandi facultatem. Nam eſt re-
uocabile, & habet naturam ultimæ uolunta-
tis, ita ut is, de cuius hæreditate actum eſt, ſem
per contra pactum teſtari poſsit, iuxta d. l. pa-
ctũ quod dotali. 15. & l. fin. ubi hoc firmat Iaſ.
n. 12. C. de pact. l. cũ donatiõis. 33. C. de trãſact.
cum ſimilib. ut pluribus exponit Iaſ. poſt Ca-
ſtrenſ. in d. l. fi. nu. 12. Quando uerò is uolun-
tatem non mutat, præſumitur in uolũtate pa-
cti perdurare: Bart. & Dd. l. tale pactum. §. fin.
de pact. l. conficiuntur. de codicill. iuxta regu-
lam, Quod non mutatur, cur ſtare prohibea-
tur: l. ſancimus. C. de teſtam. Eoqꝫ tale pactum
mortuo eo, de cuius hæreditate actum eſt, ua-
let ab inteſtato: Iaſ. in dict. l. pactum quod do-
tali. n. 3. & habetur pro ultima eius uolũtate,
25 præſertim † inter liberos, quibus qualiſcũqꝫ
parentũ uolũtas ſufficere debet, l. ul. C. fa. her-
ciſ. latè Schur. cõſ. 61. cẽt. 3. Ideoqꝫ in caſu l. pa-
ctũ qđ dotali. tradunt Dd. ꝙ ſi pater deceſsiſ-
ſet

ſet nō mutata uoluntate, neq; facto teſtamento, quòd tum talis pactio dotalis de uiuentis hæreditate facta, ualeret: & ex ea ab inteſtato ſuccederetur, ut expreſſè poſt Alexand: tradit Iaſ. in d. l. pactum quod dotali. numer. 3. C. de pactis: pro quo text. in l. hæreditas. in uerb. uice teſtamenti. C. de pact. conuent. & Bart. in l. tale pactum. §. fina. num. 2. & 3. ff. de pact. In præſenti autem caſu pactum hoc conſtat eſſe factum auo, de cuius hæreditate actum eſt, conſentiente: & factum non captatoriè, ſed ex neceſsitate præambuli contractus, uidelicet coniugij & diuiſionis bonorum ex ſtatuto imminentis. Item reciprocè, ad inducendam inter liberos æqualitatem ſucceſsionis, & fraternitatem alendæ concordiæ aptam. Quare meritò tale pactum ſeruari debet, cum auus in hac uoluntate ad finem uſque perſeuerauerit, nec quicquam contrà ordinarit, & nepos qualemcunq; aui ſui uoluntatem agnoſcere, & iuxta illam cum liberis primi matrimonij bona auita conferre debet, cum, ut antè dictum eſt, inter liberos qualiſcunq; parentum uoluntas ſufficiat, d. l. fin. C. fam. hercïſc. Et ita quoq; de conſuetudine ſeruatur, ac talia pacta dotalia, præſertim reciproca. de mutua coniugum uel liberorum ſucceſsione fieri & ſeruari ſolent, ord. 43. parte 2. ord. 30. ord. 20. uerſ. *Vuann zuiſchen Eheleuten eheſtiffungen.* parte 3. maximè quoties propter bonum concordiæ talis ſucceſsionum ſimultas, & quædam mutua fraternitas, ac reciproca, inter liberos utriuſq; coniugij conſtituitur: quæ pro ualidis haberi, & ſuper quibus ius dici publicè coniugum intereſt. Idq; fieri ſæpius memini, & fortaſsis alij peritiores meminerunt, & pluribus confirmat Zaſ. conſil. i. illuſtres. numer.
26 2. 4. 5. 8. uolum. 2. Conſtat † autem per conſuetudinē talia pacta ualidari, ut tradunt Dd. præſertim Iaſ. num. 3. in d. l. pactum quod dotali. per cap. filij nati. in uerb. uſu admittitur. ſi de feu. fuer. contro. inter dom. & agnat. Quia tamen pactis nō poteſt deferri hæreditas, iuxta l. hæreditas. C. de pac. conuent. ideo tale pactum non eſt uice teſtamenti, præſertim inter
27 extraneos, quos obligare nō poteſt: ſed † eſt uoluntas quædam innominata ab inteſtato, ut dicit Salic. Iaſ. in l. licet. num. 15. C. de pact. ideo ualet tantum iure fideicommiſsi inter li-
28 beros, & proinde † hæres ab inteſtato quartam Falcidiam detrahere poteſt iure ciuili: l. in donationibus. 12. C. ad l. Falc. Bald. in l. fin. num. 19. C. de pact. ſicut alioqui detrahit extante qualibet ab inteſtato ultima uoluntate, & teſtamento minus ſolenni, quod habeat clauſulam codicillarem, ut poſt glo. Bart. & alios latè proſequitur Iaſ. in authent. ex cauſa. num. 22. C. de lib. præter. Quanquam non indiſtinctè iure Saxonic. ex ordinatione noſtra prouincia. conſtit. 1. parte 3. Cæterùm nepos eſt hæres aui legitimus ab inteſtato, utpote mortuo iam ante auum patre, cui non modò
29 Trebellianica aut Falcidia competit, ſed † etiam legitima: quā debet habere præcipuam, uel titulo inſtitutiōis, uel ab inteſtato, §. aliud quoq;. in authent. ut cum de appellat. gloſſ. in authent. nouiſsima. ad uerb. titulo. C. de inoffic. teſtam. etiam in uoluntate minus ſolenni & teſtamento condito inter liberos, ut eſt cōmunis opinio contra gloſ. in d. authen. nouiſſima. & fatetur Iaſ. ibidem nume. 16. quamuis contrà diſputet, & numero 22. ſubdit, ab hac ſententia non eſſe in iudicando recedendum.
30 Ita autem † præcipuam habere nepos legitimam debet, ut nullo pacto queat in hac grauari, nec ulla uoluntate ea minui, iuxta d. authen. nouiſsima. in fin. ubi Iaſ. nu. 45. & auth.
31 res quæ. C. cōmunia de leg. & fideicom. † Ex quo ſequi uidetur, quòd utranq; quartam & legitimam & Trebellianicam, nepos hic deducere iure ciuili poſsit, ex c. Rainutius. ubi Panor. & Dd. ex. de teſta. quod etiā in foro ciuili ſeruari uolūt Dd. in auth. res quæ. ubi latè Iaſ. nu. 3. C. cōmunia de legat. & in d. auth. nouiſsima. ubi Iaſ. nu. 39. ait hanc communem eſſe ſententiam, C. de inoff. teſtam. Et ſic nepos hic auferre poſſet hac ratione plus q̄ dimidiam partem hæreditatis, atq; ita per indirectum totum hoc pactū dotale imminuere & retractare. Verùm illo non obſtante, contrariū hic eſt ſtatuendum, ſcilicet q; neq; nomine legitimæ, nec ex cauſa Trebellianicæ, uel Falcidiæ, nepos hic ullam prærogatiuā pretendere poſſit. Nam queſtio legitime tum demū habet locū, cum hæreditas ad extraneos, liberis excluſis, defertur. Hic aūt nepos nō eſt excluſus, ſed ſimul ad hæreditatē uocatus. Non eſt aūt neceſ-
32 ſe, totam † legitimam relinqui filio, ſed ſufficit partē aliquam uel titulo inſtitutionis, uel ab inteſtato relinqui, quæ poteſt poſtea ex alijs bonis ſuppleri, ut eſt cōmunis cōcluſio gl. & Dd. in auth. nouiſsima. ubi hoc proſequit̄ latè Iaſ. nu. 15. & in d. §. aliud quoq; capitulū. Sed & hic quod deeſſe pōt legitimæ, compenſatur, & complet̄ alijs ex bonis ac relictis. Primò, quia nepoti in dicto pacto dotali 100. aurei ſunt prælegati. Secundò, quoniā ē diuerſo ſuccedit in omnia bona primi mariti, quibus aliàs caritur⁹ eſſet. Tertiò, quòd per 20. & amplius annos in ijſdem bonis ſit educatus & enutritus, ut nullo modo de fraudatione legitimæ conqueri poſsit, cum conſtet iſtiuſmodi
33 relicta ex quacunq; parētis † ultima uolūtate (prout hoc pactū quandam ultimā uoluntatem eſſe inter liberos, ſ. dixi) imputari in legitimam. §. 1. in auth. de trien. & ſemiſs. l. oimodo. & l. ſcimus. C. de inof. teſt. l. etiā. §. ſi debita. l ſi libertus. §. libertus. ff. de bonis libert. latè Coraſ. in repetit. l. filium. n. 99. C. famil. herciſ. ſicuti imputantur & illa quæ ex pactis dotalibus capiuntur, l. q̄m nouella. §. quo à nobis recepto. C. de rei uxor. act. Alex. cōſ. 27. uol. 5. Caſtr. conſ. 120. notandum. nu. 3. uol. 2. Coraſ. in d. l. filium. nu. 116. Quanquam & illud dici

poſsit, liberos primi matrimonij hic non eſſe
propriè dicti aui hæredes: neque ab inteſtato,
cum ſint illi extranei: nec ex teſtamento, cum
nullum ſit factum: ſed tantũ quaſi legatarios
34 & donatarios uenire ex pacto. † Legitimæ
autem ſuppletionem non poſſe peti à legata-
rijs uel donatarijs, ſed tantũmodò à ſolis hæ-
redibus. §. hæc autẽ. in auth. ut cum de appell.
cognoſ. Fulgoſ. & Salic. in l. omnimodo. C. de
inoff. teſtam. Coraſ. in d. l. filium. nu. 139. An-
gel. conſil. 131. Quam ſententiam ueriorem &
probabiliorẽ dicit Guid. Pap. deciſ. 82. quod
tamen non pono pro conſtanti, quia commu
nis opinio Dd. uidetur ſapere contrariũ, nem
pe ſuppletionẽ legitimæ debere fieri tam per
hæredes, quàm per legatarios, pro rata. Bart.
& Caſtrenſ. in l. quartam. ad l. Falcid. Bald. in
auth. presbyteros. C. de epiſ. & cler. & in l. 1. C.
de inoff. don. id quod ipſe Coraſ. teſtat̃ præal.
loc. num. 138. Ratio itaq; ſuperior eſt prægnan
tior, nempe quòd longè plus legitima etiam
in bonis aui nepos hic conſequat̃. Quod au-
tem ad alteram quartam, uidelicet Falcidiam
uel Trebellianicam attinet: huic in præſenti
caſu locus eſſe non poteſt: quia tum demum
quarta talis detrahitur, quando hæreditas le-
gatis & fideicõmiſsis eſt exhauſta, ita ut quar-
tam hæres non habeat. Atqui hîc hæreditas
non eſt grauata legatis, & alioqui ſupra quar
tam iſte hæres nepos accipit: ut ſuprà oſten-
35 ſum eſt. Nec uerum etiam eſt, filium † aut ne-
potem utramq; quartã detrahere, legitimam
ſcilicet & Falcidiã, uno tempore: ſed tum de-
mum, quando diuerſis temporibus fit detra-
ctio: puta cum ſub conditione legata ſunt re-
ſtituenda, ut tradũt Dd. in d. c. Rainutius. & in
d. auth. res quæ. In quo caſu cũ hîc non ſimus,
liquet, fruſtra hanc diſputationem introduci,
p̃ſertim his in terris, ubi deductio talis quar-
tæ contra pacta dotalia & donationes cauſa
mortis, præſertim iudiciales (qualis iſta fuit)
non conceditur, ord. 1. parte 1. Præterea non
leuiter me mouet, quòd iſte nepos ſuo patri,
qui hanc pactionem fecit, ſucceſsit, eiusq; hæ-
res factus eſt, ſicut & nunc poſsidendo hære-
ditatem aui, qui & ipſus in illud pactum con-
ſenſit, huius quoque hæreditatem adijt, l. pro
hærede. l. gerit. ubi Bar. de acquir. hæred. Non
igitur uidetur contra pactum eorum, quibus
ſucceſsit, uenire poſſe. l. cum à matre. C. de rei
uend. cum ſimil. ſed ex illo magis obligatus
eſſe ad implendum, l. 2. ubi Dd. C. de pact. int.
empt. maximè poſtquam iam adultus parti-
cipauit de bonis primi mariti, & à liberis pri-
mi matrimonij, ut cohæres, portiones accepit:
quo ipſo nedum tanti temporis decurſu pa-
ctum ratificauit, l. 4. C. de pact. int. empt. gloſſ.
l. poſt diem. ff. de in diem add. conſtit. 1. & 3.
parte 3. & eſſet certè iniuſtum tam enormiter
claudicare contractum, & approbari tantam
inæqualitatem, ſi cum ui huius pacti ex com-
munibus bonis iſte nepos ab ineunte ætate
educatus ſit, & pòſt in adulta ætate portionẽ
ex bonis prioris mariti, cum illius liberis, q̃ꝑ-
uis extraneis, acceperit: nunc tamen nollet
eodem iure pacti uti illos in ſua hæreditate,
quo uſus eſſet ipſe in hæreditate ipſorum. l.
1. & toto titulo, quod quiſque iur. Conclu-
dendum ergo potius uidetur, quod ius, æ-
quitas & conſuetudo ſuggerunt, per omnia
pactum iſtud dotale obſeruandum, & ex eo
æqualiter inter liberos ſuccedendum: & hanc
aui hæreditatem communiter diuidendam eſ-
ſe, non obſtantibus ijs rationibus, quæ ſuprà
in contrarium ſunt adductæ, ad quas paucis
36 reſponderi poteſt. Nam † licet pacto non
deferatur hæreditas, tamẽ tale pactum eſt in-
ter liberos uice teſtamenti, ſeu ultimæ uolun-
tatis, ſaltẽ ab inteſtato, iuxta d. l. fin. C. de pac.
l. hæreditas. C. de pact. conuent. potiſsimum
inter liberos, l. ult. C. famil. herciſ. peræquè ac-
que inter milites, ut dicit Barto. in l. tale. §. fin.
num. 3. ff. de pact. & Iaſ. poſt Alexan. item Al-
ciat. in l. pactum quod dotale. 15. num. 3. C. de
37 pact. Nam † perinde, imò magis fauetur te-
ſtamento ſeu uoluntati relictæ inter liberos,
quàm teſtamento militari, ut tradit poſt alios
Iaſ. in l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. nu.
7. C. de teſtam. Quod autem eſt dictum, talia
pacta ne ab inteſtato quidem ualere, uerum
eſt, quando non habent formam & ſolenni-
tatem donationis cauſa mortis, aut alterius
ultimæ uoluntatis, ut exponit gloſ. & Dd. in l.
licet. C. de pact. Secus autem eſt, quando ha-
bent debitam ſolennitatẽ, ſicuti hoc pactum
habuit, utpote apud acta factum, & publica
autoritate & ſigillo comprobatum ac conſi-
38 gnatum. quæ † ſolennitas omnem ſolennita-
tem ſuperat: l. omnem. C. de teſtam. adeo ut ta
le pactum actis inſinuatum habeat uim clau-
ſulæ derogatoriæ. Iaſon in l. pacta nouiſsima.
num. 2. C. de pact. & in l. ſancimus. num. 14.
poſt Bald. Fulg. Caſt. ibi. C. de teſtamen. & in l.
39 omnem. num. 12. eod. tit. Et ut † maximè con-
cedatur, pacta de mutua ſucceſsione non ua-
lere, ne quidem ab inteſtato, iure ciuili: qui eſt
caſus d. l. licet. tamen conſtat nec negari po-
teſt, de conſuetudine generali in his locis ta-
lia pacta, præſertim dotalia, ſi fiant apud acta,
ſicut iſtud factum eſt, & non mutata ſint teſta-
mẽto, ualere ab inteſtato, & ex eis ſuccedi, ſal-
tem iure fideicommiſsi. Atque ita ſæpiùs eſſe
pronunciatum in diuerſis conſiſtorijs & cu-
rijs, harum regionum Scabinalibus, multis
exemplis oſtendi poteſt, & oſtendunt ordi-
nationes ſuprà ad hoc allegatæ, ord. 43. par-
40 te 2. ordi. 10. & 20. parte 3. Deinde † de iure
quoq; ciuili etſi eiuſmodi pacta non ualent,
inter extraneos, uelut ultima uoluntas, tamẽ
iure pacti dotalis bona poſt mortem coniu-
gum deuolui poſſunt, uelut ex contractu, ut
gloſ. & Dd. quamuis obſcurè indicant in d. l.
hæreditas. C. de pact. conuent. & probat text.
in l. ſi conuenit. 6. C. eod. tit. Præterea certum
eſt.

eſt, pactum de tertij uiuentis & conſentientis hæreditate factum, ualere: ſi is in eo ad extremum uſq; perſeuerauerit, iuxta l.fi.C.de pact.
41 maximè † inter liberos, quibus qualecunq; iudicium patris uel aui ſufficere debet, ut ſ. dictum eſt ex l.ult.C fam.herciſc. Quare hic nepos etiam patris & aui ſui iudiciū, qui in hoc pacto ad extremū uſq; perſeuerauerit, contrauenire nō poſſet, etiamſi cōcederetur, aliàs pactis ſucceſsiones ab inteſtato deferri non poſſe. Non obſtat etiā, q ex tali pacto nulla oriatur obligatio. d. l. pactum quod dotali. C. de pactis: quia hoc uerū eſt reſpectu eius, de cuius hæreditate pactum eſt, quin is contra pactum teſtari poſsit: ſecus uerò eſt reſpectu paciſcentium, qui obligantur, ſi is in eadem uoluntate ad extremum manſerit. d. l. fina. C. de pact. Etſi autem ex tali pacto non deferatur hæreditas alioqui ab inteſtato non ſucceſſuris, d. l. hæreditas. tamen deferuntur bona ut legatum ſeu fideicommiſſum, maximè inter liberos & horum reſpectu, ut ſcilicet etiam extraneis talia legata in pacto relicta præſtare debeant, ut antea dictum eſt, & poſtea latiùs dicetur. Non obſtat etiam, quòd nepos ſuccedens auo, demortuo iam antea patre, qui hoc pactum fecit, ſuccedat ex iure ſuo, & quòd patris renunciatio illi non noceat, neque enim hic facta eſt ulla renunciatio, ſed tantum diſpoſitio de diuidenda hæreditate inter liberos utriuſque matrimonij. Quare quod dicitur, nepoti renunciationem patris hoc caſu non obeſſe, parum huc facit. Nam primum non renunciauit pater, & ut effectu renunciaſſet, tamen conſtat theoricam illam Doctorū, qua tradunt, nepotem non obſtante patris renunciatione admitti ad aui ſucceſsionem, accipiendam ita eſſe, quando caſus ab inteſtato eſt planè liber, & nulla extat uolūtatis defuncti ſignificatio: ſecus uerò eſt, quando iudicium de ſucceſsione ſuum auus reliquit, quia illud uicè teſtamenti aut ſaltem ultimæ uoluntatis eſt, & ſuccedere uolentem obligat, ſicut antè diximus, & paulo pòſt dicetur: ut quæſtio & cauſa inteſtati locum habere hîc non poſsit, nec attendendum ſit, quid ab inteſtato fieri debeat, ſed quæ fuerit defuncti parentis, cui ſucceditur, uoluntas: quæ omnino eſt ſequenda, & cui nepos parére debet. Itaque quamuis ſuccedat hic nepos auo iure ſuo, tamen huius ſui aui qualemcunque uoluntatem, & iudicium ſuper hæreditate relictum, agnoſcere & ſequi eum oportet, iuxta d. l. ulti. C. famil. herciſcun. Hic autem auus in hoc pactum dotale conſenſit, quod ipſius etiam nomine & uoluntate eſt confectum, ut uerba inſtrumenti diſertè oſtendunt. Quare cum non mutato hoc pacto, neque immutata uoluntate deceſſerit, uidetur hoc pactum loco ultimæ uoluntatis innominatæ reliquiſſe. Iaſon in d. l. pactum quod dotali. numer. 3. Schurff. conſil. 36. quod in præſenti. numer. 13. centur. 2. Et cogitur nepos tali pacto diuidendæ hæreditatis ſtare, iuxta l. ultimā C. de pact. Quanquam
42 quam † & illud etiam diſputari poſsit, an nō nepos ſuccedere uolens auo, ueniat ex perſona patris, & non iure ſuo? Nam hoc non pauci tenuerunt, ut gloſſ. in l. 1. §. ſi ſit filius. ff. de coniung. cum emancip. lib. Bart. in l. Gallus. §. quid ſi tantum. in fin. de lib. & poſthum. Faber & Ioannes de Platea in §. cum filius. Inſtit. de hæredi. ab inteſt. Caſtrenſ. conſ. 421. quod iſta mater. li. 1. & alij quos cumulat Tiraquel. in d. tractat. de iur. primigen. quæſtio. 40. nu-
43 mer. 122. Deinde † dici poſſet, renunciationem patris nocere filio, quando aliquid hoc nomine accepit: uelut hic bona primi mariti pater accepit, per ea quæ limitat Bartol. in d. l. qui ſuperſtitis. de acquirend. hæredita. Caſtrenſis conſil. 320. uiſo. numer. 2. uolum. 1. Et quòd pater pacto poſſet præuenire ſatiſfaciendo debitum naturale liberis, & ſuper legitima tranſigere, tenet Bald. conſil. 148. in caſu. numer. 7. uolum. 1. & confirmatum eſt ordinat. 10. parte 3. Verum in hoc uis non eſt ponenda, quia non eſt conſiderandum, quo iure ſuccedat nepos, ſed quòd ſuccedat auo: cuius uoluntate tale pactum factum eſt, & in qua uſque ad finem perſeuerauerit, & quam nepos agnoſcere & ſequi debet, iuxta d. l. final. C. de pact. & l. ultim. C. famil. herciſcundæ. Nam talia pacta non minus inter liberos ualent, quàm inter milites, ut dicit Bartol. in l. tale pactum. 41. §. final. numero 3. de pact. & eſt de mente Iaſon. in dicta l. pactum quod dotali. num. 3. cum ſequen. qui etiam in authentic. nouiſsima. numero 18. C. de inoffic. teſtament. dicit, magis faueri patri teſtanti inter liberos per imperfectam uoluntatem, quàm teſtamento militari minus ſolenni. Et quanquam teſtamentum inter liberos non proſit perſonis extraneis, ſed tantum ualeat inter liberos, ſecundum communem in l. hac conſultiſs. §. ex imperfecto. C. de teſtamen. quam propugnat Clarus in titul. de teſtam. tamen hoc uerum eſt in uoluntate minus ſolenni, & quæ non ualet quo ad extraneos. Et hoc pactum dotalitium apud acta factum, ut ſolēne, ualere & de conſuetudine pro ſolenni ultima uoluntate haberi, diximus: ſicut & ord. 1. parte 3. oſtendit, ut certè quoad liberos primi matrimonij quanquā huic defuncto auo extraneos, ualere debeat. Ita paret euidens & explicata ratio, quare hoc pactū, præſertim ab hærede nepote aui, cuius de hæreditate quæritur, & qui pactum fecit, ſit ſeruandum: & ex illo hæreditas diſtribui debeat, quemadmodum etiam quotidie practicatur, cum talia pacta dotalia ualeant ab inteſtato, & ex ijs ſuccedatur, ut eſt notiſsimum & certè æquiſsimum: alioqui nulla eſſet fides & uis eiuſmodi pactorum quamlibet iudicialium, contra ordinationē primā, §. 1. parte tertia. Idq; maximè hoc caſu dicendum eſt, in quo hic nepos patri

patri ſuo & auo, quorum nomine pactū hoc ab arbitratoribus factum eſt, ſucceſsit: & quorum hæreditatem adijt, & etiamnum poſsi-
44 det. Conſtat † enim hæredem non poſſe uenire contra pactum uel factum defuncti, maximè patris uel aui, Bald. conſil. 345. ad euidentiam. num. 8. uolum. 1. & alijs iuribus uulgatis. Etſi alius queat, non tamen iſtè nepos hoc caſu poſſet, qui pactum illud ratificauit etiam adultus, capiendo ui illius, partes ex hæreditate, primi mariti, nullo aliàs iure debitas huic extraneo, liberis primi coniugij extantibus: & ſic ſciens uolensq́; idem ratificauit, d. l. 4. C. de pact. inter empt. ut quod ſemel placuit, amplius ei diſplicere nō debeat: cap. quod ſemel. de regul. iur. in 6. nec audiendus ſit ueniens contra pactum, quod ratificauit, & ex quo lucrū cepit, d. l. 4. l. Pomponius. de nego. geſt. cum ſimilibus: ſed æquiſsimum omnino eſt, ſicut ipſe uoluit ſibi pactum hoc à filijs primi coniugij ſeruari, ſicut ſeruatum eſt, & ex quo ipſe locupletatus eſt, ſic ipſum quoq; contrà æqualitatem hanc agnoſcere, & idem pactum ijs, qui ſibi ſeruarunt, implere ac conſeruare, eoſdemq́; tanquam conſortes ad communem ſucceſsionem admittere. Ex quibus apparet, ſententiam in hac cauſa latam, quæ reſpicit tempus, quo poſt mortē patris hæreditas auita delata eſt, nulla firma aut probabili ratione innixam eſſe: quia hic auus non omninò ab inteſtato deceſsit, ſed pactū hoc pro ultima uoluntate reliquit, ut ſaltem ualeat iure codicilli, uel donationis ab inteſtato. Nec ualet argumentum, ſi quis dicat,
45 Eiuſmodi pacta † tantum inter liberos ualere pro ultima uoluntate, non autem prodeſſe alijs extraneis, quibus in ijs aliquid relictum eſt, ſed hæc relicta liberis accreſcere, d. l. hac cōſultiſsima. §. ex imperfecto. Liberos aūt primi matrimonij hîc eſſe extraneos huic auo, & ideo illis pactum nihil prodeſſe, ſed relicta ijs meritò accreſcere nepoti, ut uero & ſuo hæredi. Nam hoc uerum eſt in teſtamento nuncupatiuo, ut dixi, imperfecto, uel ſcriptura imperfecta, quæ nullas uires habet: quo ſenſu loquitur d. §. ex imperfecto. Secus uerò eſt, quādo ſcriptura quamuis deſtituta ſolēnitate teſtamenti, perfecta eſt, & de uoluntate conſtat, eaq́; probari poteſt: tum eñ relicta extraneis à liberis ſunt præſtanda, qui cogunt̄ defuncti parentis uoluntatem ſequi: ut eſt tex. in auth. quod ſine. ubi poſt alios Iaſ. num. 1. & 2. C. de teſtamentis, & in d. §. ex imperfecto. nu. 10. maximè quando in ſcriptis facta eſt, & comprehenſa talis uoluntas iuxta formam d. authen. quod ſine. prout Dd. ibi declarant: ſed ſic eſt, ꝙ hæc uoluntas in noſtro caſu non modò eſt ſcripto inſtrumēto comprehenſa, iuxta ſolennitatem d. auth. quod ſine. ſed continet ſolennitatem etiam, quæ ad teſtamentum ſufficiat: quoniam inſtrumentum apud acta factum & actis eſt inſinuatum, ex l. omnium. C. de teſtam. & per alia ſ. adducta. Quare cunctis huius facti circunſtantijs rectè perpenſis & ad æquitatem ac conſuetudinē harum regionum collatis, exiſtimo, ſalua eorū qui contrà pronunciauerunt, pace, iudicandū eſſe pro pacto iſto dotali, ꝓindeq́; relicta primi matrimonij liberis, non ſecus quàm huic nepoti cōmuniter & æqualiter deberi: non obſtantibus qualibuſcunq; nepotis (ut qui in legitima non læ datur) argumentis è cōtrario productis. Atq; ita tandem eſt iudicatum ultimo loco, & in curia, unde non erat prouocatio.

CONSILIVM LXXII.

De uſuris uſurarum, an debeantur? & de probatione amiſſo inſtrumento, uel confeſsione.

SVMMARIA.

1 ¶ *Debitor ex ſcripto obligatur.*
2 *Vſuræ ſunt iuſtum intereſſe, licet ſint grauiſſimæ, quando eas creditor ob moram debitoris ſoluere cogitur.*
3 *Intereſſe quid ſit.*
4 *Tutores pupillis uſuras pupillares & etiam uſuras uſurarum præſtare debent.*
5 *Solutio cum ſit facti, non præſumitur, ſed eſt probanda. & num. 19.*
6 *Vſuræ uſurarum iure communi non debentur: etiamſi promiſſæ ſint, & ſolutæ, repeti poſſunt.*
7 *Vſuræ non augent ſortem, ut inde uſuræ deberi poſſint.*
8 *Vſuræ non promiſſæ non debentur.*
9 *Duo ſpecialia concurrere non debent.*
10 *Tutores ob pecunias pupillares non tenentur ad uſuras uſurarum.*
11 *Vſura uſurarū iure nouiſſimo in uniuerſum prohibita.*
12 *Tutor quo caſu debeat uſuras uſurarum.*
13 *Fideiuſſor uel mandator non repetit, ſi ſoluat id, quod ſoluere non debuit.*
14 *Soluere indebitum ſcienter eſt iactare ſuum & donare.*
15 *Secundum ll. quiſq; intelligitur contrahere.*
16 *Verba contrahentium generalia, ſecundum ll. ſunt accipienda.*
17 *Contrahentes intelliguntur ſe conformare iuri communi.*

18 *Nouatio eſt ſpecies ſolutionis.*
19 *Facta non præſumuntur, ſed probantur.*
20 *Nouatio & quodlibet pactũ eſt probandum.*
21 *Exceptio niſi probetur, reſoluitur in confeſſionem.*
22 *Reus negando & conditionaliter excipiendo, non uidetur confiteri.*
23 *Confeſſio in totum eſt acceptanda.*
24 *Reus excipiendo non uidetur intentionem confiteri.*
25 *Negare narrata prout narrantur, eſt implicita reſponſio.*
26 *Ad probandum debitum non ſufficit caſum inſtrumẽti probari, ſed tenor probãdus eſt.*
27 *Iuſiurandum non eſt manifeſta probatio.*
28 *Teſtibus non creditur, qui dicunt ſe legiſſe contenta in inſtrumento, ſi de his aliter nihil ſciant, utrum uerè ſic geſta ſint, prout ſunt ſcripta.*
29 *Ex confeſſione ſua quiſq; tenetur.*
30 *Exceptio excuſsionis non habet locum, quando principalis non eſt ſoluendo, uel fugitiuus, nec facilè conueniri poteſt.*
31 *Inſtrumentum reddens debitori, uidetur fateri nihil amplius deberi.*
32 *In dubijs ueriſimilem cauſam allegantimagis eſt credendum.*
33 *In dubijs creditur reo, & fit interpretatio pro abſolutione.*
34 *Confeſsiones repẽtinò factæ non præiudicãt.*
35 *Confeſſio inſtrumento comprehenſa non poteſt reuocari, niſi probato errore.*
36 *Vnius ſummæ pro altera ſubſtitutio, eſt quaſi nouatio.*

EVSEBIVS ab R. nobilis cum creditore ſuo Ioanne N. tranſegit, & authorantibus mediantibusq; illuſtriſs. Principis conſiliarijs ita conuenit: ut d. Euſebius d. ſuo creditori N pro omnib. debitis, exactionibus, retardatis, omniq; intereſſe deberet & ſolueret ſummã 9300. flor. tantũ in tribus articulis ſiue poſtis, manſit inter d. debitorẽ & creditorem lis atq; cõtrouerſia. Primùm enim petijt d. N. creditor penſionem penſionum, ſeu uſuras uſurarum, quas dicit ſe coactum eſſe ſoluere ratione 3001. flor. quos à ſorore ſua liberisq; eius mutuo ſub penſione 8. in centum annuatim ſumptos, ulterius mutuo dedit & tradidit d. Euſebio: qui quia hoc mutuum condicto tempore non reddidit, coactus ille fuerit duplices uſuras ſorori ſuæ eiusque liberis præſtare, cum ſortem ob non factam ab Euſebio ſolutionem reddere non poſſet, prout de hac ſumma ſe compulſum fuiſſe ciuſmodi uſuras uſurarum ſoluere, prætendit in inſtrumento exhibitæ confeſsionis. Secundò poſtulat 1000. flor. quos ſe d. Euſebio mutuo dediſſe intendit, uirtute cuiuſdam inſtrumenti anno 48. dati, & nunc deperditi atque amiſsi. Tertiò petit 1000. flor. ex fideiuſsione, quam ſe d. Euſebium feciſſe nomine cuiuſdam mangonis ſeu negociatoris equorum, confirmat. Quarum trium petitionum intentionem cum d. Euſebius inficietur, eoque factum ſit, ut ad uiam iuris d. partes à dd. conſiliarijs ſint remiſſæ, & petitiones illas tres d. N. creditor nunc iudicialiter proponere atque perſequi intendat: eò quæritur, quid pro d. Euſebio debitore & reo contra eiuſmodi libellum excipi poſsit atque debeat.

QVod igitur ad primũ principale punctum attinet, uidetur prima facie dicẽdum, actoris intentionem tenere, & d.
reum uſuras uſurarum petitas præſtare oportere. Primò, quia in inſtrumento anno 57. erecto, palã & diſertis uerbis ſe obligauit, & promiſit ſoluere omnes penſiones & quicquid d.
creditor nomine illius ſortis ſolueret & expen
1 deret. Cum itaq; † certi iuris ſit, debitorem,
qui in ſcriptis quid cauet, efficaciter obligari,
& ſuiſmet confeſsionib. ac promiſsis obſtringi, l. generaliter. C. de non num. pecun. l. cum
de indebito. §. fin. de probat. l. Publia. §. fin. ff.
depoſ. cum ſimilibus: & is qui omne promittit, nihil excipere uel excludere intelligatur,
l. Iulianus. ubi Bar. de lega. 3. ſequitur d. reum
etiam ad has uſuratũ uſuras eſſe obligatum,
maximè quando eius nomine & ratione ſuæ
moræ coactus ſit d. creditor illas ſoluerẽ. Non
enim exigit eas uelut lucrum aut uſuras, ſed
ut legitimum ac debitum intereſſe, quod ipſe
2 ſoluere eſt coactus. Vſuræ † enim quamlibet
graues ſunt iuſtum intereſſe, quando eas aliter ſoluere ex eo cogitur, ꝙ per moram debitoris ſolutio non ſit facta, ut eſt text. in l. Lucius. cum l. ſequent. ubi gloſſ. ad uerb. intercedentem. Bart. Bald. Caſtrenſ. & Dd. ff. de actio.
empt. latè Molinæ. in tractat. uſur. quæſtio. 76.
3 num. 588. Intereſſe † enim eſt lucrum ceſſans,
uel damnum emergens, quod contingit ob
morã debitoris: ſeu, ut loquitur I.C. eſt, quod
abeſt, quodq; lucrari alioqui creditor potuiſſet. l. ſi cõmiſſa. ff. rem rat. hab. glo. in l. unic. ad
uerb. poſsibile. C. de ſent. quæ pro eo qđ int.
profer. Idq; eo magis dicendum hîc uidetur,
quia hæc pecunia à d. creditore, d. reo mutuo
data, fuit pupillaris eorum pupillorum, quorum tutelam atq; adminiſtrationẽ d. creditor
4 uidetur geſsiſſe: ut etiã debuerit † uelut tutor
uſuras præſtare pupillares, l. qui ſine. de neg.
geſt.

geſt.l.tutor qui repertorium.§.quidam ſolet. l.non exiſtimo.de adminiſt.tut.atque adeo etiam uſuras uſurarum, quæ pupillis à tutoribus qui exigere non curāt, uel ipſi pecuniam pupillarem habent quæſtui, debentur & ſunt præſtandæ. ut eſt text. in d. l. qui negociationem.§.ex duobus. ubi glo. ad uerb. fungi debeat. & §.fin.& l. tutor qui repertoriū. §.ſi quas uſuras.de admin. tutor. His tamen non obſtantibus contrarium rectè excipi & proponi poteſt. Ac primùm negari ipſum factum, ſcilicet ꝙ d.creditor tales uſurarum uſuras ſoluerit, cuius rei probandæ ipſi incumbit onus, iuxta l.aſſeueratio.C.de non num. pec. l. cum de indebito. 25.§.1.de prob. ubi probatur ſo-
5 lutionem † eſſe facti, eoq; non præſumi, ſed probari oportere. l.ſi ex.7. C.de except. l.ult.l. iudicatū.22. C. de ſolut. l.teſtium. C.de teſtib. l.ult.C.ſi cert.pet. l.aſſeueratio. C. de nō num. pec.l.quingenta.l.cum de indebito.de proba. l.2.C.de donat. ante nupt. Secundò adduci poteſt, quod etſi d.creditor ſoluerit (eo poſito, non tamen conceſſo) nō tamen ſoluere de-
6 buiſſe, quia nec ad hoc cogi potuerit, quia † uſuræ uſurarum iure communi nō debentur: l. fin.C.de uſur.l.ſi non ſortem.in princ.de condic.indeb.l.placuit. l.neq; eorum. ubi Bart. ff. de uſur.l.improbum.ubi gl.& Dd. C.ex quib. cauſ.irrog.infa.adeò ut quāuis promiſſæ ſint, non tamen peti aut exigi poſsint: imò & exactæ atq; ſolutæ, rectè condicantur. d.l.ſi nō ſor-
7 tem.in princ.d.l.placuit.ff.de uſur. Quin † etiamſi ſingulis annis uſura ſoluatur & deponatur in ſorte, tamen quia fieri illud uidetur in fraudem uſurarū, non poterunt propterea uſuræ ampliores, quaſi ſorte per uſuras adaucta, hoc nomine aut deberi aut exigi, ut contra glo.concludunt Bald. & Sal. in l fin. C. de uſur. Deinde & alia ratione hic non debuerūt eiuſmodi uſuræ ſolui, ſcilicet quoniā à d.debi-
8 tore promiſſæ non ſunt. Vſuræ † enim nō promiſſæ præſertim q̄ legitimū modū excedunt, non debent.l.1.& l.3.C. de uſur.cū ſim.Et quia eæ uſuræ, de quibus inſtrumento conuentum eſt, longè ſunt impenſiores & grauiores legitima, & ordinariè in his regionibus currente: ordinaria enim uſura, ut eſt notorium, ſunt quinq; in centum: cæterum in d.mutuo 3061. flor.cautum eſt, ut uſuræ non legitimæ, ſcilicet quinq; in centum, ſed octo in centum quotannis ſoluerētur, quæ ipſa penſio cum ſit nimia, inuſitata, nec ferenda, multò minus earum enormium uſurarum uſuræ rurſum exigi, atq;
9 deberi potuerūt: ne † ſimul duo ſpecialia contra regulas iuris in idem concurrant. l.1.C.de dot.promiſ.Molin.in tract. uſur. quæſtio.77. num.602.per not.in l.ſingularia.ff. ſi cert.pet.
10 Idemq; † obtinere etiam in tutoribus, qui pecunias pupillares uſurpant, ut uidelicet uſuras uſurarum præſtare non teneantur, idem Molin.præall.loc.nu.602.oſtendit, qui etiam addit, etſi aliquo caſu iure ff. permiſſæ fuerint
11 uſurarum uſuræ: tamen † illos omnes caſus interdictos & prohibitos nunc eſſe per l.fin. C.de uſur.quæ conſtitutio expreſsim omnib. ll.hoc permittētibus derogat, & ut poſterior, meritò eſt ſeruanda.l.fin. de conſtit. princ. l.1. ad l.Aquil.cum ſimilib⁹. Nec obſtat, quod tutor debeat aliquādo uſuras pupillares. Aliud enim ſunt uſuræ pupillares, aliud uſuræ uſu-
12 rarum. Deinde † non ſemper tutor eas debet, ſed quando eſt in dolo, & pecuniam pupillarem alijs uſibus deſtinatam, in propriam utilitatē fraudulenter conuertit: neq; tamen hoc caſu mero iure eas debet, ſed demum ex ſententia iudicis.ita loquuntur iura, l.qui ſine.de neg.geſt.l.tutor qui repertorium.§.quidam. l. non exiſtimo.de admi.tutor. His autem non concurrentibus eas non deberi, ſed tantum legitimas manifeſtum eſt, ut pluribus oſtendit Molin.d.trac.uſur.quæſt.76.num.589.per iura ibi allegata. Amplius etiam dicunt Dd.nō aliter pupillo eiuſmodi uſuras deberi, quàm ſi pro uero intereſſe ac eo quod in ſortem conuerſum eſt, ſoluātur. ita Bart. in l. tutor qui repertorium. §. ſi deponi. nu.1.de admin.tutor. Caſtrenſ. conſil.301. ad bene examinandum. num.6.uol.1. Et deniq; poteſt dici hunc quoque caſum per d.l.fin. C.de uſur. ſublatum eſſe, prout ſuprà ex ſententia Molin. eſt adductum. Sed cum hic in tali nō ſimus ſpecie, nec de uſuris pupillaribus, ſed de uſuris uſuratū agatur, illa ſuprà adducta nihil obſtāt, ut nec illud, quod ſuprà poſitum eſt, uſurarum uſuras pupillis deberi.Regula enim eſt in contrarium in d.l.fin. C.de uſur.quæ hunc ipſum caſum ſuſtulit, aut ſi non ſuſtulit, tamen, prout iam oſtenſum eſt, tantum tunc uſura uſurarū pupillis debetur, quoties uſura uerè in ſortē eſt conuerſa, ut quando fit mutatio perſonæ, & ad aliam pecunia pupillaris unà cum uſuris peruenit. Hic enim uerè & realiter, quia tutor uel curator uſuras ab alio ſolutas unà cū ſorte accipit, fiunt illæ uſuræ aliunde acceptæ pars ſortis apud tutorem, ut earum nomine uſuras deberi non ſit mirandū. In talibus terminis loquitur & procedit d. l. tutor qui repertorium.d.l.qui negociationem. & eſt de mente Bart. in d. l. tutor qui repertorium. §. ſi deponi. & Caſtr. d. conſil.301. ut latius declarat Molin.d.tract.quæſt.77.num.602. & 603. Et in tali caſu dici poteſt & admitti; ius uetus nō eſſe correctum, cum reſpectu tutoris hæc pecunia non ſit uſura, ſed ſors pupillaris, aut alia pupilli pecunia, quam abſq; uſuris tutor retinere nec poteſt, nec debet. Cum autem in illis terminis nos non eſſe manifeſtum ſit, nihil quoque allegata iura hic reo obſtare poſſunt. Itaq; cum non appareat ulla fraus d.creditoris, (quam quoq; nec ipſe allegare aut poteſt aut debet) uel ſententia iudicis, uel quod uſuræ in ſortem realiter fuerint conuerſæ, ita ut uſurarum uſuræ ſolui hic debuerint: liquet etiā d.creditori nihil hoc nomine à d.Euſebio

reo

reo præſtandum eſſe, quamuis uerè eius no-
mine has uſurarum uſuras ſoluiſſet. Imputet
enim ſibi, quòd ſoluit id quod ſoluere non
debuit:nec poteſt dicere,ſe ſoluiſſe nomine di
cti debitoris,cũ is utpote extraneus nullo mo
do ad uſurarum uſuras teneri potuerit.Tutor
enim ad eas tenetur,non extraneus: nec tamẽ
aliter tutor etiam illis adſtringitur,quàm illis
concurrentibus,de quibus eſt paulò antè mẽ
tio facta: quæ cum hîc deſint neq; concurrãt,
liquet hic eiuſmodi uſurarum uſuras nõ fuiſ-
ſe debitas & indebitè ſolutas:ita ut exigi repe
tiq; à principali debitore nequeant. Eſt enim
13 certiſsimi † iuris, fideiuſſori ſeu mãdatori nõ
dari repetitionem,ſi ſoluat ſciens, uel ignorã-
tia iuris, nomine principalis, quod ſoluere
nõ debuit.ut eſt tex.in l.ſi fideiuſſor.in prin.&
uerſ.nõ malè.ff. manda. ut in terminis ita tra-
dit Bart.in l.conſtitutionibus.C. de uſur. ubi
num.1.dicit per illum tex.quòd fideiuſſor uel
alius ſoluens uſuras pro reo, non poſsit a reo
repetere,ſi ſoluat ſcienter indebitas, quia do-
nare uidetur. l. cuius per errorem. de reg. iur.
cum ſimilib. aut ſi omittat exceptionem, quã
principalis proponere poterat. d. l. ſi fideiuſ-
ſor. ubi Dd. mand. Nec quicquam in contra-
riũ facit, quod in inſtrumẽto d. debitor pro-
miſit omne illud ſoluere,quicquid hoc nomi
ne d. creditor exolueret & præſtaret. Hoc e-
nim de uerè debitis accipiendum eſt & neceſ-
ſariò ſoluendis: non uerò de indebitis, quæ
14 ſciẽter † ſoluere nihil aliud eſt, quàm iactare
ſuum & donare,non uerò alterũ liberare, l.cu
ius per errorẽ.ff.de reg.iur. l.indebitum. C. de
condic.indeb.l.1.in fi.ff.eo.tit. & quæ ſi nõ do-
nare uoluit d. creditor, ab ijs repetere debet,
quibus indebitas uſuras ſoluit, non debitori
imputare,qui ad eas nõ ſe obligauit,nec obli-
gare potuit.per ea quæ tradit Bar.in l.ſi nõ ſor
tẽ.§.ſi quis falſo.de cõd. indeb. Cano. in c.de-
bitoris.de iureiur.Dec.in l.cuius per errorem.
in fi.de reg.iur.Vnde licet d. reus ſpecialiter &
expreſsè promiſiſſet uſurarũ uſuras ſoluere,
non tñ ex eo debuiſſet,quia uetitũ eſt eiuſmo-
di promitti,uel præſtari, d l. fi.C.de uſur. cum
alijs ſ.alleg.Multò igitur minus cenſeri debet
in generali obligatione ſe obligaſſe ad id, in
quo ſpecialiter nõ fuiſſet ſe obligaturus. l. ob-
ligatiõe.ubi Bar.ff.de pig.& maximè ad illud,
ad quod aliquẽ obligari lex prohibet.Secun-
15 dum † enim legẽ, non contra præſumitũ con-
16 trahere: unde † & uerba cõtrahentiũ genera-
lia ſecundũ illas ſunt interpretanda. Soc. cõſ.
17 19.num.6. uol.1. Nam † cõtrahentes ſemper
intelligunt ſe conformare iuri cõmuni.Corn.
conſ.190.pluries.in princ.parte 3.Quare con-
cludimus rectè ad primũ petitionis pũctum
ita alternatiuè reſponderi poſſe. Primùm,ne-
gando uſuras uſurarum ſolutas eſſe. Secun-
dò, etiamſi ſint, tamen nomine rei conuenti
non eſſe ſolutas. Tertiò, etiamſi eius nomine
ſolutæ expreſsim eſſent, tamen ſolui non de-
buiſſe, cum ad eas reus nec obligatus fuerit,
nec obligari ulla cõuentione potuerit: unde
nec quippiã hoc nomine petitori deberi, ſed
eum ſi quid indebitè ſoluit,uel ſibi imputare,
uel repetere ac cõdicere ab ijs, quibus ſoluit,
debere:nõ autem à reo, qui nihil tale debuit,
ut ei ſolutio facta imputari, tãquã eius nomi-
ne facta,non poſsit.Quod attinet ad ſecundã
petitionem mille florenorum quaſi debito-
rum ex inſtrumento amiſſo:non uidetur con-
ſultum eſſe, ut reus dicat hanc ſummam po-
ſtea fuiſſe redactam & comprehenſam in illa
obligatione 3061. flor. Hoc enim dicendo ad
18 ſe attraheret onus probandi: quia † nouatio
eſt ſpecies ſolutionis, l.ſi rem. §. fin. de nouat.
Iaſ.in l. eum qui.§.qui ſibi.nu.14.de uerb.obl.
per §.præterea. Inſtit. quib.mod.toll.oblig. &
certè eſt, ſicuti reliqui contractus atq; diſtra-
19 ctus,l.conſilio.§.fin. de cur.fur.Quare † ut re-
liqua facta non præſumuntur,ſed probantur,
l.aſſeueratio.C.de non num.pecun.l.ſiue poſ-
ſidetis. C. de prob. & præcipuè ſolutio ab eo,
qui allegat, probãda eſt: d.l. aſſeueratio. l. 1.
C.de probat.l.in exceptionibus.in fin. ff. eod.
20 tit.Bart.in l.1.num.3. de except.ita & † noua-
tio facta,uel ſimilis conuentio, in quam prior
obligatio ſit translata,eſſet à reo probanda. l.
fin.C.de nouat. l.in exceptionibus. in prin. ff.
21 de probat.Et niſi † probaret hanc ſuam exce-
ptionem,reſolueretur in confeſsionem,ut di-
cit Felin.in c.cum uenerabilis. num. 13. de ex-
cep. per gl. in §. ſuſcepto. uerb. conteſtatio. in
auth.de exhib. reis. Etſi uerò paratus eſt hoc
totum reus aut delato aut relato iureiurando
planum facere: tamen cum poſsit permanere
in ſimplici negatione, non uidetur cõſultum,
ut dubio iuriiurando rem committat: præſer-
tim quando deferens etiam iuramentum ca-
lumniæ præſtare debeat: quod an ſine ſcrupu
lo is præſtare poſsit, qui abſq; iuriſiurãdi de-
latione ſe tueri queat,etiam atq; etiam eſt con
ſiderandum.Si tamen reo omnino ſedet & cõ
ſtitutum eſt totum factum narrare, ne uidea-
tur aliquid uelle ſubdolè diſsimulare & occul
tare: hoc caſu uideretur eſſe conſultiſsimum,
ut conditionaliter & alternatiuè excipiat hoc
modo, Nego me debere: & ſi probatũ fuerit,
dico hoc debitum in aliam obligationẽ ſub-
ſequentem fuiſſe poſtea transfuſum atq; in-
nouatum. Hoc enim modo & iſta ratione ui-
tabitur illa ſubtilis diſputatio, An excipiẽdo
reus uideatur cõfiteri, & onus probandi in ſe
22 ſuſcipere? Certum enim † eſt, reum ita alter-
natiuè & conditionaliter excipiendo nihil fa-
23 teri, cum † eius exceptio diuidi nõ poſsit,ſed
tota ſit acceptanda:ita gloſ. in l. non utiq;. ad
uerb.qui.ff.de except. ubi licet Bart. reprobet
gl.tamẽ Soc.nu. 1. dicit, communem Legiſta-
rum & Cano.opinionem eſſe contra Bart.in l.
decem.ubi latiſsimè Alexand. de uerb. oblig.
& in c.cum uenerabilis. ubi Innocent. in prin.
Panorm.num.26.Felin.num. 12. & alij Cano.

de except.Idemq; tenet Dyn. poſt glo. in c. ex-
ceptionem.in fin.de reg.iur.in 6. Spec. de ex-
cept. §. uiſo.num.2.4.6.7. Cyn. Bald.Salic. &
communiter Dd.in l.ſi quidem.per illum tex.
C.de except.& Lanfranc.in c. quoniam. uerb.
exceptiones. de probat.num. 4. dicens com-
munem eſſe hanc opinionem & tenendam,
quam etiam ſequatur Bal. in l. exceptionem.
24 C. de probat. ſcilicet † quòd reus excipien-
do non fateatur intentionem eſſe ueram,præ-
ſertim quando ad effectum contradicēdi ex-
cipit,non ad effectum cōfitendi,& addit, non
eſſe attendendam diſtinctionem Bart. in d.l.
non utiq;. Qui fecit,inquit, diſtinctionem to-
taliter fundamento carentem. Sed ad euitan-
das omnes dubitationes, quoniam reus ſcit
& iureiurādo ſuo atq; in conſcientia ſua uult
conteſtari, ſe nihil hoc nomine debere,ſed pe
titos mille florenos eſſe & fuiſſe in poſterio-
rem obligationem transfuſos, ideo melius &
rectius eſt negare hac in parte narrata prout
narrantur & ſunt allegata. Præcipuum enim
fundamentū intentionis, uidelicet quòd hos
1000. flor. debeat reus,negare intēdit,quia ui-
delicet nihil hoc nomine debet, cū per noua-
tionē omnis ſublata ſit obligatio, §. præterea.
25 Inſt. quib.mod. tol. oblig.& † talis reſponſio
neq; eſt ſimpliciter affirmatiua, nec ſimplici-
ter negatiua, ſed implicita, ita quòd nec pro
cōfitente poſsit reus haberi, nec etiā pro ſim-
pliciter negante & fraudulēter aliquid occul-
tante.Bar.in l.ſi dubitet.§.ita demū.nu.1.de fi-
deiuſs.latè Ferrar. in form. lib. reſpon. rei, ad
uerb. narrata prout narrātur. per iura ibi per
eū allegata. Hoc ergo modo petitione acto-
ris negata,nec reo poterit imputari,quòd ali-
quid malitioſè occultet aut diſsimulet, & co-
getur nihilominus actor probare fundamen-
26 tum ſuæ intentionis.Neq; ſatis † erit probari
ab eo amiſsionē inſtrumenti prætenſi,in quo
ſe fundat, ſed contenta in inſtrumento & te-
norem ſcripturæ probare debebit,ſeu,ut dicit
Caſtrenſ.nu.3.in l.1.C.de fid.inſtrum. ſubſtan
tia negocij & debitū ei probandū erit:hoc eſt,
reuera 1000. hos flor. ſibi deberi oſtendere a-
ctor tenebitur,per d. l. 1. ubi Bart. Bald. Salic.
Caſtr C. de fid. inſtrum.qui addunt in fine, a-
deo manifeſtam probationem amiſſo inſtru-
mento ab actore requiri,ut etiam non defera-
tur illi iuramentum in ſupplemētum proba-
tionis.Cum enim lex requirat hoc caſu mani-
feſtam & plenam probationem, d.l.1.in uerb.
manifeſtis ꝓbationibus.C.de fid.inſtr. ſequit̄
per ſupplementum iuriſiurandi non poſſe ta-
27 le debitum probari: quia † iuſiurādum non
eſt manifeſta neq; plena probatio, ut pluri-
bus conuincit Iaſ. in l.admonendi. num.282.
28 283. ff. de iureiur. Sed † adeo non ſuffecerit
probari ſolam inſtrumenti amiſsionem, ut e-
tiam teſtibus non crederetur, qui dicant ſe le-
giſſe inſtrumentū & contenta in eo. Ita eſt cō-
munis concluſio in l.ſicut iniquum.per illum
text.C.de fid. inſtrum. ubi Caſtr. eleganter fi-
gurat caſum.Pone,inquit,caſum ſic. Petebam
à te centum, de quibus dicebam habuiſſe me
inſtrumentum publicum,& illud in igne fuiſ-
ſe deperditum, & petebam te condemnari, &
credi ſimplici uerbo meo tam de perditione
quàm de debito,dicens quòd ad impoſsibile
nemo teneatur, unde cum nō poſsim proba-
re per inſtrumentum, debeo releuari ab one-
re probandi,uiſo etiā quòd ego ſim talis, qui
non dicerem mendacium inſpecta qualitate
mea, certè ſi reus negat, ſicut nō eſſet iuſtum,
quòd propter inſtrumenti perditionē perda-
tur debitum, ſi poſſunt aliter probare,ita non
eſt iuſtum, quod de debito ſtetur ſimplici uer
bo meo etiam cum iuramento, & etiā ſi uelim
ꝓbare perditionē inſtrumenti mei, ſed debeo
aliter debitū probare per teſtes, qui interfue-
runt contractui. Sed an ſufficiat probare per
teſtes, qui non interfuerunt contractui, ſed ui
derunt & legerūt inſtrumentum,ac deponunt
de eius tenore:gl. hîc notanter dicit,quòd nō,
quantum ad plenam probationē attinet, &c.
Hæc ſunt formalia uerba Caſtr. in d.l.ſicut ini
quum. num.1. C.de fid. inſtrum. quibus non
obſtat,quod in antiquis credat̄ teſtibus, qui
ſe legiſſe ſcripturā aſſerant,Anchor.conſ.301.
num.2.per c. cum olim.de priuileg. & Dd. hic
in d.l.ſicut.C.de fid.inſtrum. non enim hîc an
tiquis quæ ſaltem 40. aut 60. aut ſecundum
communē 100. annorum eſſe debent,Crauet.
de antiq.in princ. parte 1. §.1. num.5. Anto.de
Butr.& Dd.c.ueniēs.de teſtib.Iaſ.& Dd. l. cum
aliquis.C.de iur. delib.& l.admonēdi. ubi Iaſ.
num.209.de iureiur. & in quibus probatio fa
cilior recipitur, Crauet. Iaſ. & Dd. præall. loc.
Innoc.in c.ueniēs.de uerb.ſignific. c.cum cau-
ſam.13.de prob.Mont.trac.fin.reg. c. 60. cum
ſeq.Socin.conſil.106.num.3. uol.3. Dec. cōſil.
13.in fin. Caſtr.conſil.139.pro declaratione.in
fin.lib.1.deciſ.Tholoſa.379.latè Crau. præall.
loc.num. 4.5.cum ſeq. hic non ſumus. Quod
ad tertium punctum attinet,uidelicet petitio-
nē 1000. flor. pro quibus fideiuſsiſſe & inter-
ceſsiſſe d.reus nomine cuiuſdam mangonis,
ſeu negociatoris equorum intenditur: uidet̄
& hæc actoris intētio prima facie ſatis eſſe fun
data. Nā primò cōfeſſus eſt reus corā cōmiſſa
rio & teſtib.ad hoc uocatis, ſe hāc fideiuſsio-
nē ſuſcepiſſe,nec modò hoc,ſed addidit prin-
cipalē debitorē non eſſe ſoluendo & fugitiuū
ac uagabundū, prout ex inſtrumēto cōfeſsio-
nis in hoc cōſcripto atq; erecto, manifeſtiſsi-
29 mè apparet. Cùm † ergo ex confeſsione ſua
quiſq; teneat̄,l.unic.C.de cōfeſs. l. generaliter.
C.de non num.pec.l.1.de cōfeſs. l.Publia. §. fi.
ff.depoſ.l.cū te. C.de tranſac. l. cū precū.C. de
lib.cauſ. nec eā improbare poſsit, l. poſt mora
tē.de adopt.Dec.conſ.454.nu.6. Tiraq.de re-
trac.prox.§.1.gl. 9. nu.37.Menoch. conſ.1. nu.
65.66.& ꝓbatio,quæ reſultat ex confeſsione,
firmior ſit,q̄ quę ſit per teſtes,uel inſtrumēta:
ut

ut cõfirmat Lanfran.in d.c.quoniã.uerb.con-
feſsiones.ex̃.de probat.cõcludi rectè uidet̃, d.
reũ ad hos 1000.flor. ex ſua cõfeſsione atq; fi-
deiuſsione teneri. Nõ enim firmiter excipere
poteſt & prætendere beneficiũ auth. præſente.
30 C. de fideiuſs.Ea † enim excuſsionis exceptio
non habet locũ, qñ principalis notoriè nõ eſt
ſoluẽdo,ut tradit Iaſ.in §.itẽ ſi quis in fraudẽ.
num.68.Inſt.de act. per doctrinam gloſſ. in l.
decẽ. uerb. excuſſum. de uerb.obl. & in l. niſi.
ff. de pact. Bart.in l. 3. §. ſi is pro quo. ff. quod
quiſq; iur.& in l. decẽ.l.ſi ſeruũ. §.nunc uidea-
mus.de uerb.obl. in l.fin.ff.ſi cert.pet.aut fugi
tiuus,aut uagabundus,uel alioqui non tã fa-
cilè conueniri poteſt.Bart. in l.decẽ.nu.2. quẽ
ibi ſequũtur Dd.de uerb. ob. Iaſ. poſt Ang. in
d. §. itẽ ſi quis. nu.68.& 69. cũ multis ibi alle-
gatis,ad quem breuitatis cauſa remitto. Quæ
cũ appareant prima facie ſpecioſa, conſiderã-
dum eſt, quid ex parte rei contra hæc reſpon-
deri poſsit. Ac quod de excuſsione dictũ eſt,
negari non poteſt, neq; exceptio hæc ob no-
toriam principalis fugã & conturbationẽ reo
accõmodari hoc caſu poſſe rectè uidet̃, per iu
ra s̃. allegata. Illud igit̃ magis conſiderãdum,
maiuſq; pondus & momẽtum habet, quod,
prout allegat̃, hi 1000. flor. eodẽ modo quo
ſuperior ſumma pòſt in aliã obligationẽ ſint
trãſlati, atq; ita ea obligatio planè per noua-
tionẽ extincta atq; innouata, pro quo etiam
optimè facit & præſumptionẽ magnã indu-
cit,quod nõ modo reus, ſed etiã actor cõfitet̃,
neq; negare poteſt inſtrumẽtum huius obli-
31 gationis reo fideiuſſori fuiſſe redditũ. Qui † e-
nim reddit inſtrumentum debitori, uidet̃ taci
tè fateri,nihil deberi, eoq; obſtat illi agẽti taci
ti pacti exceptio,l.3.ubi gl. Bar.Bal. Iaſ. & Dd.
de pac.l.1. C. de donat. maximè qñ cõſtat uo-
luntate creditoris (prout hic ex propria eius
cõfeſsione cognoſcit̃) inſtrumentũ eſſe reddi-
tũ. d.l.1. C.de don. l. ſi de poſſeſsione.ubi Bal.
Cyn. Caſtr. Sal.C.de prob. Nec probabilis eſt
agẽtis creditoris ratio,quod dicit, ſe reddidiſ-
ſe, ut fideiuſſor tãtò facilius apud principalẽ
docere poſſet, quam ſtrictè eſſet pro illo obli-
gatus.Cum enim hæc friuola ſit ratio, & prin-
cipalis debitor alioqui uagabũdus & nõ ſol-
uendo, & hæc ipſa admonitio potuiſſet peræ-
què per copiam inſtrumẽti uel epiſtolam pri-
uatam creditoris & debitoris uel teſtes aliôſ-
ue modos complures fieri, cumq; nihil atti-
nuerit ea de re commonefieri principalẽ, qui
ſciuit,uel quod perinde eſt, l. quiſquis. ubi gl.
C.de reſ.uẽd.l.quod te. ſi cert.pet.ſcire debuit,
fideiuſſorẽ inſolidũ pro ſe obligatum eſſe : nõ
eſt uerisſimilis neq; probabilis hæc reddendi
principalis inſtrumẽti ratio, eoq; magis cre-
dẽdum eſt cauſæ, quam reus allegat, ſcilicet i-
deo redditũ hoc inſtrumẽtum,quod illa obli-
gatio in aliam fuit transfuſa, quæ cauſa lega-
lis eſt & communis,d.l.3. de pact.d.l.ſi de poſ-
ſeſsione. d.l. 3. & ex communi rerum uſurpa-
tione uerisſimilis : eoq; huic magis credẽdum,
32 cum † quia in dubijs uerisſimiliorem cauſam
alleganti magis credendum eſt, l.ob carmẽ. §.
fin. de teſtib.c.in noſtra.ex̃.eo.l.cũ de ætate.de
probatio.l.in obſcuris.de reg.iur.cap. inſpici-
mus. eod.tit.in 6. facit §. 1. uerſ. quum non ſit
uerisſimile.Inſtit.qui ex quib.cauſ. manu. non
poſſ. adeò ut ab illo in aduerſariũ onus pro-
bandi reijciatur,gl. in l.ex perſona. & in l. ſiue
poſsidetis.ubi etiam Bald. Caſtr. Sal. per illos
text.C.de probat.& in l.circa.ff.eod. pulcrè E-
uerar.in loc.legal.in loc.à uerisſimili. in 4. am-
pliatione:tum etiam quoniã in ambiguis ma
33 gis † creditur reo , & præponderat illa cauſa,
quæ ad abſoluendum ualet & ad liberãdum.
potiùs quâm illa quæ ualet ad obligandum.
l.Arrianus.de act.c.cum ſunt partium. de reg.
iur.in 6.Iaſ.poſt alios in l. tale pactũ. in princ.
ff. de pact. Nec obſtat confeſsio rei in pericu-
loſo eius morbo importunè exacta & facta, e-
tiam ſuam contra uoluntatẽ deprecantis , ne
illo ſuo ſtatu ea confeſsionum moleſtia diue-
xaretur. Nam ex illis circumſtantijs facilè ap-
paret,eſſe confeſsionem indeliberatè factam.
34 Quod † genus confeſsionis indeliberatæ &
repẽtinæ non præiudicat, præſertim qñ in eo
non perſeuerat̃ uſq; ad litẽ conteſtatã. Panor.
in c.cum uenerabilis.nu.12.& 13. poſt glo.ibi,
ex̃.de except. per gl.in c.ex literis.ex̃. de diuor.
maximeq; ſi factum ſit animo infirmo & ab-
alienato: ut eſt text.in c.fin.circ.fin.de ſucc.ab
inteſt.& alioqui eſt communis concluſio, con
feſsionẽ ante litẽ conteſtatam & extra iudiciũ
factam,indiſtinctè poſſe reuocari, etiam erro-
re non probato: potiſsimum quoties agit̃ de
damno confitẽtis euitando.l.electio.§. pen.de
nox.act.l.is qui.cum l.ſeq. de rei uẽd.gl.& Bar.
in l.de ætate.§. q iuſto.ad uerb. actoris. de in-
terrog.act.& in l.error.ad uerb.error. ubi præ-
ter alios Caſtr.C.de iur.& fac.ignor. Lanfran.
in d.c.quoniã.ad uerb.cõfeſsiones. nu. 32. ex̃.
35 de prob. Sed hic † illud attẽdendũ eſt , quod
hæc theorica potiſsimũ procedit, qñ uiua uo-
ce confeſsio facta eſt , nõ etiã ubi comprehẽſa
inſtrumẽto,ut in præſenti noſtro caſu :ita uult
Iaſ.in d.l.error.nu.8. C. de iur. & fac. ignor. ex
doctrina Innoc.in c.cum olim. fin. de cẽſib. &
in c.cũ uenerabilis. de except. & Ant. de Butr.
in c.fin.col. 13. de confeſs. Et quãuis idẽ Iaſ. in
d.l.error. nu. 29.& 30. tenet contrariũ contra
Canoniſtas,& dicit,poſſe talẽ quoq; cõfeſsio-
nẽ inſtrumẽto comprehẽſam reuocari : uide-
tur tamen hoc uelle, quod debeat doceri er-
ror hoc caſu, quia præſumptio eſt pro inſtru-
mẽto, l. cum precibus. 18. C.de probat. quod
cõfeſsio deliberatè ſit facta : & quia iudicialis
eſt cõfeſsio, qñ in iudicio inſtrumẽtum cõfeſ-
ſionis producitur. Ex quo poſſet inferri, cum
palàm ſit, hanc cõfeſsionẽ inſtrumẽto & qui-
dẽ publico eſſe comprehenſam, hunc errorẽ
probari ab allegante reo oportere,per ea quæ
ibi uult Iaſ. niſi fortè dici poſsit,reũ nõ inten-

dere hîc reuocare confeſsionẽ,ſed tñ declarare. Confitet̃ enim uelut & antea,ſe obligatum fuiſſe fideiuſſorio hoc nomine in 1000. flor. prout confeſsio ſonat,ſed nunc addit hãc declarationẽ,nimirũ eam obligationẽ illi remiſſam(prout redditio inſtrumẽti oſtẽdit)& trãſfuſam in nouam obligationẽ, ſicut nunc reus allegat. Quia tñ hæc transfuſio obligationis atq; nouatio,facti eſt, nec præſumit̃. l. fi. C. de nouat. §. præterea. Inſt. qb. mod. toll. Alex. cõſ. 86. uol. 2. & ideo ꝓbanda à reo,ut quædã ſolutio,l. aſſeueratio. C. de nõ num. pec. & præſumptionẽ quæ orit̃ ex redditione inſtrumẽti, infringit confeſsio per aliud inſtrumentũ facta, quæ aut nõ poteſt reuocari,ſecundũ Canoniſtas,aut non aliter,ꝗ̃ ꝓbato errore,ſecundum Iaſ. in d. l. error. prælertim cũ in noſtro caſu cõfeſsio iſta ꝓpemodũ iudicialis uideri poſsit, utpote facta corã iudice loci, cõmiſſario ad id delegato atq; deputato,& ita ex omnib. circũſtantĳs metuendũ ſit, ne ꝓbatio hac in parte reo imponat̃: ideo non uideret̃ inconueniẽs, neq; inconſultũ, ſi propter dubium euentum hic ſaltem articulus actoris iurĳurãdo & conſcientiæ deferretur: quandoquidem reus non dubitat, prout ex ſcripturis trãſmiſsis cõſtat, uel delato, uel relato iuramento teſtatũ facere, ideo hic illi redditum huius obligationis inſtrumentũ, quia nouatio facta ſit & obligatio fideiuſſoria planè nouata,& pro ea ſubſtituta alia 1000. flor. ſyngrapha. Quanquã aũt ſubtilitate iuris hæc ꝓpriè nõ eſt nouatio, quã nõ eſt prioris debiti in aliã obligationẽ tranſfuſio,ſed alterius obligationis ſummæq; (nã poſterior ſumma quãuis 1000. flor. fuerit, ut prior, tñ pẽſionibus maiorib. fuit aggrauata & aucta)ꝑ altera ſubſtitutio: tñ effectu eſt no-
36 uatio & liberat † à priore obligatione, ſi non ipſo iure,ſaltẽ ope exceptionis. Sal. in l. fin. nu. 3. C. de nouat. poſt Bar. in l. penult. in prin. de prætor. ſtipul. & fac. tex. in l. ſi non ſortẽ. §. ſi cẽtum. de condict. indeb. Quare ſi quod à reo allegatũ eſt,probari poſsit,procul dubio eum liberaret: quia uerò probatio uidet̃ futura difficilis,nec eſſe ſufficiens ea quæ ſumit̃ à redditione inſtrumenti, præſertim cũ extet confeſsio in contrariũ ſcripta: ideo ut paulò antè dictum eſt,arbitror in hoc tertio puncto rẽ poſſe ſtatim & ante litẽ conteſtatã, ex conſt. 11. cũ ſeq. parte 1. iurĳurãdo actoris deferri: præſertim cum reus,prout allegatur,id facere nõ dubitet,ueritatis certitudine fretus.

CONSILIVM LXXIII.

De quæſtione commiſsi ob alienationem feudi abſq; domini conſenſu factam.

SVMMARIA.

1 ¶ *Facta ſemel alienandi poteſtate, non opus eſt amplius requiſitione conſenſus.*
2 *Conceſsio feudi, pro ſe, & quibus conceſſerit, importat alienandi poteſtatem.*
3 *Verba pacti debent aliquid operari.*
4 *Contractus feudalis eſt ſtricti iuris.*
5 *Verba cõtractus & inſtrumẽti feudalis ſunt ſtrictè interpretanda.*
6 *Pacta ſunt facti, nec præſumuntur.*
7 *Verba enunciatiua ſeu narratiua nihil diſponunt.*
8 *Perſonis in conditione poſitis nihil iuris intelligitur tribui.*
9 *Verba conditionalia nihil diſponunt.*
10 *Cõceſsio facta debet intelligi ſeruatis ſolẽnitatibus, & ſecundum ius commune.*
11 *Verba conditionalia intelligenda ſunt iuxta formam & modum, quo conditio debeat impleri.*
12 *Verba ambigua iuxta naturam contractus & ſubiectam materiam ſunt accipienda.*
13 *Verba potius deſeruiunt naturæ cõtractus, quàm natura uerbis.*
14 *Non præſumẽda eſt nouatio, ubi nõ apparet.*
15 *Feudi natura eſt, ut nõ poſſit alienari abſq; domini conſenſu.*
16 *Verba & priuilegia accipienda ſunt ſaluo iure tertĳ.*
17 *Dominus inueſtiendo non uidetur ius ſuum remittere.*
18 *In neceſsitatibus nemo liberalis exiſtit.*
19 *Dominus loquens de iure uaſalli, non remittit ius ſuum.*
20 *Alienandi poteſtas quibus uerbis uideatur facta, quibus non.*
21 *Interpretatio feudi ſumitur ex uno facto, uel actu.*
22 *Comitatus dignior eſt, quã ſimplex feudũ.*
23 *Tolerabilius eſt uerba nihil operari, quàm contra naturam actus accipi.*
24 *Vaſallus non poteſt alienare in inferiorem, quàm ipſe ſit.*
25 *Vaſallus alienando ſine conſenſu domini, ámittit feudum.*
26 *Verbum alienationis, cũ effectu eſt accipiendum, ſcilicet traditione ſecuta.*
27 *Vaſallus non poteſt ſubinfeudare inuito domino, præſertim ſub precio.*
28 *Ob ſeruitia interuerſa domino, amittitur feudum.*

29 *Feudum commiſſum utrũ domino an agnatis aperiatur.*
30 *Cauſæ commiſſi non omnes hodie obtinent.*
31 *Vt commiſſo locus ſit, neceſſe eſt dolo uaſallũ alienaſſe.*
32 *In ſubinfeudatione dominus à ſuo uaſallo ſeruitia accipit, non à ſubuaſallo.*
33 *Qui putat ſe poſſe alienare, nõ cadit in commiſſum.*
34 *Hæres acquirentis alienando non ita facilè in commiſſum incidit.*
35 *Iuris ignorantia uaſallum alienantem non excuſat.*
36 *Licet imperitis, præſertim militibus, apices iuris ignorare.*
37 *Iuris ignorantia à dolo excuſat.*
38 *Item qualibet cauſa etiam iniuſta.*
39 *Facta illicita non præſumuntur ex iniuſta cauſa facta, ſed potius ex dolo malo.*
40 *Proteſtatione ius commiſſi conſeruatur.*
41 *Dominus in emptione præfertur extraneo.*
42 *Vtrum in iure retractus dominus præferatur, an agnati?*
43 *Fortius ius habent agnati, quàm dominus.*
44 *Dominus emphyteuſeos præfertur agnato in retrahendo.*
45 *Agnatus uaſalli ſicut præfertur domino in ſuccedendo, ita & in retrahendo.*
46 *Dominus habet ius retractus, etiamſi cõceſſerit poteſtatem alienandi.*
47 *Dominus qui dedit poteſtatem alienandi, retinet ius laudemiæ.*
48 *Agnatus quamuis rem oblatam emere noluerit, habet tamen ius retrahendi.*
49 *Quidnã ſit ſubinfeudatio, et unde dijudicetur.*
50 *Subinfeudatio an precio poßit fieri?*
51 *Feudum à domino emi poteſt.*
52 *Feudum à domino emptũ licet dicatur improprium, retinet tamen naturam feudi.*
53 *Vaſallus poteſt ſubinfeudare tribus concurrentibus.*
54 *Subinfeudatio ipſi domino fieri nequit: nec huius in ſubinfeudatione non fraudulenta ius retractus.*
55 *In apertis locus non eſt coniecturis.*
56 *Subinfeudatio nõ poteſt fieri in perpetuum, ſed tãtùm ad uitã uaſalli et liberorũ eius.*
57 *Subinfeudatio in perpetuum facta, tantùm ualet ad uitam.*
58 *Subinfeudatio debet fieri ſub ijſdẽ ſeruitijs, quibus initiò eſt datum.*
59 *Vaſallus non poteſt feudum abſq; conſenſu in emphyteuſim dare.*
60 *Actus qui in diuerſos cõtractus incidit, habetur pro illo cõtractu, in quo ualere poteſt.*
61 *Subinfeudatio precio facta in emptionem incidit.*
62 *Cõtractus à præcipua ſui parte eſt æſtimandus.*
63 *In contractu nullo non eſt locus retractui.*
64 *Fallit, ſi tantùm nullus ſit ex defectu cõſenſus domini.*
65 *Eadem res non poteſt actori præſtare actionem, & reo exceptionem.*
66 *Ius redimẽdi intra annum à tempore ſcientiæ eſt exercendum.*
67 *Ignoranti tantum 30. annis præſcribitur.*
68 *Oblatio uerbalis non interrumpit præſcriptionem, ſed realis.*
69 *Citatiõe omnes præſcriptiões ſtatutariæ interrumpuntur.*
70 *Præſcriptio ſtatutaria non interrũpitur per extraiudicialem denunciationem.*
71 *Conuentionale tempus interrumpitur extraiudicialiter.*
72 *Præſcriptionem retractus annalem interrumpit iudicialis oblatio, non extraiudicialis, niſi fiat depoſitio.*
73 *Recuſante creditore an ſufficiat oblatio uerbalis.*
74 *Verbalis oblatio ſufficit ad pœnã euitandã, non ad ius acquirẽdum, uel conſeruandũ.*
75 *Retrahens non tenetur ſoluere precium nec dum ab emptore ſolutum.*
76 *Dominus retrahens ingreditur in ueſtigia emptoris.*
77 *Retrahens eandem pecuniam & ijſdem terminis ſoluit, quibus emptor.*
78 *Tempus eſt pars precij.*
79 *Retrahens nõ poteſt priuata authoritate retrahere, ſed tantum per modum actionis.*
80 *Dominus rem cõmiſſam non poteſt occupare, ſed opus eſt cauſæ cognitione & ſententia declaratoria.*
81 *Res ſua nemini abſq; cauſæ cognitione auferenda.*
82 *Emptor nõ habet cauſam à domino, ſed à uaſallo.*
83 *Emphyteuſeos dominus priuata authoritate cur occupet,*
84 *Non etiam dominus feudi.*
85 *Ex contractu nullo tranſit poſſeßio.*
86 *Dominus nõ poteſt propria authoritate rem poſſeſſori auferre.*

CONCESSVM eſt à Duce & domino territorij cuidam comiti feudum comitatus, ea conditione: ut ſi contingeret illud feudum alienari in inferiorem, neq; conditione parem d. Comiti uaſallo, ut tunc feudum regularetur non amplius iure comitatenſi, ſed indueret naturam feudi inferioris: cuiuſmodi

 habent

habent nobiles Comitibus inferiores. Dictus comes putãs ſibi hac clauſula datam eſſe alienandi poteſtatem, abſq; conſenſu domini in inferiorem alienauit, & certo precio quodãmodo ſubinfeudauit, eiq; feudum tradidit, ex quo hæ oriuntur iuris quæſtiones ordine diſceptandæ. Primò, an per eam clauſulam inueſtituræ, facta ſit alienandi poteſtas, & alienare uaſallus abſq; conſenſu domini potuerit? Secundò, àn ob talem alienationem feudum non inciderit in commiſſum? Tertiò, & ſi non cécidit, an ſaltem dominus non habeat ius redimendi, ut præferatur emptori, & utrum hęc alienatio ſit emptio, an uerò ſubinfeudatio? Quartò, intra quod tempus dominus retrahens offerre ius redimendi, & qualiter precium debeat? Quintò, quale precium ſit offerendum, & quibus terminis ſoluendum? Sextò, an dominus propria authoritate poſſeſsionẽ illius feudi apprehendere poſsit?

ET quidem quod ad primã quæſtionem
attinet, ut ea rectè decidaẽ, ante omnia
ponderanda & expendenda ſunt uerba
ipſa inueſtituræ ſeu cõceſsionis, ex quibus d.
Comitẽ hoc ius alienandi habuiſſe, à quibuſ-
dam exiſtimaẽ. Verba aũt d. clauſulæ in inue-
ſtitura ſic habent: *Do aber er oder ſeine lehẽs erben
oder mitbelehnten mit der zeit an einen andern das le-
hengut kõmen lieſſen, der nicht ihres ſtands, ſo ſolle es in
maſſenn, vvie mit andern Ritterguetern vnſers furſten-
thumbs gehalten vverdẽ,* &c. quæ clauſula an hoc
importet, quod uaſallus ſine cõſenſu dñi poſ-
ſit alienare, ꝓpter illa uerba, *an einẽ andern kom-
men lieſſen,* &c. initiò diſquirendum eſt. Et ui-
deri poterat prima conſideratione, eam alie-
nandi facultatem huic formulæ conceſsionis
1 ineſſe. Nam † facta ſemel alienandi poteſtate
à domino, non opus eſt amplius eius conſen-
ſu, neq; requiſitione cõſenſus, ſed pro ſuo ar-
bitrio licitè uaſallus alienat. Bald. & Ang. in l.
cum eſſent. §. 1. ff. de ſeruit. ruſt. præd. Iaſ. in l. fi.
2 nu. 6. C. de iur. emphyt. Dediſſe † porrò uideẽ
alienãdi poteſtatem dominus, quoties in in-
ueſtituræ inſtrumento permittit, ut habeant
feũdũ uaſalli pro ſe & ſuis hæredibus, & qui-
bus alienare uoluerint aut concedere. Hæc eſt
cõmunis concluſio Bal. Sal. Iaſ. &c. in l. fin. C.
de iur. emphyt. Bal. in l. 1. q. 45. de rer. diuiſ. Lu
do. Roma. ſing. 350. emphyteuta. Chaſs. in cõ-
ſue. Burg. de feud. §. 8. ad uerb. in alienatione.
nu. 49. Iacob. in trac. feu. ad uerb. ita etiã. nu. 1.
ubi definit ex Iaſ. nu. 5. & 6. in d. l. fi. deciſionẽ
Spec. contrariã cõmuniter reprobari, & addit
3 rationẽ huius deciſionis: quia † uerba pacti
debent aliqd operari: l. ſi ſtipulatus. de uſur. l.
ſi qñ. de lega. 1. Nihil aũt operarẽtur, niſi intel
ligereẽ data alienandi poteſtas. Quare & hîc
cùm ponatur in ſcriptura uaſallos poſſe alijs
concedere, intelligi debet ſemel facta alienan
di poteſtas: ad idẽ Iaſ. in l. ſi eum ſeruũ. nu. 6.
ff. ſi cert. pet. His non obſtantibus in præſenti
caſu diuerſum ex melioribus iuris fundamen
4 tis ſtatuendum uidetur. Nam † cõtractus feu
dalis eſt ſtricti iuris. Bald. Aluar. & cõmuniter
Dd. in cap. 1. de feu. cognit. Curt. in trac. feud.
5 1. parte, q. 9. nu. 37. Vnde † uerba contractus
inueſtituræ & inſtrumẽti feudalis ſunt ſtrictè
interpretanda, nec aliquid in ijs extrinſecus
ſubintelligendum, ut rectè dicit Socin. conſil.
165. uiſis inueſtituris. num. 8. partẽ 2. & Curt.
d. tract. feud. parte 1. quæſt. 9. nu. 37. per l. ſi ſti-
pulatus. §. Chryſogonus. l. quicquid. de uerb.
obligat. Ex uerbis autem præmiſsis & inſertis
huic inueſtituræ feudali, non apparet tale ali-
quod pactum factum, aut licentia data: ergo
nec debet ſubintelligi. nam Dd. theorica præ-
cedens loquiẽ in pacto expreſſo, quando dñs
diſertè concedit & dat licentiam alienãdi, uel
inueſtit nõ modò uaſallũ & eius hæredes, ſed
etiã aliũ quemcunq;, cui uaſallus dederit. At
tale nihil apparet in præſenti clauſula. Qua-
6 re † cum pacta & contractus ſint facti, l. conſi-
lio. in fin. de cur. furioſ. & facta non præſuman
tur, niſi quatenus probẽtur, l. ſiue poſsidetis.
C. de proba. l. aſſeueratio. C. de non num. pec.
non debemus, præſertim in materia ſtricta, ſi-
cut eſt feudalis, Bal. l. pen. nu. 10. C. de cõd. in-
ſer. Soc. conſ. 165. uiſis. nu. 8. uol. 2. pactũ præ-
ſumere, quod uerba non exprimunt. Quam-
obrem etiam data inter uiuos alienãdi pote-
ſtate, non extenditur illa ad donationẽ cauſa
mortis, aut aliam ultimã uoluntatẽ: propter
ſtrictam feudi naturã, & quoniã ſtatuta & pa-
cta ſic interpretanda, ut quamminimè lædant
ius cõmune, per not. l. 2. C. de nox. act. cum a-
lijs quæ dixi ſ. conſil. 18. ut hîc non obtineat
regula Inſt. de l. Fuſ. Canin. toll. in fine: ita in
terminis Curt. trac. feud. parte 4. nu. 145. per
Bald. Fed. & alios c. 1. in princ. de proh. feud. a-
lie. per Fed. l. filius. ubi Imol. de donat. Soc. la-
tè conſil. 19. adſit. num. 15. uol. 1. Sed reuerten
do ad noſtrum caſum, imò hæc ipſa uerba ni-
hil diſponunt aut concedunt, ſed tantum nar
ratiuè & conditionaliter ponuntur, *do ſie an
7 einen andern das lehengut kommen lieſſen, &c.* Iam †
conſtat uerba enũciatiua ſeu narratiua nihil
diſponere nec operari, nec ius aliquod indu-
cere: l. uerba. ubi Bald. & Salic. C. de teſta. mil.
Bart. Alex. & ſcribentes cõmuniter in l. ex hac
ſcriptura. de don. maximè in materia ſtricta,
ut teſtaẽ Iaſ. in d. l. ex his uerbis. qualis, ut di-
ximus, eſt noſtra: potiſsimũ uerò, qñ uerba e-
nunciatiua cõditionaliter proferunẽ, ut hîc, l.
8 ex facto. de hær. inſt. Nam † perſonis in cõdi-
tione poſitis (quomodo hic ſunt extranei, *einẽ
andern, &c.*) nihil iuris intelligiẽ tribui: gl. in l.
9 Lucius. de hære. inſtit. & cõditionalia † uerba
nihil diſponũt, ut nec ipſa conditio, l. ſi qs ſub
con-

condítione dandorum decem. ſi quis omiſſa cauſ.teſta.l.filiusfamilias.§.cũ quis. de lega.1. Alex.cõſ.24.uol.3. Soc.conſ.116.uol.3.Guid. Pap.dec.599.Quod cũ ita ſit,ſequitur illa uerba contractus iuxta naturam eius eſſe intelligenda, *Da ſie mit der zeit an einen andern das leben-*
10 *gut kommen lieſſen*, ſcilicet † quomodo poſſunt; ſeruatis ſeruãdis iuris ſolẽnitatibus, & huius cõtractus proprietatibus & natura non neglecta, ordineq; alienationis legitimo ſeruato, l. ſi quando.35.in prin.ubi glo.C.de inoff.teſta. l.1. l.generali.14.C.de ſacroſ.eccleſ.Iaſ.nu.70. poſt Salic.& Dd.in l.1.C.de ſacroſ.eccle.Conceſsiones enim huiuſmodi ſecũdm ius commune ſunt interpretandæ. Iaſ.& Dd.l.ſi qñ.C.de inof.teſt. Sed nec in his etiã uerbis quicq; concedit de iure ſuo dñs, aut aliquid tribuit,uerũ tãmmodo conditionaliter loquitur: quare illa
11 uerba † intelligenda ſunt iuxta formã & modum,quo conditio põt & debet impleri, l.mulier.20.§ ſi qs.1.de cõd.inſtit.l.ſi purè.l.Thais.
12 §.libertatẽ.l.ſi pater. de fideic. liber. & † uerba ambigua iuxta naturã ipſius contractus ſunt interpretãda & ſubiectã materiã,l.ſi uno.ff.loca.ubi Bar.l.ſi ſtipulatus.de uſur. c.cõſtitutus.
13 de relig. dom. ut potiùs † deſeruiant naturæ cõtractus,q; natura uerbis,l.cum precariò. de precar.Bal.in l.2.C.cõmod. Bar.in l.ubi de do
14 nat.cauſ.mort. Nec † præſumẽda eſt nouatio ſeu alteratio naturæ cõtractus,ubi nõ liquidò
15 apparet.l.ſi C.de nou.cũ ſimil.Cũ † itaq; contractus feudalis hæc ſit natura,ut nõ poſsit uaſallus irrequiſito dñi conſenſu alienare,c.1.de proh.feu.alie.per Fed.cũ ſimil.dicimus.p hæc uerba enunciatiua & cõditionalia, quæ nihil diſponũt,non eſſe à natura contractus diſceſſum:eoq; magis, quia in prædictis uerbis dñs nihil de iure ſuo remittit,nec quicq; extraneis tribuit, ſed ſimpliciter loquitur de iure uaſalli,ſi fortè contingat illud in alium transferri,
16 aut uaſallũ alij concedere.Non † igitur ea interpretanda ſunt,ut præiudicent tertio, ut nec priuilegia: Iaſ.in d.l.ſi qñ.nu.3. C.de inoffi.teſta.Multò uerò minus contra dñm ſunt interpretanda,Bar.& Dd.l.Caius.de pig.act.Tiraq. in retract.prox.§.1.gl.9.n.139.cũ ibi alleg.q ex
17 neceſsitate officij uaſallũ inueſtit,& † proinde ius ſuum remittere nequaq; uideri debet. l. cũ
18 quadã.26.C.de admin.tut. Nam † in neceſsitatibus nemo liberalis exiſtit.l.rem legatã.18. de adim.legat. Quamobrẽ quoties in inſtrumento de iure uaſalli transferendo agitur, nõ intelligit̃ data poteſtas alienãdi ſine conſenſu
19 dñi,nec alterata natura cõtractus: quia † dñs loquẽdo de iure uaſalli, non præſumit̃ remittere ius ſuum.Iaſ.in d.l.ſi.nu.7. ubi inquit,iſta
20 † uerba Conceſsit pro ſe & hæredibus,& quibus cõcedere uoluerit, importantac ſi data eſſet põtas alienãdi: ſecus, ſi in tali inſtrumẽto dictũ fuerit, Et cui iura ſua cõcedere uoluerit, nam tunc intelligit̃ de iuribus ſuis prout ſuis, p quo bonus tex.in c.cũ quadã.2. C.de adminiſt.tut. Hinc dicit Bal.in l.liberti.nu.33. C. de oper.lib.quem ſequitur Iacob.in trac. feud.in uerb.ita etiam quòd. nu.2. quòd ſi ſic concedatur feudũ,Concedo tibi & cui uis dabis: q illa uerba nihil importent,niſi purã & meram feudi naturã, quia ad ius ſe refert pactũ, ut in ſimili per Bart.in l.Caius. ff. ſol. matr. & l.Caius.de pig.act. Multò igitur minus noſtra uerba, in quibus nihil cõceditur de iure domini, nec diſponitur quicq;, ſed tantum narratiuè agitur de facto uaſalli,non de iure, debent importare alternationẽ naturæ feudi. Et pro hoc facit, quòd ita interpretatio de iſta inueſtitura hactenus ſit recepta, ut in oppignoratione huius feudi facienda antè requiſitus eſt domini conſenſus,&c. Non aũt mutanda ſunt,quæ certam interpretationẽ habuerunt: l.minimè.
21 de legib. & † de qualitate rei feudalis certa interpretatio ſumitur ex uno actu: præſumitur enim in poſterũ eodẽ modo poſsideri feudũ. c.cũ ſutrina. de cauſa poſſeſ Mol.§.7.gl.1.n. 9. Qua de re utpotè manifeſta plura diſputari non eſt neceſſe, maximè quia ex 3. quæſtione j. patebit,hãc diſputationẽ non eſſe in noſtris terminis admodum neceſſariam: utpote cum dñs ius prælationis habeat,etiãſi uaſallo alienandi põtatem fecerit.Nõ obſtat,ſi dicatur,aliàs hanc clauſulã nullius fore momenti.nam hoc negatur. Feudũ enim iſtud cõceſſum fuit non ut prędium commune feudale,ſed ut co-
22 mitatus ſeu bonũ comitatenſe:qd' † dignius, nobilius ac regalius, quàm reliqua feuda, & alias habet pprietates ſingulares. c.1.quis dicat. dux, marchio, Dd.in diuiſ. feud. & proœ. Henning.God.conſ. de iuriſd.2.qd' eſt ordinẽ 39.n.6.Ne aũt intelligeret̃ ppetua futura talis pprietas mutatis perſonis, ideo neceſſariò & rectè addita eſt hæc clauſula, Ut ſi fieret alienatio(uidelicet debito modo) in inferiorẽ, q nõ eſſet comes,q; tũc etiã illud feudũ deſineret eſſe comitatẽſe, & regulariter iuxta naturã aliorum feudorum cõium, quę à nobilibus tenentur.Quanq; & hoc replicari poſſet, qd' reſpondet Mol.in conſ.Pariſ. §.13.gl.1.nu.5.tolerabi-
23 lius † eſſe uerba nihil operari,uel p ſuperfluis haberi, q; cõtra naturã actus accipi,ſi ad naturam actus reduci poſsint.l.ſi uno.in prin. ff.locati. Et hãc eſſe hu' inueſtituræ ſententiã præcedentia & conſequẽtia ſatis oſtendũt:qua retenta,nõ poterit etiã dici,illã clauſulã eſſe ſupuacaneam. Nam licet ea nõ dicatur põtas alienandi abſq; domini conſenſu permiſſa:tñ ſal-
24 tem † apparet, hac clauſula poteſtatem alienandi in inferiorem uaſallum,q; ſit ipſe inueſtitus,eſſe factam:quod aliàs non licet,c.1.§.ſimiliter.de l.Corra.ut uel ex iſta rõne hãc clauſulam eſſe ſuperuacaneã nullo modo dici poſſit. Scdò quæritur,cũ contra & citra cõſenſum dñi uaſallus alienauerit, & emptorẽ à ſeruitijs etiã debitis liberauerit,an res non inciderit in commiſſum ipſo iure?Cõis quidem eſt cõclu-
25 ſio,uaſallũ † alienãdo ſine cõſenſu dñi, amit-

tere feudum: c.1.§.fi.quæ fuit pri.cauſ.beneſic.
amit.c.1.de prohib. feu.alie.per Feder.Schurf.
conſ.41.præmiſſa.nu.1.& 2.cent.1.accipiendo
26 uerbũ † Alienationis,cum effectu,quomodo
uerba accipienda ſunt,l.1.§.hæc uerba.ubi Iaſ.
quod quiſ.iur.qñ ſcilicet alienauit & tradidit.
c.imperialẽ. §.callidis.ubi Bal.And. de Iſer.de
ꝓhib.feu.al.ꝑ Fed.ita declarat Bal.in c.1.§.aut
ſi libellario.quib.mod.feud. Iacob. in trac. ad
uerb.& cũ pacto.n.4. latè Iaſ. in l.fi.nu.132.C.
de iur.emph.cum ibi alleg. & Mol.in conſuet.
Pariſ.§.13.gl.5.nu.2.qui multa allegat, Tiraq.
de iure retrac.§.1.gl.2. nu.42. Zaſ.par.10. n.9.
27 ad quos me breuitatis cauſa remitto.Id † qđ
etiam procedit in ſubinfeudatione facta,ut in
præſenti caſu, l. imperialẽ.§.callidis.de prohi.
feu.alie.per Fed. maximè ſi ultra medietatem
feudi exuberet,& ſit precium pro ſubinfeuda-
tione datũ.c.1.§.beneficiũ. ubi gl. Alua. & Dd.
ſi de feu.controu. Præſumitur enim talis ſub-
infeudatio in fraudẽ domini eſſe facta, qñ in-
teruenit preciũ, d. c.1. §.callidis.ubi Alua.n.2.
quod excedit medietatem feudi ſeu dimidiã
eius æſtimationem. Aluar.Iſer.& Dd.in d.§.be
neficiũ. Ioan. Ardiz. in tit.quib.mod.feu.acq.
gl.in rub.de alie.feud.pat.Iacob.in trac. feud.
uerb.ita etiã quod ipſi.nu.3.Chaſſ.in conſuet.
Burg.tit.de feud.§.8.uerb.en alienation.n.25.
26.27.Schurf.conſ.41.in princ.cent.1.In præ-
ſenti aũt caſu ex uẽditione iſta,ſeu fraudulen-
ta ſubinfeudatione facta eſt traditio: unde ex
duplici cauſa uidetur feudũ cecidiſſe in com-
miſſum: & quia alienatio illicitè facta eſt,hoc
28 eſt ſine conſenſu domini:& quia † ſeruitia do
mino interuerſa, quæ & ipſa eſt iuſta beneficij
amittendi cauſa. c.1.§. item. quæ fuit pri. cauſ.
29 benef.amit.cũ ſimilib. Cum aũt † alienando,
aut alio uaſalli delicto feudũ cõmittatur,tunc
certè domino cõmittitur, cui iniuria facta eſt,
non agnatis:cum unius delictum non debeat
alterius eſſe præmiũ.l.ſi ſequens.15.in prin. de
S.C.Syllan. In quo gl.diſtinguit tamẽ, utrum
ſcilicet ſit nouũ feudũ,& tunc ea theorica pro-
cedat: an uerò ſit antiquum uel paternum, &
tunc agnatis feudum cõmiſſum. Hæc eſt com-
munis concluſio gl.& Dd.in c.1.§. hoc quoq;.
de feud. ſucceſſ. Iacob. in uerb. & cum pacto.
nu.30.Zaſ.par.10. Curt.par.5. quanquã Mol.
in conſ. Pariſ.§. 30.nu.133.dicat cõmunem eſ-
ſe cõcluſionẽ in §.fi.quæ fuit prim.cauſ.benef.
amit.ꝙ quando delictum eſt in dominum,in-
diſtinctè cõmittatur domino, tam nouum ꝙ̃
paternum aut antiquum.Sed de hoc diſputa-
re non inſiſto, quia in præſente caſu non arbi-
tror eſſe commiſſo locum, non modò quia
30 † hæ cauſæ cõmiſſiõis ſublatæ ſunt magna ex
parte conſuetudine & uſu, ut teſtatur Moli.§.
30. nu 165. & præſertim alienatione facta, ut
idem in §.13.adeò ut nec filius ob delictum pa
tris ex cõſtitutione huius prouinciæ priuetur,
31 conſtit.27. parte 2. ſed etiam † ꝙ, ut prædicta
habeãt locũ, neceſſe eſt dolo uaſallũ alienaſſe
& interuertiſſe. c. 1. ubi Bald. de controu. int.
empt.c.1.§.ſi uaſallus.ſi de feu.defunc.Iaſ. in l.
fin.nu.120.C.de iur.emph. ubi inquit,omnes
tex.de commiſſo loquentes,de ſciẽte eſſe acci-
piendos.Mol.in conſ.Pariſ §.13.glo.5.num.6.
Iam primũ hîc non interuertit ſeruitia d. ua-
ſallus,ſed tñ pro ijs indemnẽ ſe præſtaturum
emptorẽ promiſit, quo nihil dño ademptum
32 eſt. Imò † hoc eſt ordinariũ in ſubinfeudatio-
ne,qualẽ hîc facere ſe uoluiſſe uaſallus prętẽ
dit,ut dñs à ſuo uaſallo petat & accipiat ſerui-
tia, non à ſubuaſallo,cui res eſt ſubinfeudata,
ut diſputat pulchrè Iacob.in trac.feu.uerb.ita
etiã.nu.6.cum ſeq. Secundò putauit,& adhuc
putat ex clauſula inſtrumẽti,ſe habere ius alie
33 nandi ſine conſenſu dñi. Iam † qui probabili-
ter putat ſe poſſe alienare,non cadit in cõmiſ-
ſum alienando ſine dñi cõſenſu.Iaſ.præal.loc.
ꝑ tradita à Bal.& Dd.in d.c.ſi uaſallus.præſer-
34 tim † ſi ſit hæres acquirẽtis,(ut hîc)prout de-
cidit Caccialup.in rep.c.1.de feu.cogn. regula
16.Dec.conſ.228.Iaſ.cõſ.64.li.3.Bal.cõſ.429.
quidã.l.b.1.Caſt.conſi.311.circa.lib.1. Alexan.
cõſ.45. in cauſa.lib.5. Cor.conſ.163.li.2.Mol.
35 præal.lo. Etſi † aũt replicari poſſet, hanc iuris
fuiſſe ignorantiã, quæ uaſallũ alienantẽ non
excuſat,gl.& Aluar.in c.1.de cõtro.int.dom.&
agn.Zaſ. par.10.n.11. tñ hoc intelligi debet de
craſſa ignorantia,nõ de iſta quæ eſt diſputabi
36 lis,maximè † cũ liceat non peritis, ut ſunt mi
lites,iuris apices ignorare.l.ſi fideiuſſor. 29.§.
quædã.ff.mãd.l.pen.de iur. & fac.ign.l.ſi quis
id quod.de iuriſd.om.iud. l.1. C.de iur.& fact.
37 ignor.l.pen. ff.eo.tit.Et quælibet † etiam iuris
ignorãtia,d.l.ſi quis id qđ.de iuriſd.omn.iud.
38 cauſaq; † licet minus probabilis atq; iniuſta,
excuſat à dolo, & pœna doli. gloſſ. magna ad
uerb.iudiciũ.in fi.l.un. ubi etiã Dd. præſertim
Iaſ.ſi quis ius dic.non obtẽp.l.igitur. ff.de lib.
39 cauſ.cũ ſimil. Etſi † autẽ talis cauſa iniuſta in
factis illicitis nõ pręſumatur,quin potiùs do-
lo uidentur cõmiſſa ꝙ̃ ex iniuſta cauſa, Tiraq.
in trac.de pœn. cauſ.43.nu.9. per doctrinam
Bart.in l.inter oẽs. §. rectè. ff. de fur. & in l.ſed
etſi.§.Sciæ.ubi Ang de pet.hær.& idẽ Angel.I-
mol.& Raph.in l.ex conſenſu.§ ul. de appella.
Cor.cõſ.280.laborioſa.lib.4. Aret.conſ.80. ſi-
cut decet.in prin.Alex.conſ.103.uidetur. in fi.
lib.1.tñ hîc ea præſumptio ceſſat, apparẽte ue-
ritate in cõtrariũ,l.cõtinuus. §. cũ ita.de uerb.
oblig. Conſtat enĩ ex uerbis inſtrumenti alie-
nationis, fiducia huius clauſulæ alienationẽ
eſſe factã, cum uaſallus datã ſibi per eam alie-
nandi ꝓtãtem arbitraretur. Quod cũ ita ſit,non
eſſe opus arbitror,ut hîc inquiratur ſtudioſè,an
dñs uolẽs retrahere,atq; ita uti iure cõtractus,
poſſit ſibi cũ proteſtatione reſeruare cõmiſſi
ius, caſu quo non procederet retractus, ſicut
40 cõmuniter traditur,proteſtatione † ius ita com
miſſi conſeruari.l.ſi debitor.ff.qui.mo.pig.uel
hyp. ſol. ut latè poſt Bart.proſequitur Iaſ.in l.
2.nu.124.cũ multis ſeq. Succedit tertia quæ-
ſtio,

ſtio, An dñs habeat ius redimẽdi, ſeu prælatio
41 nis, excluſo emptore primo. Et cum † directũ penes illum ſit dñium, æquũ eſt eum præferri extraneo. l. fin. C. de iur. emph. Bart. Lucas de Pẽna, Io. Pl. in l. 1. C. de metal. li. 11. Addit Mol. rub. 1. de feu. §. 13. gl. 10. nu. 5. & aliam cauſam, uidelicet fauorẽ unionis & reuerſionis ad priſtinam cauſam ac conſolidationis directi dñij & utilis, l. ſi uni. §. pactus. de pact. Quanquam & tertia rõ addi poſſet, uidelicet intereſſe dñi & ſubditorum, ne à ſe inuicem ſeparentur per alienationem in extraneum factam. Cõcludo igitur, dñm eſſe præferendum: ut hæc eſt communis cõcluſio in l. fi. per illum text. C. de iure emph. nec diſputatione ea res, utpote clara, opus habet longiore, ideo ea prætermiſſa, ampliationes addã ad noſtrũ caſum utiles & cognitione neceſſarias. Primò igitur ampliant
42 hanc concluſionẽ Dd. ut † etiamſi concurrãt agnati uolentes retrahere, tñ dñs his præferatur. Iaſ. in d. l. fi. nu. 12. cum ibi alleg. quanquã Alua. agnatos dño dicat præferri, in c. 1. §. ſed & res. nu. 3. per illũ text. per quos fiat inueſtit. Tiraq. de retrac. lig. §. 1. gl. 14. nu. 110. cum ſeq. Mol. in conſue. Pariſ. §. 13. gl. 1. nu. 5. Quare nõ pono iam Aluaroti theoricã pro conſtanti, & mihi magis placet hæc ſecũda opinio, utpote
43 † cum fortius habeant agnati, q̃ dñs, ius, ut s. eſt declaratum. Nec ualet hic argumentum ab emphyteuſi ad feudũ, cum ſit à ſeparatis, ut in ſimili dicit Mol. in conſ. Pariſi. tit. 2. de cenſibus in prin. nu. 40. & diſpar in utroq; hic appareat ratio. Nam † quamuis in emphyteuſi
44 dñs, qui habet ius antiquius & fortius, præferatur agnato uolenti retrahere, utpote cũ nullum ius habeat agnatus in emphyteuſi, Iaſ. in d. l. fi. n. 7. C. de iur. emph. tñ in feudo ſecus eſt,
45 antiquo p̃ſertim uel paterno: nam in hoc † agnatus ab eodẽ ſtipite deſcendẽs, meritò prę fertur dño in retrahendo, ſicuti & in ſuccedendo, tex. in c. 1. §. porrò. ubi Iſer. in fin. Aluar. nu. 5. qual. olim feu. Bal. in c. 1. §. hoc quoq;. de ſucceſ. feu. Alua. in c. 1 §. fi. quæ fuit pri cau. Iacob. in uerb. qui quidẽ inueſtitus. latè Molin. §. 15. gl. 1. nu. 3. Secundò ampliatur, ut dñs habeat ius prælationis & retractus etiã cum ex inueſtituræ uel infeudationis pacto uaſall' poteſt uendere ſine licentia dñi uel donare quib. uo-
46 luerit. Non † eñ propterea priuatus eſt dñs iure ſuo directo etſi cõceſſerit facultatem alienandi. And. de Iſer. & Aluar. in c. imperialem. de prohib. feu. alie. per Feder. Iacob. in trac. ad uerb. & cũ pacto. n. 29. ubi dicit hanc eſſe communem. Sunt eñ qui teneant contrariũ, quos cumulat Tiraq. in retract. prox. §. 1. gl. 9 n. 136. & ſe ita cõſuluiſſe, & per conſequẽs etiam hoc caſu habet beneficiũ l. fi. C. de iure emph. ubi in terminis hoc uult Iaſ. num. 4. dicens, q etſi
47 † dñs poteſtatem alienandi fecerit uaſallo in inueſtitura, uel aliter, tamen dominũ habere ius laudemiæ, & debere ei emphyteutã ſeu uaſallum denunciare, ac per duos menſes expectare, iuxta d. l. fi. & in terminis latè idẽ firmat Mol. in conſ. Pariſ. §. 13. gl. 1. n. 5. cũ ibi per eum
48 allega. Et facit † in ſimili, quod licet agnatus permiſerit rem alienari ſibi primò ad emendum oblatam, retineat nihilominus ius retrahendi, ut latè confirmat Tiraq. in tract. retract. lig. §. 1. glo. 9. nu. 143. & 144 quanq; contrariũ ferè importet conſtit. 32. par. 2. Et q dominus, cui res uendenda oblata eſt, nec emere uoluit, habeat tamen ius retractus, Mol. præal. loc. & Tiraq. quamuis dubius, d. gl. 9. nu. 143. 144. 145. cum multis ibi per eum alleg. Quæ quidem ampliatio ſi uera eſt (ut ueram eſſe ratio oſtendit, quia dñs ſemper retinet directũ dominium, & per conſequẽs ius prælationis, qđ ratione directi dominij cõpetit. l. fin. C. de iure emph.) nõ opus erit diſputatione primæ quęſtionis, ſcilicet an hîc facta ſit poteſtas alienandi, nec ne: utroq; enim caſu dñs habet ius prælationis: quo hic ſolo uti omiſſa cõmiſſi quæſtione intendit. In præſenti tñ caſu hoc me mouet, qđ allegatur, nec ſanè etiam in primo inſtrumento aliter apparet ſubinfeudatio tñ facta, non plena alienatio. Patet, quia uaſallus ita uendidit, ut à ſeſe moueretur res in feudũ, nec emptor aliquod ſeruitium ſuperiori do-
49 mino faceret, ſed hoc in ſe recepit. Hæc † igitur eſt mera ſubinfeudatio, in qua ius retinet uaſallus, & à ſe recognoſci feudũ conſtituit, ut ipſe uiciſſim à primo dño recognoſceret. Iacob. in uerb. ita etiam q ipſe. nu. 4. 5. cum ſeq. Et ſi dicas, ſe non cõpati uenditionẽ & ſubinfeudationẽ, quaſi ſubinfeudatio debeat eſſe
50 gratuita: reſpondeo, poſſe † ſubinfeudationẽ fieri precio. c. 1. §. 1. uerſ. tunc enim. in uerb. reddito à te precio quod dederit. per quos fiat inueſt. in uſib. feud. ubi etiam notat Iſer. num. 5. quod feudũ acquiratur dato precio. Verbum añt Precij, propriè ad uenditionẽ pertinet. Et
51 quod † emi poſſit feudum à domino, eſt text. in c. 1. in fi. ubi hoc notat glo. de nat. feud. cum concord. ibi alleg. c. ad noſtram. in uerb. niſi emerint feudũ. de reb. eccl. nõ alie. c. 1. de benef.
52 fratrum, cum ſimil. Et quãuis † impropriè reſpectu originis ſit feudũ & dicatur, Schurf. cõſil. 25. caſus. nu. 1. & 2. centur. 2. uide Kling. in prin. tract. feud. ſeruat tamẽ naturam feudum in reliquis, licet propriè non ſit beneficium quoad acquiſitionem, Zaſ. parte 12. nu. 21. Si
53 † igitur præſupponitur hîc eſſe ſubinfeudatio: iam ſequens eſt, quod poſſit & potuerit hic de iure uaſallus ſubinfeudare ſine conſenſu domini, tribus uidelicet concurrentib. c. 11. §. 1. qual. olim feud. pot. alie. glo. & Dd. præſertim Felin. nu. 69. in c. quæ eccleſiarũ. de cõſtit. c. 1. §. callidis. ubi Dd. de ꝓhib. feud. alie. p Fed. Iacob. ad uerb. ita etiã, quod ipſi. nu. 3. Chaſſ. in cõſ. Bur. tit. de feu. §. 8. in uerb. in alienatiõe, nu. 26. 27. Zaſ. de feud. par. 9. num. 15. de feu. alie. Zonbec. de feud. alie. nu. 175. Primò, ut ſine fraude fiat, & non ad prætextum & colorẽ uenditioni obducendũ: alioquin ſi ſit fraudulenta,

ſenta, omnino poteſt dñs retrahere. c. 1. per
quos fiat inueſt. Secūdò, ut in parem uel maio
rem, non minorem ſubinfeudatio fiat. Dd. ibi
dem, Myſing. obſer. 51. cent. 1. Tertiò, ut iiſdem
pactis & conditionib. ſub quib. prior tenebat
feudum. gl. in c. 1. §. præterea. de cap. Corr. Bal.
in auth. niſi. C. ad Trebel. Iaſ. in l. fin. nu. 110. C.
de iure emph. Iacob. in trac. feud. uerb. ita etiā.
nu. 4. cum ſeq. latè Chaſſ. in conſ. Burg. tit. de
feu. §. 8. in uerb. in alienatione. nu. 27. Myſing.
d. ob. 51. cent. 1. In præſenti porro caſu ſecun-
dum requiſitum nō eſt hic neceſſarium, quia
in clauſula, cuius paulò antè facta eſt mentio,
hæc poteſtas fuiſſe uaſallo permiſſa uidetur,
ut in inferiorem alienare poſſet: etiamſi, ut ſu-
prà dictum eſt, hoc ipſum controuerti poſſet.
Sed quia ſic hactenus eſt interpretatio facta,
& dominus non refragaē huic interpretatio-
54 ni, ideo non inſiſto. Porrò † præſuppoſita hic
ſubinfeudatione, ſequens & illud eſſet, nō ha-
bere dominum hoc in caſu ius retractus. Spe-
cul. in tit. de emphy. nu. 155. ubi inquit, Seque-
retur abſurditas, ut uos qui eſtis dñs, habere-
tis à me in feudum, qui habeo utile dñium, &
ſic remanerem maior. Item quia res ſua nemi-
ni ſeruit. l. iure cōmuni. de ſeru. urb. præd. idē
tenet Imol. in c. potuit. n. 20. locati. Iaſ. in l. fin.
nu. 111. C. de iure emph. etiāſi fatendū ſit, agna
tos hoc etiā caſu ius retrahēdi habere: ſed alia
eſt ratio in agnatis, alia in dño. c. 1. §. ſed etiā.
p quos fiat inueſt. Zaſ. par. 9. & 10. Zonb. trac.
feud. de alie. feu. nu. 175. Quia itaq; in hoc car
do huius quæſtionis præcipuè uertitur, ut ex
iam dictis intelligi poteſt, ideo inprimis diſpi
ciendū eſt, utrū hic uenditio feudi facta ſit, an
uerò ſubinfeudatio. Et ſaluo meliore, exiſti-
mo hic emptionē ueram ſubeſſe, aut ſi dicēda
eſt ſubinfeudatio, eſſe illā eiuſmodi, ut in em-
ptionē incidat, nec dñm excludere poſſit. Nā
55 principio † in apertis nō eſt locus cōiecturis.
l. continuus. §. cū ita. de uer. oblig. Apertè aūt
in inſtrumento baptiſatur hic contractus pro
emptione, & habet ſua ſubſtantialia, mercē &
preciū & cōſenſum: quare in hoc certo nō de-
bet eſſe locus coniecturis. Deinde eſt uenditio
56 † facta in perpetuum, qualiter ſubinfeudatio
fieri nequit: ſed tantum ad uitam uaſalli & li-
57 berorum eius. Sin † aūt fiat in perpetuum, ta
men tm̄ ualet ad uitam. Iacob. in trac. feud. ad
uerb. ita etiā. nu. 4. Iſer. in c. 1. §. 1. per quos fiat
inueſt. latè Fel. in c. quæ eccleſiarum. nu. 59. in
3. declar. iuxta regulam, Reſoluto iure datoris
reſoluitē ius acceptoris. l. lex uectigali. ff. de pi-
58 gnor. Tertiò † ſubinfeudatio fieri nō pōt, niſi
ſub iiſdē ſeruitiis, quibus feudū initio datum
fuit, aliàs non ualet. gl. in d. c. 1. §. 1. de cap. Cor.
Iacob. præal. lo. nu. 3. Chaſſ. præall. lo. per c. 1. §.
59 profecto. de leg. Cor. Nam † ut non poteſt da
re in emphyteuſin uaſallus, quia res non da-
tur ſub iiſdē pactis: Iacob. præal. lo. nu. 8. & tra
ditur in c. 1. §. donare. qual. olim feud. ita nec
aliter infeudare quàm ipſe accepit. Hic igitur
non poteſt eſſe ſubinfeudatio, cū ad nulla ſer-
uitia ſit obſtrictus accipiens, nedū ad illa qui-
bus tenebatur prior uaſallus, relinquitur tm̄
60 hic factam eſſe emptionem. Quotieſcunque
† em̄ actus poteſt in diuerſos contractus inci-
dere, ſi in uno non poteſt ualere, habetur pro
alio illo contractu in quo ualere pōt. l. cū ma-
nu. §. fi. de contrah. empt. l. ſi olei. C. de loc. l. 1.
de æſtima. act. l. 1. C. de iur. emphy. quia in du-
bio interpretatio faciēda, ut actus ualeat, non
pereat. l. ſi quando. de leg. 1. Quartò non pōt,
ut dictum eſt, minori ſubfeudatio fieri, aut im
pari. Atqui hic minori & impari ſubinfeuda-
tio prætenſa, eſt facta: ergo ut maximè ſit ſub-
infeudatio, tñ non ualet, præſertim cū ſit facta
ad libellā, hoc eſt, ad preciū. Præſumitē igitur
eſſe fraudulenta. d. cap imperialem. §. callidis.
de proh. feud. alie. per Fed. Schurff. conſ. 41. in
61 prin. cent. 1. & cum † preciū excedat longè di-
midiā partē æſtimationis rei, imò rei par ſit &
æquale, facilè intelligi poteſt, à principaliori
62 † contractū eſſe æſtimandū, & ex precio iudi-
candū eſſe, ꝙ potius ſit emptio ꝙ̄ gratuita cō-
ceſſio uel donatio. l. ſi quis. 38. cum ſimil. ff. de
contr. empt. quod cū ita ſit, dicendū eſt etiam
dño perinde ut in emptione ius prælationis &
retractus hic cōcedendum eſſe. Nec obſtat ſu-
prà dicta Dd. theorica, qua tradūt abſurdum
eſſe, ſi dño res ſua à uaſallo ſubinfeudeē. Nam
qñ pro precio res uenditur uel ſubinfeudaē,
nihil abſurdi conſequitur, ſi dñs precio dato
idem feudum recuperet ac redimat, qđ in ex-
traneum alienatur & abiturum eſſet. Cur em̄
id minus conſentaneū ſit, quàm cum emphy-
teuſes alienatas ad ſe retrahit? l. fi. C. de iu. em-
phyt. Iaſ. præall. lo. Imol. in d. c. potuit. Non e-
63 tiam obſtat, qđ dicitur, ubi † nullus eſt cōtra-
ctus, ibi nullā prælationē, nullum retractū eſſe
poſſe: quia priuatio præſupponit habitum, ut
in terminis latè confirmant Caſtr. conſ. 74. in
cauſa mota. lib. 2. Cæpol. cōſ. ciuil. 44. in quæ-
ſtione. Guid. Pap. deciſ. 590. quidā. Tiraq. de
retrac. §. 1 gl. 2. n. 5. 6. cū ſeq. Molin. in conſue. §.
64 13. gl. 5. n. 50. Nā † hoc uerū eſt, qñ nullus eſt
contractus alia rōe, ꝙ̄ ob defectum conſenſus
domini: ſecus, ſi ob id ſolū, quia dño inconſul
to facta eſt alienatio, ut ſcienter Card. Alex. in
c. 1. de ꝓhib. feu. alie. per Fed. quē ita refert Ti-
raq. præal. lo. §. 1. gl. 2. nu. 6. Tunc em̄ poteſt do
minus ad ſuū commodū iure contractus uti,
cui uaſallus nō rectē obiicit, cōtractū eſſe nul-
lum, quia ſuam ipſius turpitudinē allegaret,
quod abſq; conſenſu domini contra fidelita-
tem feudi alienaſſet, cum qua allegatione nō
eſt audiēdus. l. mercatū. C. de condic. ob turp.
cauſ. Sed nec debet uti hoc iure alteri' uel ad-
uerſæ partis, qđ ipſi dño competat. Vt em̄ ne-
mo ſe pōt tueri iure tertii, ita nec iure agētis. l.
4. §. loci. ſi ſer. uend Bar. Caſt. & Dd. l. 1. 2. de ex.
65 rei iud. Et impoſſibile eſt, ut † eadē res agenti
dño præſtet actionem, & reo uaſallo exceptio-
nem. Hic autem cōtractum eſſe nullum ex eo
ſolo,

ſolo, ꝙ ſine domini conſenſu factus ſit, eſt cer-
tiſsimum. Nam alioqui habet omnia ſua ſub-
ſtantialia. Cæterum in fraudem dñi factus eſt,
cui per eum interuertuntur ſeruitia: cuiusq;
ad præiudiciũ in minorem uaſallum, & quidẽ
perpetuò, fit alienatio, idq; precio iuſto, quaſi
ex emptione: quare cum fraudulentus reſpe-
ctu domini ſit hic contractus, poteſt is in frau
dem ſui factam ſubinfeudationem retrahere,
& ius redimẽdi uſurpare. c.1. §.1. per quos fiat
inueſt. Hoc igitur præſuppoſito, dñm ius hic
retrahẽdi habere, & extraneo illi emptori, qui
per modum ſubinfeudationis ad excluden-
dum patronum emit, præferri: iam quartò diſ
cutiendum eſt, an debeat dñs precium realiter
66 offerre, & intra quantum tempus? Et † ſcien-
dum eſt, ius eſſe retractus duntaxat intra an-
67 num à tpe ſcientię computandũ. Nam † igno
ranti tantum 30. annis præſcribitur, text. in c.
1. §. porro. qual. olim feud. pot. alie. Quare ne-
ceſſe eſt, illud precium intra annũ realiter of-
68 ferri: cum oblatio † uerbalis non interrũpat
præſcriptionem, ſed tantum realis. Fab. in l. ac
ceptam. C. de uſur. per l. ult. C. de iur. emph. la-
tè Tiraq. de retract prox. §. 8. glo. 2. nu. 1. Aut ſi
non, ſaltẽ opus eſt, ut ius retractus controuer-
ſum fiat, & lis hoc noĩe inchoetur citatione. Ti
69 raq præal. lo. qua † oẽs præſcriptiones ſtatu-
tariæ interrumpunt. Bart in l. 2. §. ſi rem. ff. pro
emp. & in l. in omnibus. de act. Panor. ac Dd. c.
illud. de præſcr. Tiraq præal. lo. Nã hęc pręſcri
ptio inducitur ſtatuto ſeu cõſuetudine feuda-
70 li: & ideo † nõ interrumpit per extraiudicialẽ
denunciationem, iuxta doctrinam communẽ
in l. alienam ff pro emp. & l. fi. de eo per quem
71 fac. quamuis † cõuentionalis retractus tẽpus
interrumpat extraiudicialiter. Caſtr. in l cùm
qui ita. §. qui ita de uerb. obl. Tiraq. de retract.
con. §. 4. gl. 2. nu. 34. quod ſingulariter uoluit
Fab. in l. acceptam. nu. 8. C. de uſur. Sed an ſo-
la oblatio, inquit, operetur interruptionẽ tem
poris, ut ſi proximus conſanguineus offerat
emptori preciũ infra annum? arg ꝙ ſic, l. Cel-
ſus. de arb. Contrà de iure emph. l. 2. in fi. & q
non reperitur inter modos interrumpendi,
72 quod uidetur uerius. Vt † igitur interruptio
fiat, requirit Fab. aut retractum iudicialẽ, aut
conſignationem pecuniæ, iuxta l. quam alle-
gat, uidelicet l. 2. C. de iur. emph. Nã etſi aliàs
dicatur, ſufficere, ſi retrahens proteſtetur ſe pa
ratũ ſoluere, c. conſtitutus. ubi Anch. de reſt. in
integ. Tiraq. §. 1. gl. 17. nu. 8. tamen hoc uerum
tm̃modo, quoties in iudicio ſic offertur: ibi e-
nim ſufficit talis oblatio, etſi ad manum nõ ſit
pecunia. l. ſi rem alienã. de pig. act ſicut etiam
text. in d. c. conſtitutus. diſertè loquitur de a-
gente ad retractũ. Extra iudicium porrò ſem-
per requiritur realis oblatio in pecunia, & ni-
ſi recipiatur, conſignatio, nec ſufficit dicere, ſe
paratum ſoluere. Hæc uidetur eſſe communis
cõcluſio, quæ licet diſputationib. ſit inuoluta
gl. Bart. Sal. &c. in l. 2. uerb. oblatam. & l. ſi à te.
C. de pac. int. emp. Bal. conſ. 108. iſta. lib. 5. latè
Tiraq. de retrac. conuent. §. 4. glo. 6. in prin. tñ
eſſe tutiſsima hoc in caſu uideri poteſt. Quan
73 quam † enim dici poſſet, recuſante creditore
ſufficere uerbalẽ oblationem, l. qui Romæ. u-
bi Caſt. de uerb. oblig. cum alijs quos allegat
Tiraq. retrac. conuent. gl. 4. nu. 6. tñ ea res ſcru
pulo non caret, cum in extraiudicialibus ꝗ̃-
uis recuſatione facta, ll. requirant cõſignatio-
nem d. l. 2. in fin. C. de iur. emph. d. l. ſi à te. cum
74 ſimil. Et licet † admitti poteſt, ſolam uerbalẽ
oblationem ſufficere ad euitandam pœnam:
Iaſ. & Dd. l. ſi inſulam. de uerb. oblig. tamen ad
ius acquirendum uel conſeruandum aduer-
ſus præſcriptionem ſtatutariam, ut in præſen-
ti, non ſufficit. Iaſ. in l. 1. n. 182. C. de iur. emph.
Schurff. conſil. 41. centur. 3. & Dd. locis præall.
Quare conſultum eſſet in pręſenti caſu, aut of
ferri à domino & ſolui precium emptori, id
75 quod ipſe dedit, (nam precium † nondum ab
emptore ſolutum, dominus retrahens offerre
non debet. Molin. d. §. 13. glo. 8. num. 6.) & reli-
quum, cuius dies uenit, conſignari ac depo-
ni, ut Molin. præall. loco docet: aut ſaltem ma-
turè intra annum litem inchoare, & in iudicio
ſolutionem offerri, aut intra ſpacium præſtitu
tum inibi pecuniam, quatenus ab emptore
ſoluta ſit, deponi. Quintò qđ quæritur, qua-
le precium debeat dominus offerre, & quibus
terminis ſoluendum? reſpondeo, illud ipſum
quod eſt promiſſum, datumq; ab emptore:
conſt. 33. parte 3. Tiraq. de retract. prox. §. 1. gl.
76 3. per tot. cum † ijſdem planè conditionibus,
& ijſdem terminis ſoluere debeat qui ſubin-
trat in ueſtigia & ius emptoris. Tiraq. præal-
77 leg. loc. cum ibi adductis. Quare † quæ in
promptu ſoluta ſunt, in prõptu debet ſoluere,
uel deponere, aut in iudicio offerre: alia uerò
illis terminis, quibus ab emptore debentur.
Mol. præal. loc. nu. 6. Idq; eſt commune ius re-
tractuum, l. fi. in uerb. tantam præſtare quanti
tatem, quantam ab alio accipere poteſt. C. de
iur. emph. ubi omnes Dd. c. 1. §. porro. in uerb.
æquali precio. qual. feud. pot. alie. c. 1. §. 1. uerſ.
reddito à te precio, ſi quod dederit is, qui in-
ueſtituram accipit. per quos fiat inueſt. latè Ti
raq de retrac. lig. §. 1. gl. 18. & latè Mol. §. 13. glo.
78 5 n. 22. adeo ut in hac parte † tẽpus etiã pars
ſit precij. Tiraq. §. 1. gl. 16. n. 32. p l. 1. §. 1. de eden
do. qđ cum non habeat dubitationẽ, ulterius
producere nolo. Sextò ad id qđ quæritur, An
dñs poſsit apprehendere poſſeſſionẽ propria
authoritate? rñdendum, nõ poſſe, ſiue uelit u-
ti iure retractus, ſiue iure cõmiſsi. Non eñ in
retractu incipiendum eſt ab executione, l. 1. C.
79 de execu. rei iud. nec † ius retractus competit
niſi per uiã actionis, qua petitur emptor con-
demnari ad dimittendum pro precio. Molin.
80 §. 13. gloſ. 3. in prin. Idem † eſt in iure commiſ-
ſi. nam & hic opus eſt iudicio reuocatorio,
& cauſæ cognitione, item ſententia ſaltem de-
claratoria: ut habet communis opinio, c. 1. ubi
Alua.

Alua.de feud.ſine culp.non amit.cap.1.§. ſi uoluerit.de cap.qui cur.uend.c.ſi.quo temp.mil. etiamſi res eſſet notoria,Schurf.conſ.27.cent. 1. & id And. de Iſer.tradit in c. 1. §. callidis. de proh.feud.alien.ut ſiue iure cõmuni,ſiue alio, puta feudali,auocetur feudũ ab emptore,ſemper requiratur cauſæ cognitio & ſententia: qa
81 † nemini ſine cognitione res eſt auferenda,ut ibidem hoc originaliter uoluit gl.Bald. & alij.
82 Ratio eſt, quia † emptor non habet cauſam à domino, ſed à ſuo uenditore, l.1.§. neceſſario. ſi mulier uen.nomine:ideo nec poteſt illi poſſeſsio à domino auferri.Schurff.conſ.41.præmiſſa. nu.6.cent.1. Neq; debet huc argumentum afferri ex l.2.& l.fin.C.de iur. emph. quoniam ibi emphyteuta habet cauſam à dño, ad quẽ reuertitur omne ius emphyteutæ ex com-
83 miſſo:mirum ut non ſit,ſi ille † priuata authoritate apprehendere poſsit,ut l. 3. ubi Dd. C.
84 de lega. At † in præſenti ut maximè uaſalli ius eſſet cõmiſſum, tamẽ emptoris propterea iura hoc caſu dñs non adipiſceretur, uidelicet
85 ius poſſeſsionis,quod † per traditionem etiã ex contractu nullo emptor eſt conſecutus. l.1. §. ſi uir uxori. ubi Bar. & Dd. de acqu. poſſeſſ.
86 Nec † eam poſſeſsionem dominus propria authoritate auferre poſsidẽti ſine iudicio debet.l.poſſeſsio.41.de acq.poſ. l.1. C.ſi p uim,l. meminerint. C. unde ui,cũ ſimilibus, quæ cumulaui conſil.1.conſil.7.& alibi ſæpius.

CONSILIVM LXXIIII.

De ſucceſsione fœminarum in feudo eccleſiaſtico.

SVMMARIA.

1 *Dos loco legitimæ ſuccedit,et in eã imputatur.*
2 *Filia acceptando dotem non uidetur renũciare ſucceſsioni.& num.50.*
3 *Conſueta actibus inſunt, & ſecundũ illa ſunt interpretandi.*
4 *Tacita pacta & conſueta non minus obligãt, quàm expreſſa.*
5 *Argumentum à communiter accidentibus eſt ualidum.*
6 *Iuri nedum præſenti,ſed etiã futuro,renunciari poteſt.*
7 *Mulieribus adultis non datur beneficium reſtitutionis.*
8 *Diuiſio quamuis inæqualis,non poteſt retractari,niſi læſio ſubſit ultra dimidiam.*
9 *Iuramentum ſuper ſucceſsione datum, eſt ſeruandum.*
10 *Filia non præſumitur ignorare quantitatem ſubſtantiæ paternæ.*
11 *Vicini facta uicini ſcire præſumuntur.*
12 *Pater & liberi finguntur eadẽ eſſe perſona.*
13 *Nemo quantitatem ſuorum bonorum ignorare præſumitur.*
14 *Vxor bona uiri ſcire præſumitur.*
15 *Renũciatio generalis extẽditur ad incognita.*
16 *Fœminæ non ſuccedunt in feudis,& quare.*
17 *Feudum pro ſe & hæredibus acceptum intelligitur de maribus.*
18 *In feudo fœminino ſuccedunt fœminæ deficientibus demum maſculis.*
19 *Fœmina per maſculos à feudi ſucceſsione excluſa amplius non admittitur.*
20 *Conſuetudo quæ uocat fœminas ad feudum, intelligenda eſt non extantibus maſculis.*
21 *Conſuetudo & ſtatuta ſunt intelligenda ſecundum ius commune.*
22 *Copula copulat uerba,& non ſenſum, ac intelligitur ordine ſucceſsiuo,quando id natura rei requirit.*
23 *Inueſtituræ tenor eſt attendendus.*
24 *Fœminæ cum maribus ſimul uocatæ, ſimul etiam ſuccedunt.*
25 *In materia feudorum magis ſtatur conſuetudini,quàm legibus.*
26 *In feudis locatis conſuetudo derogat etiam iuri feudorum.*
27 *Conſuetudo quæ fœminas cum maribus ad feudum uocat, eſt ſeruanda.*
28 *Conſuetudo eſt probanda.*
29 *Origo feudi eſt attendenda.*
30 *Etiamſi ſeruitia nõ præſtentur à uaſallo,tamen debentur,neq; currit præſcriptio.*
31 *Feudum etiam francum ad fœminas regulariter non deuoluitur.*
32 *In dubio unumquodq; feudum præſumitur communem habere feudorum naturam.*
33 *Qui habet genus, aut regulam pro ſe, habet fundatam intentionem.*
34 *Cuius eſt totum territorium,eius præſumuntur omnia in territorio ſita.*
35 *Vbi fundi plerię; omnes ſunt feudales,ibi reliqui etiam tales eſſe præſumuntur.*
36 *Bona præſumuntur allodialia,niſi probẽtur feudalia.*
37 *Notoriũ ſufficit allegari,nec opus eſt probari.*
38 *Filij fratrum in feudis iure repræſentationis cum patruis ſuccedunt.*
39 *Sola præſcriptio 30. annorum in feudalibus locum habet.*
40 *Petitioni hæreditatis, in quam uenit feudũ tantùm,30.annis præſcribitur.*
41 *Falſa appellatio non mutat ſubſtantiam rei.*
42 *Verba narratiua ſcripturæ non probant.*
43 *Dominus in præiudicium fœminarum non*

poteſt

poteſt feudum fœmininum alterare.
44 *Commune inter liberos nunquam diuiſum adhuc præſumitur eſſe commune.*
45 *Socius inuito ſocio nihil poteſt in re cõmuni.*
46 *Verba generaliter poſita, accipienda ſunt ſine præiudicio tertij.*
47 *Inueſtituræ intelliguntur ſaluo iure tertij.*
48 *Verba præcedentia declarãtur per ſequẽtia.*
49 *Particula Vt, modificat.*
50 *Ex ſeparatis factis nihil infertur, ſed ſingula ſunt probanda.*
51 *Renunciatio nõ præſumitur, ut nec donatio.*
52 *Mulierum genus auariſſimum.*
53 *Pacta contra bonos mores non ualent.*
54 *Renunciatio eſt pactum.*
55 *Renunciatio de uiuentis ſucceſſione facta nõ ualet.*
56 *Iuramentum non debet eſſe uinculum iniquitatis.*
57 *Mulier enormiter læſa, poteſt contra iuramentum abſolui.*
58 *Iuramentum non trahitur ad incogitata.*
59 *Renũciare nemo uidetur iuri, quod ſibi ignorat competere.*
60 *Dubitans non uidetur renunciare.*
61 *Dubitans pro ignorante habetur.*
62 *Renunciatio eſt donatio: eoq; ignorans ut nõ donat, ita nec renunciat.*
63 *Renunciatio eſt ſtricti iuris.*
64 *Quod non cõpetit, ei non poteſt renunciari.*
65 *Ignorans neq; acceptat, nec remittit.*
66 *Renunciatio generalis nõ extenditur ad incognita.*
67 *Iuramentum habet uim ſpecifici conſenſus.*
68 *Iuramentum tamen non extenditur ad incogitata.*
69 *Scire non uidetur, niſi qui plenã habet actus notitiam.*
70 *Ignorantia præſumitur, donec probetur ſcientia.*
71 *Conſuetudo in feudis attendenda.*
72 *Mulier facilè ius ignorare præſumitur.*
73 *Ignorantia probatur per coniecturas.*
74 *Renunciatio etiam generaliſſima non trahitur ad occultata dolo.*
75 *Ignorantia iuramento poteſt probari.*
76 *Quæ pendẽt ab animo, probãtur iuramẽto.*
77 *Poſſunt liberi ignorare ſubſtantiã paternã.*
78 *Iuramento tollitur omnis contraria coniectura.*
79 *Renunciatio generalis quatenus extẽdatur.*
80 *Renunciatio hæreditatis non complectitur renunciationem feudi,*
81 *Etiam iuramento firmata.*
82 *Iuramentum non extẽditur ulterius, quàm renunciatio.*
83 *Fœminis ad feudum uocatis remittũtur ſeruitia, quæ præſtare non poſſunt.*
84 *Dominus in præiudicium fœminarum non poteſt feudi naturam alterare, nec contrà in maſculorum præiudicium fœminis gratificari.*
85 *Inueſtitura talis præſumitur in deſcendentibus, qualis fuit in maioribus.*
86 *Tenore inueſtituræ in præiudicium alicuius callidè aut errore mutato, antiquis inueſtituris ſtabitur, niſi partes uolentes à ueteri inueſtitura recedant.*
87 *Socio per factum aut calliditatem ſocij, ius ſuum in re communi non læditur.*
88 *Verba in inueſtituris accipienda ſine præiudicio tertij.*
89 *Verba præcedentia ex conſequentibus interpretanda.*

FEVDA quę tenentur & dependent ab abbatia H. ex antiqua conſuetudine eſſe fœminina, & in his fœminas iam ab antiquo unà cum maſculis ſuccedere conſtat. Inter ea feuda numeratur caſtrum quoddam cum pago S. & appertinentijs, ſitum in territorio & fundo Saxonici ducatus, quod iure ſucceſſionis à fœmina peruenit ad nobiles B. & tandem ad unum eiuſdem familiæ, qui ante annos 24. deceſſit, relictis quatuor liberis partim maribus, partim fœminis. Mares elocarunt maiorem natu ſororem V. ante annos 20. datis in dotem ſine ulla renunciatione 300. flor. minorem autem A. ante annos 11. datis 150. flor. & conceſſis portionibus hæreditatis in alijs bonis, quæ filia ſine ullis curatoribus aut adiunctis, iuramento renunciauit hæreditati paternæ & maternæ. Non ita pridem alter ex fratribus G. nullis relictis liberis, alter uerò impubere filio relicto deceſſerunt. Hunc ſolum tutores prædicto feudo inueſtiri cupiunt, nec quippiã mulieribus ſororibus concedendum hic arbitrantur. Quæritur, an hæ fœminæ in tali feudo à patre & fratre relicto, nec antè unquam cum fœminis ſororibus diuiſo, ſuccedere, & quatenus debeant?

DOmini ac conciliatoris noſtri auxilio ſuppliciter inuocato: ac uidetur prima facie dicendũ, iſtas mulieres planè eſſe excluſas, per rationes ſubſequentes. Primò, nam inprimis utraq; filia dotem accepit, quæ
1 † meritò ijs imputatur, & eſt loco legitimæ, l.

quoniã. C. de inoff. teſta. l. unica, §. uideamus. C. de rei ux. act. Geminia. & Philip. Fran. in c. 2. de pact. in 6. Caſt. conſ. 120. notandum. nu. 2. & 3. uol. 2. Alex. conſil. 27. uideretur. nu. 6. & 7. uol. 5. latè Coraſ. in repet. l. filium, quem. in fi.
2 nu. 115. cum multis ſeq. C. fam. herciſ. Et † quã-
uis iure communi filia accepta dote nõ exclu-
datur à ſucceſsione, nec uideatur renunciaſſe hæreditati paternæ, d. l. quoniam. l. pactum. C. de collat. alioqui ſpeciali pacto & iuramento ad eam rem non eſſet opus, d. l. pactum. c. 2. de pact. in 6. tamẽ iſto caſu tacitè renunciatio facta uideri poteſt, quoniam inter nobiles generalis harum regionum conſuetudo eſt, ut fœminæ accipiẽtes dotem, intelligantur eam loco totius ſucceſsionis capere, ita ut ad eam amplius non admittantur. Itaq; iuxta hunc morem filiæ quæ in dotis conſtitutione non expreſſè retinuerunt ius ſuccedẽdi, uideri de-
3 bent illud tacitè renunciaſſe: cum † ex conſue-
tudine actus ſint interpretãdi, & in ſe habeant conditiones & qualitates de cõſuetudine ineſſe ſolitas, l. quòd ſi nolit. §. qa aſſidua. ff. de ædil. edict. l. ſi fundus. de euict. l. ſi prius. §. placuit. de aq. plu. arcen. l. circa. C. de locat. c. cæterùm. de donat. latiſsimè Dec. in l. ſemper in ſtipulationib. nu. 7. 8. 9. 10. 11. cum ſeq. ff. de reg.
4 iur. Nec † hæ tacitæ cõuentiones de natura cõ-
tractus aut de conſuetudine inductæ, minus obligent, quàm expreſſæ, l. cum quid. ubi Bar. & Dd. ff. ſi cer. pet. l. 4. ff. de pactis, ubi tacitè inuecta in habitationib. urbanis, pignori obligantur, quia ita ut fiat, conſuetudine eſt receptum, l. 4. l. licet. in quib. cauſ. pig. tac. cõtrah. Secundò etſi non apparet, V. accepta dote, ullam renunciationem feciſſe: tamen uerisſimile eſt, in apocha ex more inter nobiles uſitato id pòſt confectum eſſe. Quæ enim ſunt moris & conſuetudinis, ſemper præſumuntur ineſſe:
5 per iura iam allegata, & argumento † à com-
muniter accidentib. ſumpto, quod in iure ualidiſsimum eſt, gl. in l. cũ de indebito. ad uerb. præſumptionem. ff. de probat. ut latiùs exponit Euerar. in loco à communiter accidentib. A. uerò altera ſoror diſertè inuenitur renunciaſſe, cui quidem renunciationi ſtari debet.
6 Quia † omni iuri, ſiue re, ſiue ſpe cõpetat, re-
nunciari poteſt, l. 1. ubi Dd. C. de pactis, l. fin. §. fi. C. de temp. app. l. deniq;. §. ſi quid. de minorib. l. 1. §. ſi parens. ff. ſi quis à parente fuerit manumiſſus, latè Tiraq. in retract. proxim. §. 1. gl. 9. nu. 122. cum ſeq. eiq; renunciationi ſtandũ eſt, nec pœnitere licet, l. pactum. ff. de pact. maximè in renunciatione ſucceſsionis iam delatæ, cuiuſmodi hic fuit patris antea demortui hæreditas, l. ſi quando. §. 1. & 2. ubi Bal. & Sali. C. de inoff. teſtam. Imò iuri futuro faciliùs poteſt renunciari, quàm iuri præſenti, Bal. in l. illud. in 3. q. C. de ſacr. Eccl. Tiraq. præal. loc. nu. 123. & in repet. l. ſi unquam. ad uerb. donatione largitus. nu. 147. Neq; poteſt d. A. de inæqualitate dotis cõqueri: nam etſi tantùm 150. flor. acceperit, cum ſorori dati ſint 300. flor. tamen hoc quod deeſt compenſatur & reſarcitur aliunde, uidelicet per hæreditatis in alijs bonis portionem, quæ illi peculiariter eſt conceſſa. Deinde cum non ſit decepta ultra dimidiam, auxilium nullum habet, etiamſi appa-
7 reret inæqualitas: quia † nõ, ſicut minoribus,
ita mulieribus beneficiũ reſtitutionis conceditur, l. fi. C. de iur. & fac. ignor. & melior tex. in l. ſi mulier. 32. ff. ad S. C. Velleia. & l. ſi apud. ff. de
8 minor. nec † diuiſio retractari poteſt, quantũ-
uis ſit inæqualis, inter adultos, niſi probata ultra dimidiã iuſtæ æſtimationis læſione, l. 3. ubi eſt hæc cõmunis ſcribentium ſentẽtia, C. com. utriuſq; iud. Bar. in l. item ſi precio. §. quemadmodum. nu. 1. ubi d. l. 3. alleg. ff. loc. Canon. in c. dilecti. de emp. Schurff. loquens in terminis noſtris de diuiſione, conſ. 25. in ꝓpoſita. nu. 4. cent. 1. Tertiò nõ ſimpliciter d. A. renunciauit ſucceſsioni cũ marito, uerum etiã eam renunciationem iuramẽto firmauit, ut etiamſi alioqui nõ ualeret renunciatio, & ei ineſſet læſio, tamẽ propter iuſiurandũ eſſet rata habenda, per tex. expreſſum in c. quamuis. de pac. lib. 6. cuius diſpoſitio etiã in foro ciuili obſeruanda eſt, ut ibi uolunt Dd. & in c. cùm contingat. de iureiur. in auth. ſacramẽta puberũ. C. ſi aduerſus uend. quia agitur de periculo animæ, gl. 1. in c. 2. de reg. iur. in 6. per c. nouit. de iudicijs, c.
9 fi. de præſcr. cum alijs ibi alleg. Itaq; † etſi læſa
eſſet d. A. & ſine curatore iuſiurandũ præſtitiſſet, tñ quia iam uiripotẽs & adulta præſtitit, illud ſeruare deberet: auth. ſacramenta puberũ. ubi Dd. præſertim Iaſ. C. ſi ad. uend. quia non uergit in detrimentũ ſalutis æternæ, cuiuſmodi iuramenta oĩa iure Canonico ſtrictè ſunt obſeruãda, d. c. cùm contingat. d. c. ꝗuis. cum ibi not. etiam in terris Imperij, Iaſ. in d. auth. ſacramenta puberum. n. 1. & 30. cum multis ſeq. Couar. & Dd. d. c. 2. de pac. in 6. c. cùm contingat. de iureiur. de quo eſt conſtitutũ cõſt. 16. & 35. ubi paret, ne ꝓpter enormiſsimã quidẽ læſionẽ contra iuſiurandũ iri poſſe. Quartò nec poteſt ſe excuſare d. filia, quaſi ignorarit tempore renũciationis hæc feuda eſſe fœminina.
10 Nam † non eſt præſumendum filiã ignoraſſe
qualitatẽ bonorum paternorũ, per ea quæ tradunt in d. l. de tutela. C. de in integ. reſt. l. octaui. ff. unde cognati. Iaſ. poſt alios in l. 1. n. 20. ff.
11 ſi cer. pet. cum † ne uicini quidẽ ignorare præ-
ſumantur. c. quoſdam. 7. cum c. ſeq. ubi Dd. de præſumpt. Alex. latè conſ. 36. uiſis. nu. 3. uol. 1.
12 Eò † certè magis, ꝙ liberi intelligantur una
perſona eſſe cũ patre, l. fin. C. de impub. & alijs ſubſtit. & dñi paternorũ bonorũ, etiã uiuente patre, l. in ſuis. cum ibi not. de lib. & poſth. Vt
13 † igitẽ nemo ſuorũ bonorũ qualitatẽ ignorare
præſumitur, l. quiſquis. 15. ubi gl. ad uerb. debuerat. C. de reſcin. uend. Bar. in auth. ſed cum teſtator. num. 5. C. ad l. Falc. ita nec eius liberi:
14 cum † ne quidẽ uxor ignorare putetur bona
mariti, Cornæ. conſ. 165. circa. nu. 34. uol. 2. Et

ut

15 ut maximè d. A. ignorarit, tñ conſtat † genera-
lem renunciationē etiam ad nõ cogitata extē-
di, in ea quidē cauſa, ſuper qua eſt renuntiatū,
Iaſ. poſt Bar. in l. qui cū tutorib. de trāſact. Bar.
& Dd. in l. tres fratres. de pactis. Quia licet in
ea non cogitauerit qs de facto in ſpecie, tñ cen
ſetur cogitaſſe, aut cogitare debuiſſe in gene-
re, quod perinde ualet ac ſi in ſpecie cogitaſſet
ac renunciaſſet, l. qui iure militari. ff. de teſta-
mento milita. Ant. Gab. Rom. lib. 6. de reg. iur.
concluſ. 4. per tot. ideoq; cõprehendũtur hoc
caſu ēt ignorata, ſcd̃m Paul. de Caſt. in d. l. tres
fratres. n. 5. ubi hoc latius declarat, & addit ibi
Ang. ꝙ generalis ſcientia ſufficiat, quæ in du-
bio præſumit̃, maximè in tractatu uniuerſita-
tis, qualis eſt ſucceſsionis, l. 1. de rei uen. Nam
in actione uniuerſali præſumit̃ uniuerſaliter
cogitatū de omni eo, quod includi poterit, ſe-
cundum Bar. in l. ſi de certa. C. de tranſact. ubi
Iaſ. ēt & Dd. idq; potiſsimū obtinet accedente
iuriſiurādi (ſicut hic) religione, quæ pro ſpeci-
fica renũciatione habet̃, Bal. l. 1. n. 4. C. com. c.
ex reſcripto. de iureiur. Alex. conſ 27. uiſo. nu.
7. uol. 1. dixi s̄. conſ. 16. n. 92. Quintò, etſi renũ-
16 ciatio hic nulla eſſet facta, tamē fœminę † non
ſunt hic admittendæ alia rõne, ſcilicet quia in
feudis nõ ſuccedunt iure feudali, c. unico, §. fi-
lia. de feu. ſucceſſ. c. unic. in uerb. & in fœmina.
an mut. uel al. imper. c. 1. §. hoc aũt notandum.
de his qui feud. dar. poſſ. c. unic. uerſ. ad filias.
de ſucceſſ. fratr. uel gra ſucc. Bald. in l. quoties.
n. 2. cum ſeq. C. de ſuis & legit. ubi aſsignat ra-
tionem, quia non põt mulier obire ſeruitia ꝓ-
pter quæ feuda dant̃, ut militare, conſulere, ſe-
cretum tenere, &c. quam rõem & alias plures
refert Rom. conſ. 1. uiſis. n. 2. Curt. in trac. feud.
3. parte prin. in prin. Chaſſ. in conſ. Burg. tit. de
feudis, §. 5. Et hoc etiā procedit, qñ quis acce-
17 pit feudū pro ſe & hæredibus, quia † intelligit̃
de maſculis. c. 1. ubi Bal. de nat. feu. c. 1. quem-
ad. feu. conſtit. Curt. præall. lo. nu. 1. uerſ. & am
pliatur hæc regula. latè Soc. conſ. 19. adſit. n. 3.
par. 1. quæ feuda dicũtur hæreditaria, & tantū
tranſeũt ad eos, qui uel ex teſtamento, uel ab
inteſtato ſunt hæredes, Bar. in l. ut iuriſiurādi.
§. ſi libertus. de oper. lib. Bal. in c. 1. §. ſi deceden
ti. qui feu. da. poſſ. Mod. in l. quicquid. l. ſi ita. §.
Chryſogonus. de uerb. oblig. Alex. conſi. 100.
ponderatis. ubi dicit eſſe cõem, uol. 3. & conſi.
19. ſuper. in fi. & conſi. 28. in cauſa. col. pen. li. 5.
18 Pariſ. conſ. 1. n. 5. 6. 7. 8. 9. uol. 1. Sextò, etſi † hoc
feudū à fœmina originē haberet, ita ut poſsit
in eo alioqui fœminæ ſuccedere, tñ hoc intelli
gendū eſſet deficiētibus maſculis, d. c. unic. de
feud. ſucc. d. c. 1. §. filia uerò. de ſucc. feud. c. 1. §.
quin etiā. ubi gl. & Aluar. epiſc. uel abb. Curt.
præal. lo. n. 3. Bal. in d. l. quoties nu. 5. Iacob. in
tract. feu. in uerb. & fœminis. n. 3. & 10. Rom. d.
conſ. 1. & 367. circa primū. Zaſ. in epit. feud. de
feu. ſucc. in 2. col. quāuis ēt ad fœminas feudū
ꝑuenit, & ſi ex una maſculus extet, nā is quoq;
fœminis præfert̃: ut ꝓbat Caſt. conſ. 176. uide-
tur. n. 2. par. 1. Imo uolunt nõ pauci Dd. fœmi-
ex cauſa.ubi Iaſ.aut contractus in teſtamento
factos, l.ul. ubi Bal.de reb.cor.l.ſancimꝰ.in fi.
C.de teſtam.l.ex teſtamento.C.de fideic.l.ſi a-
uia.C.de iure delib.Rom. conſ.171.in ultimo
dubio, Guid.Pap.cõſ.233.in cauſa.circa finẽ,
Bertr.conſ.58.ſufficiẽter.in prin.lib.2.latè Ti-
raq.de legib.connub.in fin.glo.3.uerb. *contra-
ctier*. nu.95. exceptis ijs, quæ præteritis relicta
ſunt, Bar.nu.19.Iaſ.n.14.d.auth.ex cauſa.Cla-
64 rus de teſta.q.54.nu.3.cũ alijs ſ. alleg. Et †
quoniam hic clauſula codicillaris adiecta eſt,
idcirco etiã caſu, quo d. nepotes ad nihilũ re-
ducere teſtamentũ ex cauſa ꝑteritiõis hîc poſ-
ſent, tñ hæredi inſtituto nihilo minus ea por-
tio, in qua inſtitutus eſt, ex cauſa fideicõmiſsi
ab inteſtato deberet̃, Iaſ.poſt alios d. auth. ex
cauſa. nu.12.22.23.24.C.de lib.præter.nã hoc
clauſula codicillaris operat̃, l.eã quã. ubi Dd.
C.de fideicom.Itaqꝫ licet glo.d.auth.ex cauſa.
uelit clauſulam codicillarẽ nihil operari eua-
cuato teſtamẽto: & hãc gl. opinionẽ commu-
nẽ dicat Sig.de Homod.conſ.171.n.4. Molin.
nu.2.C.de inoff.don.poteſt tñ eſſe, teſte Cla-
ro de teſtam. q.46.nu.1.ꝙ fuerit ſuo tempore
cõmunis: ſed ſi conſiderent̃ authoritates Do-
ctorũ, qui pòſt ad noſtra uſqꝫ tempora ſcripſe
runt, proculdubio cõtraria reperiet̃ cõmunis.
Ideo dicit Alex.conſ.26.nu.5.lib.1.conſ.142.
num.4.lib.2. quòd illam gl. damnent cõmu-
niter Dd. Tenenda eſt ergo hæc contraria in
praxi opinio, ꝙ ſcilicet teſtamentũ etiam hoc
caſu ſuſtineat̃ in ꝑim fideicommiſsi, & filius
præteritus cenſeat̃ grauatus uirtute clauſulæ
codicillaris reſtituere per fideicõmiſſum hære
ditatẽ illi, qui eſt ſcriptus in teſtamẽto hæres:
Pariſ.conſ.30.nu.11.lib.3.Bal.conſ.391.nu.4.
lib.3.quem refert & ſequitur Tiraq.l.ſi unquã.
uerb.donatione largitus.nu.273.C.de reuoc.
donat.Cuman.conſ.126.circa prin. Alex.cõſ.
41.nu.5.in fin.lib.1.conſ.86.num.8.lib.3.& d.
auth ex cauſa.nu.13.ubi Iaſ.latè.num.23.24.
Curt.nu, 69. Guliel. Bened.c. Raynutius.in 1.
parte, nu.242.mihi fol.205.de teſtamen. Dec.
l.poſthumo.in 1.lectura, num.10.& 11.ac ibi
Succard.num.102.C.de bon.poſſ.cõtra tab.
Decius conſil.228.nu.2.3.conſ.242.num.2.3.
conſil.369.num.2.conſil.490.num.10.con-
ſil 671.in fine, Curt.iun.conſil.148.num.10.
Quod de plano ꝓcedere in caſu noſtro, hoc
eſt in præteritione liberorũ iam natorũ, (nam
in præteritione poſthumorũ maior eſt dubi-
tãdi ratio) pluribus oſtẽdit Clarus d.q.46.n.2.

CONSILIVM LXXXVI.

De remiſsione inuentarij.

SVMMARIA.

1 ¶ *Teſtator hæredi remittere confectionem inuentarij poteſt.*
2 *Scilicet in præiudicium legatariorum, nõ creditorum.*
3 *Pater poteſt liberorum tutores alogiſtas facere, non ſe alienæ rei ratiocinio liberare.*
4 *Pater non debet rationem adminiſtrationis bonorum quæ ad liberos in poteſtate conſtitutos pertinent.*
5 *Pater adminiſtrãs bona in qb.nõ habet uſumfructum, emancipatorũ rationes debet, ac inuẽtariũ: ſicut mater et auus maternus.*
6 *Etiã remiſſũ à teſtatore inuentariũ poteſt iudex à tutoribus fauore pupillorũ exigere.*
7 *Confuſio hæreditaria nõ impedit æris ſibi debiti deductionem.*

1 TESTATOR † hæredi poteſt remit-
tere confectionẽ inuentarij, Mon-
ticul. in trac.de confect.inuent. in
prin.nu.36.dicens hanc eſſe com-
munẽ: ſequitur Clarus de teſta.q.66.in princ.
licet contradicat Cremenſ.inter conſ.Alexan.
conſ.62.nu.1.lib.4.quod tñ ita eſt accipien-
2 dũ, ut remittere poſsit, ſcilicet † in præiudiciũ
cohæredum aut legatariorũ, Pariſ. dicens ita
cõmuniter concludi, conſ.68.nu.57.lib.2.ex
Bal.l fi.nu.6.C.arb.tutel.Crau.conſ.174.nu.
11.Didac.Couar.c.1.nu.17.de teſtam.Iul.Clar.
de teſtam.q.66.nu.1.addẽs, hoc caſu retinere
Falcidiã hæredem, quam aliàs nõ retinet, qui
repertoriũ non conficit, l.ult.C.de iur.delib.
quorũ reſpectu minus neceſſaria aut uſitata
eſt inuentarij confectio, Mont.eod.trac.in 4.
art.princ.de effectu, nu.187.& in 5.memb.nu.

4.5.per Oldra.conſil.134.conſ.242. non etiã in necem & iniuriam creditorum, quibus nulla diſpoſitio pactiõe debitoris nocere poteſt, aut debet, l. debitorum. C. de pact. Monta. co. tract. in prin. nu. 36. per communẽ ibi Dd. doctrinam, & l. nemo poteſt. ubi Bar. Bald. Caſtr. Alexan. Aretin. Iaſon, Ripa, Ioann. Annib. nu. 406. ac communiter ſcribẽtes, de legat. 1. Crauet. dicens ita communiter teneri, conſil. 174. nu. 11. Iul. Clarus. de teſta. quæſt. 66. nu. 1. addens, quòd eiuſmodi remiſsione non attẽta, niſi hæres faciat inuẽtarium, eum in ſolidum
3 creditoribus ſatisfacere debere. Quare † licet ſuorũ liberorum tutores alogiſtas facere poteſt remiſſa etiã inuẽtarij confectione, l. fin. C. arb. tut. Bart. nu. 12. Claud. nu. 31. Iaſ. in 2. lec. nu. 65. Crot. nu. 49. Ioann. An. nu. 388. Ripa nu. 85. l. nemo poteſt. de legat. 1. Iul. Clar. de teſtam. q. 66. nu. 3. 4. ſicut & ſatiſdationes fauore hæredum remittere, l. 2. C. ut legat. no. Ant. Gala. conſ. 39. nu. 11. tomo Franco. 4. non tamẽ ſe, uel hæredẽ à ratiocinijs rei alienæ pupillari debitis liberare poteſt ut debitor, per prædicta. Ab † his enim ſolus pater adminiſtrans
4 materna aut aduentitia liberorũ bona, quos quidẽ habeat in poteſtate, liberatẽ, l. ult. §. filijs. C. de bon. quæ lib. nec tñ uſq; adeo, quin ad qualẽcunq; bonorũ deſcriptionẽ, unde appareat, quid in bonis liberorũ, & quid ijs reddẽdũ ſit, teneatẽ, l. 1. §. ſi ſeruus. de uẽt. in poſſ. mit. l. litis. §. ſi pater. ubi Bar. de neg. geſt. Iaſ. l. præſes. nu. 3. C. de tranſa. Myſ. obſ. 92. cent. 2. Bart. & Dd. l. ult. §. filijs. C. de bon. quæ lib. Boer. deciſ. 61. Corn. conſ. 105. parte 3. conſ. 240. parte
5 4. conſ. 27. uol. 2. Cæterùm † adminiſtrans bona liberorũ ſuorũ emancipatorũ prorſus, ut alius tutor, ad rationes & inuẽtariũ teneẽ, Iaſ. d. l. præſes. nu. 3. & 4. C. de trãſa. Bal. l. ſi ſuperſtite. n. 1. poſt Bar. C. de dol. mal. & l. licet. in fi. C. ad l. Falc. auth. eiſdẽ. C. de ſecũd. nup. l. cùm oportet. §. ſed cùm tacitas. C. de bon. quæ lib. ſicut & aliorũ omniũ, in quibus uſumfructũ non habet, Bart. l. ult. §. 1. de uerb. obl. Bal. d. l. cùm oportet. §. fin. C. de bon. quæ lib. l. filiæ cuius. C. fa. hercíſ. Soc. conſ. 34. proſequendo. in fin. uol. 1. Neguzãt. trac. pig. 4. memb. part. 2. n. 16. 17. 18. Multò igitẽ magis ipſa mater, quæ nõ habet in poteſtate, §. fœminę. Inſt. de adop. & conſequẽter auus maternus, ad inuẽtarium ac rationes obligantẽ, Dec. conſ. 349. n. 10. Gozad. conſ. 99. in fine, Boer. deciſ. 61. per l hac edictali. 6. §. illud. C. de ſecun. nup. l. 2. C. quãd. mul. tutel. off. Bal. l. cùm oportet. §. ult. l. fin. §. paterna. C. de bon. quæ lib. ac proinde illorũ etiã omniũ hæredes, l. 1. 2. C. de in litẽ iuran. l. tutelæ. l. oẽs. C. arb. tutel. quod maximè procedit, cùm in tẽ pupillorũ (ut plerunq;) futurũ
6 eſt. Nã † etiãſi teſtator remiſerit cõfectionem inuẽtarij tutoribus, ſicut poteſt, l. fi. C. arb. tut. tñ ſi uiderit iudex pupillis expedire, ut fiat, ad id tutores cogere poteſt, non attẽta teſtatoris remiſsione, Bar. nu. 12. & Dd. l. nemo poteſt. de legat. 1. Didac. Couar. lib. 2. reſolut. c. 14. nu. 4. Iul. Clar. de teſtam. q. 66. nu. 5. quia remiſſa tãtùm intelligitẽ redditio leuis culpæ, nõ latæ, l. quidã decedẽs. de adm. tutor. l. cũ tale. §. 1. de cond. & demõſt. Ant. Galat. cõſ. 39. explicãda.
7 nu. 19. tomo Frãco. 4. Quãuis † aũt hîc pupilli ſunt ex parte cohæredes, non tamen poteſt allegari confuſio, qualis eminet debitore ac creditore ſibi inuicem ex aſſe ſuccedentibus, l. debitori. C. de pact. glo. & Dd. l. ult. §. in cõputatiõe. C. de iure delib. Nam quatenus tñ ſuccedunt, eatenus fit confuſio, l. cùm à matre. C. de rei uẽd. pro cohæredũ portione pro extraneis habentur, l. ſi adulter. ubi Sal. C. de hære. actionib. l. 2. §. ult. ubi gl. fin. de prætor. ſtipul. Tiraq. de retrac. prox. §. 32. gl. unic. n. 50. Itaq; ut reliquum æs alienũ ſibi uel alijs debitum, ſic etiã hæc ex reliquatione adminiſtrationis debita de tota ſucceſsiõe & bonis, & ſic de ſua quoq; portione in qua ſucceſſuri ſunt, ante omnia deduci rectè deſiderãt, l. ſi filia. 20. §. 1. l. fundus. 51. famil. herciſcund.

CONSILIVM LXXXVII.

De ſucceſsione eius qui contra matris uoluntatem & ſtatuta nuptias contraxit.

SVMMARIA.

1 ¶ *Hæres hæredis huius loco admitti debet.*
2 *Coniugium eſt iuris diuini & naturalis.*
3 *Statuto libertas matrimonij non debet inhiberi, ut nec pacto.*
4 *Sub pœna amittendæ hæreditatis coniugia prohiberi non debent.*
5 *Vitiũ copulæ per ſubſequẽs coniugiũ tollitur.*
6 *Mater nõ poteſt nuptias liberorũ inhibere, cũ eius cõſenſus de neceſsitate nõ requiratur.*
7 *Non poteſt exhæredari filius ob nuptias inuito parente contractas.*
8 *Matris præteritio teſtamentum euacuat.*
9 *Portio uiduæ non poteſt teſtamento auferri.*
10 *Quod nullum eſt, nullum parit effectum, niſi quo ad pœnam.*
11 *Viduæ portio præ legitima matris debetur.*
12 *Non licet ab inteſtato capere legitimam, reliqua ſucceſsione repudiata.*
13 *Clauſula codicillaris licet non ſubintelligatur, niſi in teſtamento inter liberos, tamẽ quia quotidiana, facilè preſumitur adiecta.*
14 *Ex clauſula codicillari inſtitutus, euacuata inſtitutione capit ab inteſtato.*

CON-

CONTRAXIT quidã contra matris uoluntatẽ ac ſtatuta patriæ cõiugium cũ puella priùs à ſe uitiáta: quã pòſt nõ ſuſcepta prole hæredem in ſuis bonis & portione, quã in bonis demortui patris adhuc indiuiſis habebat, ex aſſe inſtituit: mater & fratres eam cohæredẽ repudiãt: quæritur, quid iuris?

1 EQuidem † uidua à marito inſtituta re-
præſentat eius perſonã, proindeq́ꝫ loco
ipſius admitti debet, l. hæredem. de reg.
iur. §. 1. in auth. de iureiu. à mor. prȩſt. nã & hæ
rȩs hæredis eſt hæres. l. ult. C. de hær. inſt. l. ſciẽ-
dũ. 70. de uerb. ſig. l. 1. 2. 3. de pet. hær. Bar. l. pa-
terfam. de uulg. & pup. Alex. cõſ. 56. uol. 1. Nõ
obſtãt, quæ de matrimonio obijciunt. Con-
2 ſtat † illud eſſe iuris nedũ naturæ, l. 1. §. ult. de
iuſt. & iure, in prin. Inſt. de iure natur. c. ius na-
turale. diſtin. 1. uerumetiã diuini, gl. uerb. ma-
trimoniũ. in prin. Inſt. de iur. nat. gent. Bar. l. 1.
§. fi. nu. 5. & Caſt. ibi. n. 11. de iuſt. & iure, c. ſicut.
§. his ita. 32. q. 2. c. 1. de uoto & uoti redẽp. li. 6.
Hoſt. de matrim. n. 8. ſecundũ ipſius Seruato-
ris dictũ Matt. 19. 6. Quos Deus cõiunxit, &c.
3 Quare † nec ſtatuto libertas matrimonij, quæ
debet eſſe liberrima, c. requiſiuit. de ſponſ. l. Ti
tio. 70. §. 1. de con. & demõ. l. Titia. de uerb. ob.
inhiberi poteſt, Dec. nu. 38. l. nuptias. de reg.
iur. ut nec pacto, Iaſ. nu. 10. 12. dicẽs ita cõmu-
niter cõcludi l. 1. §. huius. de iuſt. & iure, Alex.
conſ. 97. principali. nu. 7. cũ ſeq. uol. 1. t. t. C. de
4 ind. uid. tol. ubi probat̃, ſub † pœna uel iactu-
ra ſucceſsionis aut ſimilis capionis coniugia
non ꝓhiberi, Bar. & Ang. l. adijcimus. de muri
leg. lib. 11. Io. And. c. ſtatutũ. in princ. de hæret.
lib. 6. Cũ uitiata quoq́ꝫ rectè coniugiũ initur,
l. ſi quis. §. ult. de adult. c. inter opera. de ſpõſal.
5 c. qm̃. de iureiu. Imò † quoties q̃ conſueuerũt,
matrimonio iungunt̃, omne prius uitiũ tolli-
6 tur, c. tãta. ubi Dd. q̃ fil. ſunt leg. Mater † quoq́ꝫ
cùm non habeat filiũ in poteſtate, §. fœminæ.
Inſt. de adop. nõ impedire poteſt, quo minus
hic iure publico iuſtas nuptias rectè contra-
hat, l. 1. l. in cõiunctione. 20. C. de nup. l. filius.
ubi gl. ff. de ritu nup. cuius cõſenſus de hone-
ſtate magis, quàm neceſsitate requiri dicit̃, c.
ſufficiat. 27. q. 1. c. 1. de deſponſ. impub. c. cùm
7 cauſa. ubi gl. de repud. Quòd † etſi hæ nuptiæ
fuiſſent iniuſtæ, non tñ ideo priuãdus eſſet fi-
lius, uel cõiunx eius hæres ſucceſsione pater-
na, quæ ante nuptias obuenerat: cùm ne qui-
dẽ exhæredari ob hanc cauſam queat, Dec. l.
nuptias. n. 10. de reg. iur. Iaſ. auth. ſed ſi poſt. n.
12. 13. C. de inof. teſt. Soc. reg. 281. qua tñ exhæ
redatione nõ eſſet opus, ſi quidẽ ipſo iure ex
hac cauſa ius ſuccedẽdi cõmitteret̃. Matri fa-
teor legitima cõtra hoc teſtamentũ debet̃ titu
lo inſtitutiõis, Iaſ. n. 37. auth. nouiſsima. C. de
inoff. teſt. hoc eſt triẽs, Iaſ. ibidẽ n. 35. 36. Alex.
8 conſ. 140. ſuper. nu. 10. uol. 1. quæ † cùm ſit ꝓ-
ſus hîc præterita, teſtamẽtum quo ad inſtitu-
tionẽ, euacuare, atq́ꝫ ita excludere inſtitutã ui-
duam poteſt, auth. in teſtamẽto. C. ad Tertul.
auth. ex cauſa. ubi Bar. nu. 1. Iaſ. nu. 9. & 10. ac
Dd. C. de liber. præter. cui mater proculdubio
præfertur, l. 1. & uerſ. ſi enim ſuæ ſubſtãtiæ par-
tem uxori dereliquit. C. de inſt. §. nouimus. in
auth. de trien. & ſemiſ. ut extraneæ, l. 1. ubi Iaſ.
& Dd. C. unde uir & ux. l. affinitatis. C. com. de
ſucceſ. bonus tex. §. ſi tamen. aut uxori aut ex-
traneæ perſonæ. in auth. de teſt. imperfec. ſal-
9 ua † tamen uiduæ portione ab inteſtato debi
ta, ex auth. præterea. C. unde uir & uxor, uel a-
lia ſtatutaria, ut cõſt. 26. parte 3. quæ nec qui-
dẽ iuſto teſtamento poteſt auferri, Iaſ. d. auth.
præterea. nu. 18. dicẽs hanc eſſe communẽ: ſe-
quit̃ conſtit. 7. parte 3. tm̃ abeſt, ut tolli debeat
per uitiũ teſtamẽti, quo maritus nõ modò ni-
hil auferre, ſed omnia cõferre uxori uoluit, cõ
tra regulã, ꝙ uoluntas teſtatoris non debeat
contrariũ operari effectũ, §. exhæredatos. uerſ.
quomodo erit iuſtũ. in auth. de hæred. & Falc.
itẽ, Inducta ad augmentũ, &c. Iaſ. l. legata inu-
10 tiliter. nu. 8. de legat. 1. & † eius quod nullũ eſt,
ſicut contra legẽ facta annihilãtur, l. non du-
bium. de legib. nullũ eſſe oportere effectũ, c. 2.
de teſtib. Soc. conſ. 115. nu. 15. uol. 4. cũ ibi alle
gat. Pariſ. conſ. 171. nu. 1 uol. 4. Chaſſ. de feu. §.
8. uerſ. *ne prend.* nu. 4. Etſi uerò tales actus non
ſunt ſine effectu, quoad pœnã, Bal. Sal. & Dd.
l. non dubiũ. C. de legib. l. ſi quis maior. C. de
tranſac. tñ hoc accipiendũ eſt de ijs qui cõtra
legẽ cõmittunt actũ prohibitũ faciẽdo, Dd. d.
l. non dubiũ. quod cõmiſſum huic uiduæ im-
putari nequit, quæ ſe inſtitui hæredẽ paſſa eſt,
uel etiã ignorans inſtituta eſt, quũ clam hære-
de, qui teſtis hîc eſſe nequit, teſtamẽta cõdan-
tur, §. ſed neq́ꝫ hæres ſcriptus. Inſt. de teſta. l. q̃
11 teſtamẽto. ff. eo. tit. Et † hæc uiduæ portio præ
legitima matris debet̃, Bal. conſ. 57. quia. uol.
1. & l. Papin. §. ſi quis. 15. ubi etiã Alex. Ang. &
alij de inoff. teſt. & in l. 2. C. de reuocan. quæ in
fraud. cred. Iaſ. cõſ. 181. in præſenti. uol. 2. Alex.
conſ. 30. iuxta. nu. 1. & 4. uol. 4. Caſtr. cõſ. 250.
part. 1. Coraſ. l. filiũ quẽ. C. fa. herciſc. Quanq́ꝫ
iſto caſu euacuata ob præteritionẽ matris in-
ſtitutione res ad cauſam inteſtati reduceret̃,
d. auth. ex cauſa. §. aliud. cũ ſeq. in auth. ut cũ
de app. nec mater legitimã caperet, ſed totam
12 ſucceſsionem, à † qua legitimã ſeparare & illa
repudiata hanc capere nõ poſſet, Iaſ. l. 1. nu. 11.
& 12. de acq. hæred. Bal. l. gerit. q. 3. eo. tit. Cyn.
Bal. & alij, l. hæres inſtitutus. C. de impub. ſub-
ſtit. & ꝓinde omnino uiduæ, uelut æs alienũ,
portionẽ ſuã ex d. auth. præterea uel pacto do
tali, aut ſtatuto debitã ſoluere cogeret̃, l. Pu-
blius. 36. §. 1. de cond. & demõſt. d. l. Papin. §. ſi
quis. ubi Alex. & Ang. de inoff. teſt. Bal. d. cõſ.
57. quia. lib. 1. ſicut ipſe defunctus ſoluere ſo-
luto matrimonio coactus eſſet, t. t. ff. & Cod.
13 ſolut. mat. Cæterùm † ſi clauſula codicillaris
huic teſtamẽto (quod tranſmiſſum nõ eſt) ad-

iecta ſit, ſicut uериſimile eſt notariũ appoſuiſſu, Alexan. conſ. 105. reuerendo. nu. 9. 10. uol. 2. cùm quotidie adijci ſoleat, cap. 1. de cleric. nõ reſid. l. quòd ſi nolit. 31. §. quia aſsidua. de ædil. edict. (unde probabilis coniectura ducitur, l. ideoq́ꝫ. ubi glo. de leg. l. quædam. §. nũmularios. de eden. gl. l. neq́ꝫ. C. de prob. Euerar. lo. leg. à com. acc. licet nõ ſubintelligat̃, niſi in teſtamento inter liberos, gl. l. cohæredi. §. cùm filiæ. ubi gl. & in fine, teſtat̃ cõmunem, de uulg. & pup. Boer. deciſ. 240. nu. 6. Bello. cõſ.
14 85. nu. 4. Clarus de teſta. q. 8. nu. 7.) hoc† caſu uiduæ ſucceſsio in teſtamento directo relicta ab inteſtato, deberet̃ indirectè & per obliquũ tãq̃ fideicõmiſſaria, Iaſ. d. auth. ex cauſa. n. 11. C. de lib. præter. Clar. de teſta. q. 46. nu. 1. cum alijs ſ. alleg. conſil. 55. nu. 64. detracta matris ſcilicet legitima, quæ legatis & fideicõmiſsis detrahit̃, cùm aliunde (ut in tali uniuerſali fideicommiſſaria hæreditate) haberi nequit, l. quanquam. 10. C. ad l. Falcid. Bald. l. ſcimus. 36. §. illud. 2. nu. 9. C. de inoff. teſtam. Iaſ. l. cùm filiofamil. 11. num. 46. de legat. 1. & l. filium quem. num. 11. 12. inf. ſamil. herciſcund. l. Marcellus. 3. §. res quæ. ubi Iaſ. num. 11. 12. ad S. C. Trebel. l. cohæredi. 41. §. cum. filiæ. 2. de uulg. & pupil. etiã piæ cauſæ relictis, l. ſi quis. 37. C. de epiſcop. & cleric. ubi gl. Iaſ. l. quod Seruius. in fine, de cõd. cauſ. dat. Bart. cõſ. 34. Alex. l. in teſtamento. de uulg. & pup. Soc. cõſ. 207. li. 2.

CONSILIVM LXXXVIII.

De reuocatione teſtamenti.

SVMMARIA.

1 ¶ *Teſtamentum etiam coram imperatore factum, uel iuratum, ſemper reuocari poteſt eodem, quo fit, modo.*
2 *Solennitas teſtamentaria ad duos reduci teſtes poteſt.*
3 *Non eſt laborandum de uerbis, ubi de uoluntate conſtat.*
4 *Geminatio uolũtatis certitudinẽ confirmat.*
5 *Reuocatione coram teſtibus facta ſola uoce, teſtamentum infirmatur.*
6 *Hæreditas euacuato teſtamẽto quãdo ad hæredes ab inteſtato uel ad fiſcum redeat.*
7 *Reuocatio coram tribus teſtibus facta, tollit teſtamentum poſt decennij ſpatium.*
8 *Sola cancellatione reuocatur teſtamentum.*
9 *An ſola profeſsione?*
10 *Teſtamẽtum ſecundum inualidum ſi aliquo caſu ualidari poteſt, reuocatur prius.*
11 *Bona emphyteutica an teſtamento relinqui poſſint? & an quis duobus cum teſtamentis decedere poſſit?*

Summaria rationum decidendi.

12 *Teſtamenta temerè reſcindi non debent.*
13 *Profeſsio etiam coram ſeptem teſtibus facta, abſq́ꝫ cancellatione teſtamentum non reuocat.*
14 *Eadem ſolennitate teſtamentum reuocandum, qua conſtat.*
15 *Pœnitentia & reuocatione quomodo teſtamentum annihiletur.*
16 *Teſtes ad reuocationem eſſe rogatos oportet.*
17 *Teſtes non præſumuntur rogati.*
18 *Ruſticitas aut ignorantia iuris factum mulieris non excuſat.*
19 *Qui nõ cõdit teſtamentũ, aut illud reuocat, intelligitur uocare ab inteſtato ſucceſſuros.*
20 *Reuocatio teſtamenti ſola non ſufficit.*
21 *Expreſsio eorum quæ tacitè inſunt, nihil operatur.*
22 *Iuramentũ inducit teſtamẽto clauſulã derogatoriã, nec abſq́ꝫ periurio reuocari poteſt.*
23 *Voluntas teſtatoris legibus eſſe conformis intelligitur.*
24 *Emphyteuta ius ſuum teſtamẽto relinquere abſq́ꝫ conſenſu domini poteſt.*
25 *A communi non eſt iudici recedendum.*

TESTATRIX coram aliquot perſonis ſenatus ad hoc euocatis & rogatis fecit teſtamentũ, quod poſtea ad inſtantiã unius proximi ab inteſtato qui hoc magiſtratui indicabat, dicebatur uelle reuocare: magiſtratus tres ex ſuo collegio ad hoc miſit, quæ ſuper hoc ab ijs rogata tantum dixit ſe nõ poſſe ſeruare teſtamentum, quòd ipſamet in ea relictis ad alimoniam indigeret, nec plus locuta paulo pòſt expirauit: quæritur, an reuocatio ualeat?

VIdebatur ualere, quia teſtamenta ut cõduntur libera uolũtate, l. 1. C. de ſac. eccleſ. ita reuocant̃ liberrima uoluntate, §. poſteriore. Inſt. quib. mo. teſta. ſecundũ communẽ, Dec. conſ. 264. nu. 1. Iul. Clar. de teſtam. q. 94. nu. 1. Crau. cõſ. 143. Gulielmus. nu. 1. 2.
3. cum ibi alleg. quę durat ad extremũ ſpiritũ, Crau. cõſ. 143. Gulielmus. n. 1. l. 4. loca. l. 4. de ad. leg. reuocabilis & mutabilis, d. l. 4. & paſſim, de ad. leg. ut ex ea retractari ſemper teſtamentum queat eodem, quo fit, modo, Iulius Clarus de teſta. q. 91. in prin. nec eſt remediũ, ut inquit Ang. §. ex eo. Inſt. quib. mo. teſt. n. 3. l.
1 hæredes. §. ſi quid. de teſta. adeo † ut etiam coram imperatore factũ, abſq́ꝫ eius cõſenſu reuocari poſsit, Bart. l. omniũ. nu. 3. C. de teſtamen. Cla-

Clarus d.quæſt.94.nu.2.etiam iuratum, gloſ. c.ult.uoluntas.13. quæſt.2. Alex. dicens communem, l.ſtipulatio iſta.nu.5. de uerb.ob. Clarus d.q.94.num.3. Vt igitur hîc coram tribus ſcabinis factũ eſt teſtamẽtum, ita corã iiſdẽ reuocari nimirum potuit, l.omnium. d. l. ſancimus. C. de teſta. ubi communiter Dd. maximè
2 cũ ſtatutũ ciuitatis non plures requirat, † quo ſtatuto uel ad duos teſtes reduci ſolẽnitas teſtamentaria poteſt, Bar. Bal. Sal. Alex. l. ſi non ſpeciali. C. de teſta. Cyn. Iaſ. & Dd. l. 1. C. de ſum
3 ma trinit. nec † laborandum de figura uerborũ, ubi de uolũtate cõſtat: addit. ad Bar. d. l. ſancimus. C. de teſta. per l. cũ uirũ. ubi Coraſ. latè; C. de fideicom. l. ſi quis filium. C. de lib. præt. l. Publius. 36. l. in cõditionib. de cond. & dem. c. ſedulo. diſt. 38. latè Iul. Clar. q. 76. de teſta. per
4 tot. quã † hîc cõfirmat ipſa geminatio & repetitio identidẽ facta, Bart. l. triticũ. de uerb. obl. l. cùm ſcimus. C. de agr. & cenſ. lib. 11. ubi Bart. nu. 7. & l. ex hac ſcriptura. de donat. ubi Ang. Caſt. Rom. l. gerit. de acq. hær. Panor. c. ſi cautio. de fid. inſtru. Euerar. loc. à ui gemina. enixam uoluntatem oſtendens, Euerar. ibid. in princip. per l. quinquaginta. de probat. Pariſ. conſil. 10. num. 57. conſi. 131. uol 1. & multum operans ad ualiditatẽ eius quod agitur, Bart. l. cùm ſcimus. nu. 6. 7. C. de agr. & cenſ. lib. 10.
5 pro quo facit, ꝙ ſi † teſtator coram ſeptem teſtibus dicat, Reuoco & annullo teſtamentũ à me conditum, quia uolo decedere inteſtatus, hoc ſolùm ad reuocationẽ prioris teſtamenti ſufficit, ex quo aſſerens ſe uelle inteſtatũ decedere, præſumatur & cenſeatur inſtituere uenientes ab inteſtato, l. 1. §. ſi hæres. ſi tab. teſta. Natta auth hoc inter. n. 11. C. de teſta. Bar. l. ſi iure. poſt n. 3. de leg. 3. Alex. l. ſancimus. C. de teſta. Bertr. conſ. 25. in prin. li. 3. par. 1. & cõſ. 12. poſt num. 2. lib. 2. parte 2. Alexan. conſil. 30. num. 3. lib. 3. Dec. conſil. 582. num. 1. Ioann. Dilect. de arte teſtan. tit. 10. caut. 3. num. 2. Didac. Couar. in rubr. de teſtamen. parte 2. num. 21. concluſ. 6. Iul. Clar. de teſtamen. quæſt. 92. in fine:
6 ad † quos etiam alioqui hæreditas cancellato teſtamento deuoluitur, non ad fiſcum, Alex. l. noſtram. num. 3. C. de teſtam. Aretin. §. ex eo. num. 2. Inſt. quib. mod. teſtam. niſi teſtator tantùm nomina hæredum deleuiſſet, uel iis ut indignis ademiſſet, Imol. cap. cùm eſſes. num. 30. de teſta. Clarus de teſtam. quæſt. 93.
7 in fine. Accedit, quòd † à tempore prioris teſtamenti decennium ſit elapſum: conſtat autem reuocationem ſaltem coram tribus nuda uocẽ factam, tollere prius, quando interceſſit decennium, l. ſancimus. ubi Alexand. nu. 8. dicit communem, C. de teſtam. non à reuocatione, ſed tempore conditi prioris teſtamenti computandum, gloſ. fin. in dict. l. ſancimus. quam Iaſ. numer. 15. dicit ibi communiter approbari. Et hanc opinionem communiter teneri atteſtatur Ruin. conſi. 6. numer. 2. lib. 2, Guilielmus Benedict. in 1. parte repet. c. Raynutius. numero 8. in fine, Iul. Clarus de te-
8 ſtamen. quæſtio. 91. num. 4. Præterea † ſi ſolà inciſione uel cancellatione teſtamẽti illud annihilatur, Crauet. conſil. 228. in propoſito. nu. 1. per l. cancellauerat. l. proximè. l. fin. de his quæ in teſt. del. etiam alio nõ facto, l. noſtram. C. de teſtamen. ut communiter concludunt Doctores, Crauet. conſil. 228. nume. 1. Iul. Cla-
9 rus de teſtamen. quæſt. 93. in princ. cur † non & ſola teſtatoris profeſsione coram teſtibus facta, cùm hinc conſtet eius uoluntas? l. non aliter. de legat. 3. l. Labeo. de ſupel. leg. Curt. iun. conſilio 169. num. 1. Iul. Clarus de teſtam. quæſt. 76. num. 4. quæ ſola attendi debet, Iul. Clarus ibidem numer. 1. 2. cum multis ibi allegat. etiam in reuocatione teſtamenti, Iul. Clarus de teſtament. quæſt. 91. num. 1. uerſic. Sicut enim in teſtamentis condendis uoluntas teſtatoris maximè conſideratur, ita etiam in illis reuocandis teſtatoris uoluntas præcipuè conſideranda eſt, ut iuxta communes regulas eo genere quodque diſſoluatur, quo colligatum eſt, uulgata l. nihil tam naturale.
10 de regul. iur. adeo † ut etiamſi non ualeat ſecundum, aliquo tamen caſu ualere, & ex eo hæreditas adiri poſsit, prius intelligatur reuocatum, ut communem dicit Ruin. conſil. 8. numero 8. libro 3. quam licet impugnet Clarus de teſtamen. quæſt. 96. in fin. illud tamen fatetur, etiamſi non ſit adita hæreditas ex ſecundo, prius nihilominus teſtamentum ipſo iure ſublatum eſſe, Alexan. conſil. 37. numer. 3. lib. 1. conſil. 87. num. 7. lib. 2. Didac. Couar. rubr. de teſtamen. parte 2. num. 21. in 7. concluſ. quæ præſertim obtinent, accedente aliqua pietatis, uel alia fauorabili cauſa, Alexan. in terminis, conſil. 104. paucis. num. 2. 3. 4. uol. 2. quæ etiam teſtamenta habentia clauſulam derogatoriam uel expreſſè uel tacitè, (ut inter liberos condita, Crauet. conſil. 143. num. 7. conſil. 152. num. 2. conſil. 160. numer. 2.) faciliùs per ſecundum reuocari facit, Crauet. conſil. 25. num. 11. 12. Accedit hîc & illa ra-
11 tio, quòd † quædam bona emphyteutica tenuit ab eccleſia, quæ non uidetur abſque eius conſenſu potuiſſe teſtamento relinquere: ideòque ea parte teſtamentum non ualere, & ab inteſtato ſucceſsioni locum eſſe, etiam abſque reuocatione, Ferrar. in for. reuoc. feud. §. 1. numero 3. Specul. de feud. §. quoniam. uerſic. 40. Mich. Graſſ. commun. opin. libro 1. capite 16. quæſtione 31. præſertim non reſeruato iure eccleſiæ, Iaſ. l. ult. num. 71. 75. C. de iur. emphyt. ubi gloſ. uerb. cadet. Canon. cap. potuit. de loca. & ſucceſſorum, qui ius habent, Alexan. conſil. 106. num. 8. & conſil. 107. li. 4. In ſumma, quandoquidẽ nemo teſtator cum duobus teſtamentis decedere poſsit, gl. §. poſteriore. Inſtitut. quibus mod. teſt. infirm. maximè quoties circa inſtitutionem uel legata eſt aliqua diuerſitas, Roman. conſil. 235. quo ad primum. in 6. dubio, Crauet. conſil. 143.

Guilielmus.num.4. idcirco poſterior eius uo-
luntas ſemper derogat priori, iuxta d.§.poſte-
riore.l.pacta nouiſsima. C. de pact. & licet ſo-
lenniter ſecundum teſtamentum non ſit fa-
ctum, tamen ſi teſtator abrogauerit prius, il-
lud nihilominus caſſatur, l.ul.& tot.tit. de his
quæ in teſt.delent. & exiſtimatur reuocans uo
luiſſe ab inteſtato decedere, illincq; ſucceſſu-
ris hæreditatem relinquere legitimam, l. con-
ficiuntur.C.de iure codicil.l.1.§.ſi hæres.ſi tab.
teſta.Bartol.l.ſi iure.num.3. de legat.3.Marcus
Antonius Natta authen.hoc inter.num.11.C.
de teſtam. Iulius Clarus de teſtam. quæſt. 92.
in fine.Nam etiã teſtamenta & eorum reuoca-
tio pendent à uoluntate teſtatoris, Clarus de
teſtament.quæſt.91. in princip. quæ ambula-
toria eſt uſq; ad extremũ uitæ ſpiritum, l. cum
hic ſtatus.§.ait oratio.de donat.int. uir. & ux.
l.translatio. in fin. de adimen. legat.cap. ulti-
ma uoluntas. 13.quæſt.3.l.ſi quis in principio
teſtamenti.de leg.3. c.cùm Marthæ. de celebr.
miſſ.Ant. Galat. conſ.39. nu.7.10. Francoſ. 4.
Crauet.conſil.143.num.1. & proinde nouiſsi-
ma eius uoluntas priori hîc derogare ac ante-
ſtare debet, Crauet. c. Caius. præall. loc.l. 4.&
paſsim, de adimen.legat. gl.& Dd. l.pacta no-
uiſs.12.C.de pact. Hæc licet ſpeciem iuris præ-
texant, contrarium tamen in præſenti caſu pu
to ſtatuendum, ex ſubſequentibus.

Rationes decidendi.

12 NON † enim temerè teſtamẽta reſcindi de-
bent, Iaſ.l.ſancimus. nu.15. C. de teſta. Angel.
§.ex eo.ubi Theoph. Inſt. quib. mod. teſt. ſed
ad hoc multa requiruntur, ut poſteriore tol-
latur prius, Crau. conſ.143.nu.3.4.ꝑ quo po-
tiùs in dubio præſumi debet, Crau. ibid.n.15.
nec rectè ſine cõtraria uolũtate, quæ expreſsis
uerbis ſit facta, d.l.ſancimus.ubi Bar.C. de te-
ſtam.§.pe.Inſt.quib.mod.teſta. Anch. & Imol.
c.cùm eſſes. de teſtam.Raph.Cuman.l.ſi filius
qui in poteſtate.de lib.& poſth.quibus uolun
tas congruere intelligitur, l Labeo.de ſup.leg.
de qua hîc non conſtat, cùm non dixerit teſta
trix ſe nolle ualere teſtamentum, ſed tantùm
ideò non poſſe ſeruari, quòd ipſamet relictis
ad ſui ſuſtentationem egeret: quod oſtendit,
uoluntatem ſeruandi non deſijſſe, quatenus
ſeruari poſſet, Bar.l.demõſtratio.§.1. de cond.
& demonſt.Bal.l.3.C.de falſ.cauſ.adiect. ſicut
ſeruari nunc poteſt, poſtquam illa nimis an-
xiæ ſolicitudinis cauſa euacuata eſt per mor-
tem eius ſtatim ſubſecutam, tot. tit. C. de falſ.
cauſ adiec. quæ docuit fuiſſe in hac cauſa erro
rem, q tollit uoluntatẽ ab actu, l.nihil. de reg.
13 iur.l.ſi per errorẽ.de iuriſd. Quin † etiãſi pro-
feſſa eſſet ſe nolle ualere, nõ tamen talis uolun
tas tolleret teſtamentum ritè factũ abſq; eius
cancellatione, §.ex eo.Inſt.quib.mo.teſta.l.hæ
redes palàm.§.ſi quis poſt.de teſtam. Alex.l.ſi
ita ſcriptũ.§.regula.de lib.& poſth. dato ꝙ co-
ram ſeptem teſtibus ad id rogatis id profeſſus
eſſet, Clarus de teſtam. quæſt.91. num.3. Bart.
l.ſi iure.num.3.de leg.3.cuius opinio commu-
niter approbatur: Natta auth. hoc inter. nu.
10.C.de teſtam. Alex. conſil.159.poſt.num.8.
lib.7. Ruin.conſil.6.num. 1.lib.2. Rub. conſil.
41.num.4.5.Socin.iun. conſil.42. nu.1. lib.3.
Cùm enim teſtamentum nõ nuda uoluntate,
ſed ſolennitate ciuili conſiſtat, l.3.de teſta. ubi
Dd.Bal.c.1.§.1.num.19. de pace Conſtan. non
poteſt nuda uoluntate tolli, ex regula l.abem
ptione.de pact.l.ſecundũ.l.nihil. de regul.iur.
14 ſed † eadem debet ſolennitate retractari, qua
conſtat, l.hæredes palàm.§.1.ubi Bar. de teſta.
Bart.l.cùm proponebatur. uerſic. quæro, per
quot teſtes. de leg. 2. Bald.l.fin.uerſic. & ſcias,
per quot teſtes. C. de fideicom. l.errore. C. de
teſtam. Alex.in rubr. & l.quemadmodum. de
acq.poſſ.& conſil.140. cum ibi allegatis, uol.
1.& ita communiter tenent Dd.d.§.ex eo. Inſt.
quib. mod. teſt. l.ſancimus. C. de teſtam.Cla-
rus lib.4.ſenten.§.teſtamentum.quæſt.91.nu.
1.2.Bar.l.ſi iure. num.3. de leg.3. cui omnes a-
ſtipulantur, teſte Natta in rep. auth. hoc inter.
nu.10.C.de teſtam.Bal.conſil.354.ad euiden-
tiam.lib.5.Alex.dicens hanc eſſe communem,
conſ.159.nu.8.li.7.& conſ.104.paucis.nu.1.2.
& per totũ, lib.2.Iaſ.conſ.131. quoniam. uol.1.
conſ.141.uiſa.uol.2.Ang. d.§ ex eo.Iaſ.l.ſanci-
mus.à num.15.uſq; ad fin.C. de teſtam. Ruin.
conſilio 6.numero 1. libro 2. Rub. conſil. 41.
num.4.& 5. Socin. iun. conſil.62. num.1. lib.
3. adeo ut prius teſtamentum non annihile-
tur, niſi tale ſit ſecundum, ex quo hæreditas
adiri poſsit, Iul.Clarus de teſtam.q.92.in fin.
15 & quæſt.93.num.2.circa finem.Imò † nec pœ-
nitentia coram ſeptem teſtibus declarata, tol-
litur teſtamentum prius, Clarus de teſtam.
quæſt.91.niſi in ea perſeuerauerit teſtator per
decennium, l.ſancimus. ubi Alexan. poſt nu.
8.dicit communem, C.de teſta.Bar. l.ſi iure.de
leg.3.Alexan.conſilio 106.paucis utar. uol.2.
Bertran. conſil.213. num.3 lib.1. parte 2. Cla-
rus de teſta.quæſt.91.num.31. non à tempore
teſtamenti, ut glo.ſomniat, & ſequitur Iaſ. nu.
15.dicens eſſe communem, ſed ſine ratione d.
l. ſancimus. ſed ipſius demum reuocationis
inchoandum ac computandũ, Menoch.conſ.
114. Roman. conſ.63.uol.2.Nec talis reuoca-
tio minus quàm corã tribus teſtibus rectè fit,
Iul. Clarus de teſtam.quæſt.91. num.3. & non
niſi per tres teſtes probari poteſt, d.l.ſancim⁹.
ubi Dd.C.de teſta.& ibi Alex.nu.8. uerſ. extra
gloſ.& ibi Iaſ.Bertrand.conſil.213. num.3.lib.
16 4. & † quidem ſpecialiter ad reuocationem
audiendã rogatos, ut in conditione auth. ro-
gati.C.de teſtam.ubi Dd.l. hæredes.§. in teſta-
mentis. de teſta.§.ſed cùm paulatim.Inſt.eod.
17 Nec † præſumuntur rogati, Iaſ. l. hac conſul-
tiſsima.C.de teſta.cũ ſit ſolennitas extrinſeca,
Bart.& Dd.l.ſciendũ. de uerb.obli.etiãſi teſtes
ſe dicant fuiſſe præſentes, Bart.l.diuus. de mil.
18 teſtament. Neq; † hîc excuſat ruſticitas habi-

tantuum

tantium in oppido, ubi peritiores conſuli potuerunt, l. ult. ubi Dd. C. de teſtamen. nec mulieris factum ignorantia iuris regulariter ſubleuat in caſibus non exceptis, l. ult. C. de iur. & fact. ig. aut ruſticitas, l. ſi quis id quod. ubi Iaſ. & Dd. de iuriſd. l. pen. de iur. & fact. ignor. præſertim in ijs quæ inducta ſunt ad rigorem ſolennis iuris conſeruandum, mulier non excuſatur, Cacheran. deciſ. Pedemon. 58. nume. 38. in caſibus in iure exceptis, cuiuſmodi hîc nullus ſubeſt, Alex. l. iuris ignorãtia. C. qui admi. Dec. l. ſi quis id quod. numer. 35. C. de iuriſd. & cap. ſuper literis. numer. 7. in fin. de reſcript. & conſil. 274. Tiraq. de pœn. cauſ. ſi. in fin. Non obſtat, quòd ſimplex reuocatio ſufficiat, quãdo teſtator profitetur ſe uelle ab inteſtato decedere. nec enim hoc hîc factum, & haud ſcio, an uerum ſit: certè non probatur: imo contra-
19 dici poſsit ex eo, quòd † ut nõ condens teſtamentũ, cenſetur ab inteſtato uenientes habere uelle hæredes, l. conficiuntur. ubi Dd. de iure codicillorum: ſic & reuocãs illud, quod illi cõparatur, in prin. Inſt. de hære. quæ ab inteſt. Paria autem ſunt, utrùm quid ipſo iure inſit, an exprimatur, l. 3. ſi cert. pet. l. ex empto. 11. de act. empt. latè Tiraq. in legib. connub. gloſſ. 4.
20 uerb. *expres.* & † proinde aut in uniuerſum ſufficere debet ſimplex reuocatio, quod falſum eſt, Bart. l. ſi iure. num. 3. de legat. 3. Natta auth. hoc inter. n. 10. C. de teſta. Clarus quæſt. 91. num. 3. de teſtam. aut certè iſto caſu ſuffi-
21 cere non debet: nam † expreſsio eorum quæ tacitè inſunt, ius non mutat, l. 3. ubi Bartol. & Dd. de legat. 3. l. non rectè. C. de fideiuſſor. l. aliquando. de cond. & demonſtr. Alexan. conſil. 92. uiſo. nu. 4. uol. 4. Tiraq. de retract. proxi. §.
22 26. gl. 1. nu. 7. Non † obſtat de teſtamento iurato. nam eiuſmodi nihil hîc factũ, & ab alijs ea theorica oppugnatur, Alb. l. 1. in fi. C. de ſacroſ. eccl. & quãuis uera eſſet, non procederet, niſi teſtator expreſſè in ſecũdo reuocationem prioris appoſuiſſet, cùm iuramentum prioris habeat uim clauſulæ derogatoriæ: Bartol. l. ſi quis in principio teſtamenti. nu. 15. c. ueniens. 16. c. intellecto. 33. de iureiur. Iaſ. §. item ſi quis. nu. 12. Inſt. de act. & auth. ſacramenta. n. 17. 33. C. ſi ad. uend. Ioann. Andr. in Mercur. c. quod ſemel. de reg. iur. in 6. quod ſequuntur cõmuniter Dd. teſte Bertr. conſ. 143. nu. 2. lib. 2. parte 2. Natta auth. hoc inter. num. 56. C. de teſtam. Clarus de teſtam. q. 94. nu. 5. & codicillaris, Iaſ. l. eam. 14. num. 17. C. de fideicom. & omni meliore modo, l. cùm pater. §. filius matrem. de legat. 2. Bart. l. ſi quis pro eo. nu. 13. de fideiuſſ. iuxta diſtinctionem Couar. c. Rainaldus. §. 3. nu. 10. de teſtam. & hinc etiam in periuriũ incidat contraueniens teſtator, Alex. conſ. 18. nu. 2. lib. 2. Alciat. c. cùm contingat. nu. 78. de iureiur. Natta authen. hoc inter. num. 83. C. de teſta. Clarus de teſta. quæſt. 94. n. 4. Non ob-
23 ſtat, quod † de uoluntate teſtatoris obijcitur: nam illa legibus conformis eſſe intelligitur, Bart. l. hæredes. §. cùm ita. ad Trebell. Galiau. l. Gallus. §. quidam. num. 21. de lib. & poſthu. num. 21. Curt. iun. conſil. 57. poſt. num. 8. Clarus de teſtam. quæſt. 76. nu. 11. quibus etiam derogare nequit, l. nemo. de legat. 1. Vnde uoluntas eſſe definitur, quod quis cum ratione deſiderat. Corſus indag. lib. 2. cap. 13. Itaq; in dubio intelligitur ſe teſtator diſpoſitioni iuris communis cõformaſſe, Menoch. conſ. 95. nu. 61. Crau. conſ. 75. num. 5. conſ. 250. num. 1. conſ. 230. nu. 9. & proinde uoluiſſe prius teſtamentum manere ratum: latè Crau. conſ. 143. Guilielmus. nu. 4. 5. uſq; ad finem. Cæterùm
24 † emphyteutam ius ſuum abſq; dñi conſenſu donare, uel teſtamento relinquere poſſe, eſt cõmunis opinio: Clarus l. §. 4. §. emphyteuſis. gl. d. l. ult. uerb. alijs uẽdere. ubi Iaſ. n. 61. C. de iur. emph. Bal. Imol. l. ſi domus. §. fin. de leg. 1. Aret. conſ. 41. nu. 1. & dicit communem, Ruin. conſ. 42. nu. 1. conſil. 160. nu. 22. lib. 4. & ita in emphyteuſi eccleſiaſtica tenet Bal. dict. l. ſi domus. §. fin. num. 1. de legat. 1. per l. uſufructu. ubi Imol. num. 7. ſol. matr. Caſtr. d. l. ſi domus. §. fin. ubi Iaſ. nu. 34. Iaſ. dict. l. ult. nu. 61. & 72. principis, Cæpol. conſ. 8. nu. 11. Socin. iun. conſil. 125. nu. 70. lib. 1. Alexan. conſil. 17. num. 11. lib. 5. Curt. iun. conſil. 135. num. 8. Alexan. l. in conuentionibus. in fin. de uerbor. ſignific. A
25 † communi autem opinione non eſt recedendum, Bald. l. 1. per illum text. de ſenator. & c. 1. §. iudices. de pace iura. fir. Abb. Felin. Ioann. Andr. Dec. cap. 1. de conſtit. cap. nouimus. per illum text. ubi Abb. de uerb. ſign. Henn. God. de præſcr. pig. conſ. ult. nu. 253. c. de iudicijs. 3. q. 3. l. 1. de quæſt. l. athletas. in princ. de his qui not. infam. l. fin. C. de fideicom. cap. prudentiam. in princ. de off. deleg. adeo ut iudex contra cõmunem iudicans, imperitus cenſeatur, & litem faciat ſuam, partiq; læſæ ad id qđ intereſt teneatur & cõdemnetur, Alex. conſ. 95. num. 6. lib. 2. Bart. l. final. C. de pœn. iud. qui malè iud. Abb. c. 1. de decim. Petrus Anch. clem. ne Romani. de elect. Ant. de But. c. ex literis. cle. 1. de ſponſ. Felin. c. 1. numer. 54. de conſtit. Iaſ. l. cùm prolatis. de re iudic. Monta. tract. ſi. regun. cap. 58. num. 14.

CONSILIVM LXXXIX.

De iure tranſmiſsionis.

SVMMARIA.

1 ¶ *Hæreditatis aditio probanda.*
2 *Hæreditas non adita, à deſcendentibus tranſmittitur, non alijs.*
3 *Ignorans quis præſumitur rei alienæ, qui ius delibe-*

deliberandi non tranſmittit, & hæreditatem adire non poteſt: ut nec dubitans.

4 *Clauſula codicillaris & Omni meliore modo, facit ualere ab inteſtato.*

5 *Regula non aditæ hæreditatis non tranſmittendæ haud obtinet in legatis & fideicommiſſis.*

6 *Dies legati & hæreditatis quando cedat ut tranſmittantur.*

7 *Volantas teſtatoris facit tranſmiſſibile, quod aliàs non tranſmitteretur.*

8 *Ius deliberandi cum aditionis iure intra annum tranſmittitur.*

9 *Petens, uel diſponẽs de bonis, aut ea uſurpans, uidetur adijſſe.*

10 *Vltima uoluntas an reſpectu legatorum laxè interpretanda, & paratam habeat executionem.*

11 *Vxor factam à uiro ægroto teſtationem non præſumitur ignoraſſe: & ſi ignoraſſet, hæredibus eius per reſtitutionem intra annum ſubueniretur.*

MARITVS peſte laborans uxorem officioſam & in illa lue ad omnia ſibi oportunam, inſtituit hæredem, quæ ſub obitum mariti eodem malo affecta, triduo poſt illum etiam eſt mortua, antè quàm de hæreditatis aditione ab omnibus deſerta quid declarare poſſet: hæredes mariti collaterales negant eius ſucceſſionem deberi uxoris hæredibus, quamuis inſtitutæ, quòd illa non adierit.

1 NAM † non præſumitur, niſi ꝓbetur aditio, Crau. conſ. 37. deceſsit. num. 4. per l. 1. 2. de inter. act. ut dixi conſil. 13. nu. 84. proindeq́ꝫ nihil tranſmittere inde ad ſuos
2 hæredes potuit, cùm † illa trãſmiſsio tantùm obtineat in lineà recta, l. un. C. de his qui ante aper. tab. ubi Dd. niſi ex ſtatutis alicubi locorum, de quibus accipiẽdus Iaſ. l. ſi quis extraneus. §. ſciendum. nu. 4. 5. de acq. hær. Vxor autem marito eſt extranea, l. 1. ubi Iaſ. nu. 3. 4. C. unde uir & ux. §. ſi tamen uxori, aut extraneæ. in auth. de teſt. imperfec. ut alij omnes, qui nõ ſunt in poteſtate, Clarus de teſta. q. 77. in fin. Vnde hæreditatem mariti nõ aditam nequaquam tranſmittit, ut nec collateralis, l. quoniam. C. de iur. delib. l. 1. §. in nouiſsimo. C. de
3 cad. tollen. Et † ſanè cùm hæres ſcripta ut teſtis huic teſtamento adeſſe nequiuerit, §. ſed neqꝫ hæres. Inſt. de teſt. ordinan. & paulò poſt maritum deceſſerit, præſumi debet hanc teſtationem ignoraſſe, ſicut & in dubio præſumitur ignorantia, donec probetur ſcientia, in alieno facto, l. uerius. de probat. Ant. Gab. Ro. lib. 6. de reg. iur. concl. 5. etiam in teſtamentis, Iaſ. l. 1. nu. 5. C. de teſtam. Ignorantem autẽ ius hæreditatis ſibi delatum, non poſſe adire conſtat, l. is qui putat. 15. l. ſi quis. 21. §. ult. l. furioſus. 63. l. pater. 93. de acq. hær. ne quidẽ dubitantẽ, qui ꝓ ignorante habetꝰ, l. ult. C. de cond. ind. l. manifeſtè. §. ſin autẽ. C. de fur. Iaſ. l. 1. nu. 25. de cond. ind. ita probat l. quãdiu. ubi Iaſ. & Dd. qui adm. ad bon poſ. l. fi. §. 1. C. de cur. fur. d. l. furioſus. d. l. is qui putat. 15. cum ll. ſeq. de acq hær. ſuis exceptis, §. ſuis. 4. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. tantum abeſt, ut id præſumi debeat, l. cũ in antiquiorib. ubi Dd. C. de iur. delib. Bal. conſ. 273. factum. in fi. lib. 1. Alex. n. 4. conſ. 224. ſuper. lib. 2. conſil. 382. & 437. lib. 3. Rõ. conſ. 224. nu. 2. Quare nec ius quidẽ deliberandi ignoranti ante ſciẽtiam currit, l. cùm in antiquioribus. 19. ubi glo. uerb. qui ſciens. C. de iure deliber. quia deliberare nõ dicitur, qui ignorat, proindeq́ꝫ ne ius quidem deliberandi adeũdæq́ꝫ hæreditatis ignorãs ad ſuos hæredes trãſmittit, Iaſ. n. 3. & cõmuniter Dd. d. l. cùm in antiquioribus. C. de iur. delib. ut multa in hanc ſententiã allegat. Itaqꝫ in terminis decidit l. quoniam. 7. C. de iur. delib. collateralem hæredem, ut ſororem, quæ moritur priuſquàm cognouiſſet ſibi aliquid à fratre relictũ, & ſe pro hærede gereret, nihil ad ſuos hæredes tranſmittere: ubi gl. addit ſimilẽ tex. in l. emancipata. C. qui admit. & idem in patre obtinere probat l. ſi auia. §. uerb. decreuit. ſciens ſibi relictas, aliàs non tranſmittit, C. de iure deliberan. Hæc etſi pluribus fucari queant, contrà tamen ſtatuendum hîc uidetur: primò, quoniam in iſto teſtamento reperitur clauſula codicillaris, & quòd debeat ualere omni meliore modo, ẽt in uim donationis cauſa mortis, uel quemadmodũ aliàs de iure ualere poſsit.
4 Talis † autem clauſula facit, ut relicta nõ iure tantùm inſtitutionis, uerumetiam legati ac fideicommiſſi ab inteſtato quoque debeantur, l. eam. ubi Iaſ. nu. 10. & Dd. C. de fideicom. Iaſ. authen. ex cauſa. num. 11. C. de lib. præter. Clarus de teſtam. quæſt. 46. cum ſeq. Bald. l. quoties. num. 3. C. de hær. inſt. Iaſ. auth. nouiſsima. nu. 20. C. de inoff. teſtam. & de clauſula Omni meliore modo, Soc. conſ. 142. reuerende. n. 4. uol. 1. Cornæ. conſ. 62. alius. nu. 4. uol. 2. Regu
5 la † autem prohibens tranſmiſsionem hæreditatis non aditæ, minimè obtinet in legatis & fideicommiſsis, l. unic. §. in nouiſsimo. C. de cad. toll. l. cùm pater. §. ſurdo. ubi Dd. de lega.
6 2. Itaqꝫ † licet legatario ante teſtatorem mortuo deficiat legatum, l. un. §. in nouiſsimo. ubi Dd. C. de cad. toll. l. ſi Auguſtæ. in fi. l. Celſus. aliàs, pater. de leg. 2. l. 1. 2. 3. & tot. tit. quan. dies leg. ced. ſicut & inſtitutio, d. l. un §. 1. C. de cad. toll. ubi Bal. Caſtr. & Dd. cuius dies ante aditã hæreditatẽ non cedit, d. §. in nouiſs. l. proinde. 7. ſi cert. peta. licet legatorum à tẽpore mortis, d. l. unic. §. in nouiſsimo. C. de cad. tol. prætér-
quàm

quàm in ſuis, d. §. in nouiſsimo. ſecus tamen eſt in legatario ſuperuiuẽte, quoniam acquirit ius & tranſmittit à tempore mortis teſtatoris, ſi non repudiet, d. l. un. §. in nouiſsimo. C. de cad. tollen. l. à Titio. de fur. l. Sempronius. de uſufr. leg. ſicut nec repudiaſſe intelligitur, ſed magis acceptaſſe, ut donationem, §. 1. Inſt. de legat. per not. à Bart. Iaſ. & Dd. l. tale pactũ. in princ. de pact. & proinde tranſmittit ad hæredem legatum, aut fideicommiſſum, licet nõ agnitum, l. ſi Pontionilla. 3. C. quan. dies leg. dict. l. unic. §. cùm igitur. ubi gloſ. & Dd. C. de cad. tollen. & tot. tit. quand. dies leg. uel fid. etiam ignorans ſibi relictum fuiſſe, l. ult. uerb. licet ignorans fideicõmiſſum. ubi gl. C. quãd. dies leg. quoniam dies eius à morte teſtatoris cedit, l. 3. 4. ult. C. quan. dies leg. & paſsim, ff. eod. Quod aũt ceſſum eſt, debet, l. cedere diẽ. de uer. ſig. l. interdũ. de uerb. obl. tot. tit. quan. dies uſusfr. leg. ced. Porrò ſibi debitum quiſq; ſuum ad hæredẽ tranſmittit, l. 1. 2. 3. & 10. tit. ff. quand. dies leg. ced. & qñ dies uſusfr. leg. ced. Licet aũt uerè non debeatur legatũ ante aditionem, l. 3. §. quod ad cauſam. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt. tamen ne mora factóue hæredis legatario ius ſuum interuertatur, lex à morte teſtatoris fingit hîc deberi, gl. 1. l. cedere diem. de uerb. ſignif. per d. l. unic. §. cùm igitur. C. de caduc. tollend. quæ ratio ceſſat in hæreditate, quam hæres ſuo arbitrio ſtatim adire poteſt, d. §. in nouiſsimo. cuiusq; dies ideo non cedit ante aditionem, ſic ut in ea nihil priùs habeat iuris hæres, proindeq; nec tranſmittat, d. l. unic. §. in nouiſsimo. C. de cad. tollend. l. 2. l. 3. ff. quan. dies leg. ced. Quare cùm hoc teſtamentum habuerit clauſulam codicillarẽ & omni meliore modo ut ualeat iure fideicommiſsi, debet ex eadẽ cauſa hæredibus mulieris prodeſſe, l. ſi hi qui inuicem. de donat. cauſ. mort. l. ſi uir uirum. de reb. dub. Secundò pro mulieris hæredibus facit, quòd non obſcurè ex uerbis teſtamenti colligi poſsit, id ipſum uoluiſſe teſtatorem, cuius uoluntas in dubio plenius interpretanda, l. in teſtamentis. 12. de regul. iur. l. tale. §. fin. de pact. cap. cùm dilecti. de donat. quod ad inſtitutionem ſaltem attinet, aut quæ huic ſuccedit, fideicõmiſſariam (quò hæc res recidit) hæreditatem, Cag. nume. 1. 2. dict. l. in teſtamentis. ut ualeat potius, quàm pereat, l. ubi. 22. l. quoties. 13. de rebus dub. l. quoties. 98. de reg. iur. l. ex facto. §. ſi quis aũt.
7 ad S.C. Treb. & † tranſmitti faciat, q; aliàs non eſt trãſmiſsibile. Iaſ. l. nemo. in 2. lect. nu. 36. & in 1. lect. nu. 3. de lega. l. antiqtas. 19. l. ambiguitatem. 12. C. de uſufru. dato q; tñ ſit uoluntas coniecturata, Iaſ. dict. l. nemo. in 1. & 2. lect. Duran. de arte teſtan. tit. 11. cautel. 1. aut præſumpta, Iaſ. l. qui duobus. num. 4. & poſt Bartol. Angel. Imol. & Dd. ibidem, de uulg. & pupil.
8 ſubſt. Tertiò facit, quòd † obſtiterit mulieri, quo minùs adeundi animum manifeſtaret, ſubita peſtis & mors inſecuta, ut eius hæredibus id fraudi eſſe non debeat, l. Pannonius. de acquirend. hæred. Iaſ. l. cùm in antiquioribus. num. 2. cum ſequent. C. de iur. delib. præſertim cùm intra tẽpus deliberandi annuum, dict. l. cùm in antiquioribus. ubi Dd. deceſſerit: imò intra triduum à morte mariti, & proinde ius adeundi integrum ad ſuos hæredes tranſmiſerit, dict. l. cùm in antiquioribus. 19.
9 qui † iam petẽdo bona illa, ſatis uidentur adijſſe intra annum necdum elapſum, l. 6. §. fin. ubi Angel. Alber. Caſtren. & Dd. de inoffic. teſtam. Sicut & unus ex illis qui ante mortem de ſua portione diſpoſuit, quo ipſo illam adijſſe cenſetur, l. ſi auia. 6. C. de iure deliberan. Cornæ. conſil. 397. uidetur. num. 8. uolum. 3. ubi addit, etiam ex poſſeſsione uel uſurpatione rerum hæreditariarum aditionem probari. Et hæc ultima ratio pre ſuperioribus mihi probatur. Nam ſecũda, quæ ſumitur à coniecturata uoluntate, incerta ſatis eſt: quo fit in ijs, quæ pendent à coniecturis, l. ſi duo. de teſt. tutel. l. ſi alij. de uſufruct. leg. Caſtrenſ. conſil. 324. ſuper. ad finem, lib. 1. ut ſuper uoluntate teſtatoris dubia fundamentũ locari nequeat, Crauet. conſ. 143. Guilielmus. nu. 17. per Cornæ. conſ. 30. nu. 2. lib. 1. conſ. 161. ad finem, nu. 7. lib. 2. nec pro eius conſeruatione argumentum inductum ſtringat, Crau. d. conſ. 143. nu. 15. 16. 17. quoniã ſuper re incerta iudicium certum dari nequit, cap. graue. 11. quæſt. 3. Prior autem ratio ſi ſola ualeret, poſſent hæredes mariti quartam decerpere ijs qui iure tantùm fideicommiſsi uenerant, aut legati, tot. tit. C. ff. Inſtit. ad ſenatuſconſ. Trebell. & ad l. Falcid. Iaſ. & Dd. l. eam. C. de fideicom. l. quoties. 10. l. filij. 16. l. ſi cogitatione. 21. C. famil. erciſc. cum
10 ſimilib. Sed † nec legatorum aut fideicommiſſorum reſpectu latior ſit in ultimis uoluntatibus interpretatio: imò potiùs ſtricta, l. nummis. de leg. 3. l. apud Iulianum. §. Scio ex facto. de legat. 1. l. nam quod liquidæ. §. fina. de penu leg. l. ſi ita ſit aſcriptum. in fin. de legat. 1. ubi gl. Alex. Iaſ. & alij communiter ita tenent, Bartol. l. cùm auus. in fine, de condit. & demonſtr. Dec. in princip. l. in teſtamentis. 11. de regul. iur. addentes hanc rationem, quòd teſtator cenſeatur hæredem ſuum minus grauare, quàm ſit poſsibile, l. unum ex familia. §. ſi rem. de legat. 2. Roma. l. plures. de damn. infect. & ſingul. 521. Gozad. conſil. 82. Quanquam autem hoc negent alij, uelintq; indiſtinctè, quatenus defuncti mens concurrit, etiam, quoad legata, plenam in ultimis uoluntatibus fieri interpretationem, dict. l. in teſtamentis. de regul. iur. cap. cùm dilecti. de donat. l. in conditionibus. ubi Soc. de condit. & demõſt. Cor. in auth. quod ſine. C. de lib. præt. Ant. de But. cõſ. 30. Cagnol. copioſè d. l. in teſtamentis. n. 1. 4. 5. 6. ubi nu. 8. addit, relicta in teſtamento paratã habere executionẽ, licet ſecus ſit in alijs contractib. per tex. ſing. l. minor 25. annis, cui. de min. cũ alijs alleg. multis: tñ in

in his non puto fundamentum huius deciſionis locandum, ad amputandas ſemel controuerſias mouendas tanquam fideicommiſſarijs, qui tamen titulo hæredis uniuerſali re-ctius ſuccedere queant, atque ita ſemel mariti hæredes excludere, per d. l. cum in antiquioribus. cuius remedio hîc non obſtat prætenſa ſcripti hæredis coniugis ignorantia. Nam ea iure negatur, nec hîc præſumi debet in uxore,
11 quæ † licet teſtis eſſe nequiuerit in teſtamento, ſicut nec adhibita eſt, tamen alioquin affuit marito ſuo curatrix aſsiduè, reliquis in tanta luis calamitate uitabundis, ut hoc inſtitutionis factum ignorare nõ potuerit, nec etiam præſumatur, Cornæ. conſil. 165. circa. nu. 34. uolu. 2. Sed etſi ignoraſſet, tamen hæredibus eius ex illius iure deliberandi ſuccedere uolentibus rectè conſuleretur per clauſulam reſtitutionis generalem, Iaſ. num. 3. & Dd. communiter dict. l. cùm in antiquioribus. cum ibid. allegat. cuius petitionem puto hîc alternatiuè & in ſubſidium libello inſerendam, iuxta c. conſtitutus. de in integr. reſtit. l. ſi cauſa. C. de tranſact. Schurff. conſil. 64. num. 3. centur. 1. cui propter incurrentem hîc peſtis neceſsitatem magis eſt indulgendum, l. fin. ubi Dd. C. de teſtamen. Ripa & alij tracta. de peſte, per diſcurſum.

CONSILIVM XC.

De ſolennibus teſtamenti inter liberos, & authent. quod ſine. C. de teſtamen.

SVMMARIA.

1 ¶ *Teſtamentũ etiam inter liberos, uel in ſcriptis conditur, uel coram teſtibus.*
2 *In teſtamẽto inter liberos teſtes duo, etiã non rogati & fœminæ, ſufficiunt.*
3 *Declarata authent. quod ſine.*
4 *Patris ſcriptura abſq; ſubſcriptione ſufficit, ſicut eius ſubſcriptio in ſcriptura manus aliena, etiam filij.*
5 *Sigillum patris non ſufficit in teſtamento inter liberos abſq; ſubſcriptione eius, uel probatione uoluntatis.*
6 *Nutu teſtamentum inter liberos fieri nequit, licet ad pias cauſas ſic rectè fiat.*
7 *Scriptura in arca patris inuenta aliena manus pro teſtamento non habetur.*
8 *Sicut nec ſcriptura in protocollo notarij inuẽta.*
9 *Solennitas authen. quod ſine. & ius ſingulare non extenditur, ne quidem ad pias cauſas.*
10 *Inſtitutio requiritur in teſtamento inter liberos.*
11 *Teſtamentum inter liberos continet clauſulam codicillarem, Et omni meliore modo.*
12 *Diuiſio inter liberos totalis importat inſtitutionem.*
13 *Omiſsio loci non uitiat teſtamentum inter liberos.*
14 *Nec abbreuiatura.*
15 *An ſufficiat patrem nomẽ ſubſcribere ſolùm.*
16 *Scheda patris inſcripta regiſtris eius, ſufficit.*
17 *Vtrùm inter liberos factum in ſcriptis teſtamentum requirat non ſolùm anni expreſſionem, ſed etiam menſis ac diei.*
18 *In dubio ſequenda ſententia, quæ pro teſtamento facit.*
19 *Diei expreſsio non uitiat, ubi aliæ probationes habentur.*
20 *Excluſi ab inteſtato non prohibentur capere ex teſtamento.*
21 *Teſtamentum inter liberos ualet, etiam inter legitimatos, non tamen aſcendentes.*

1 QVEMADMODVM † alia teſtamenta, uel ſcriptura conſtant & perficiuntur, §. 1. 2. Inſt. de teſtam. ord. §. 1. Inſt. de milit. teſt. l. hac cõſultiſſ. 21. C. de teſtam. uel ſine ſcriptura, quam nec omnes norunt, teſtibus duntaxat, ut nuncupatiuum, d. l. hac conſultiſs. §. per nuncupationem. §. ult. Inſt. de teſtam. ordin. etiam militare, §. 1. 2. Inſt. de teſt. milit. ſic
2 † etiam teſtamentum inter liberos, uel coram teſtibus condi poteſt, ut nuncupatiuũ, quam communem dicit Clarus de teſta. q. 11. per tot. & q. 14. nu. 1. Cor. nu. 11. poſt glo. l. hac conſultiſs. §. ex imperfecto. & ab ijſdem ꝓbari poteſt, ſaltem duobus, gl. in fin. auth. quod ſine. C. de teſtam. & §. nos igitur. uerb. derelinquat. in authen. de teſt. imperfect. quam communem dicit Grat. conſ. 90. nu. 3. li. 2. Clarus de teſta. q. 8. nu. 2. etiam fœminis, glo. ibidem utroq; loco, quam ſequuntur omnes Dd. teſte Deci. l. 2. nu. 31. de reg. iur. Grat. d. conſ. 90. nu. 3. lib. 2. Ripa de peſte, cap. de priuil. ult. uol. nu. 24. Natta in rep. l. hac cõſultiſsima. 21. §. ex imperfecto. nu. 166. C. de teſta. Clarus de teſta. q. 8. n. 3. & quidem non rogatis, Natta ibid. nu. 159. & Clarus d. q. 8. nu. 4. dicentes eſſe communem, Bauer. §. teſtes. nu. 5. 6. 7. Inſt. de teſta. & §. planè. Inſt. de teſta. mil. uel ſine teſtibus perficitũ ſcriptura patris, Clarus de teſta. q. 14. nu. 1. dicens cõmunem, aut ſubſcriptione, auth. quod ſine.
3 C. de teſta. Nam † ꝙ ibi initio dicitur, illud ſine ſubſcriptione procedere, referendũ eſt ad ſubſcriptionem teſtium, ꝗ lex præcedẽs, cui dict. auth. inſeritur, uelut finem teſtamenti requirit, l. hac conſultiſſ. 21. uerſ. finẽ aũt teſtamenti ſubſcriptiones & ſignacula teſtiũ eſſe decernimus.

mus. C.de teſtam.nõ uerò ad ſubſcriptionem
teſtatoris,quã omnino requirit d.auth. quod
ſine.& apertiùs tex. in corpore unde ſumitur,
§.nos igitur.uerſic.primum quidem eius ſub-
4 ſcriptione.in auth.de teſtam.imperf. Vt † aũt
aliàs paria ſunt, ſcribere uel ſubſcribere, l.ſic-
ut.8.§.non uidet.quib.mod.pig.l.ult. ubi Bal.
C. plus ualere quod ag. ſic & hîc puto ſuffice-
re,ſi uel abſq; ſubſcriptione parẽs teſtator no-
mina hæredum aut totum teſtamentum ſcri-
pſerit,§.nos igitur. uerſic. in quibus ſcripſit. &
uerſic.propria ſcripta manu.& uerſ. quoniam
omnia in diſpoſitione poſita ipſi ſcripſerunt.
in auth.de teſtam. imperf. d. auth. quod ſine.
uel aliena uſus manu in deſcribendo, etiam ſi
lij,l.1.C.de ijs q in teſt. ſibi aſſcrib.auth. ſi mo-
dò.C.fam.herc.ſubſcripſerit,d.§.nos igitur.in
auth.de teſta.imperf. d.auth. ſi modò. C. fam.
herc. Sufficit enĩ quoquo modo de uoluntate
eius conſtare ex ipſius ſcriptura,in prin.auth.
de teſta.imperf.l.ult.cũ auth.ſeq. C. fam. herc.
Licet igitur text.in auth.de imperf. teſt. §. nos
igitur. requirat à patre teſtante ſubſcriptionẽ
eiuſmodi, qua tempus & nomina hæredũ, &
quantitatem relictorum exprimat,tamen hoc
contextus oſtendit accipiendum de ſcriptura
patris:itaq; cùm non minus,quàm illa,decla-
retur uoluntas & approbatio ſcripti per ſolã
ſubſcriptionem,§.ult.in auth.de imperf. teſta.
auth.ſi modò.C.fam.herc.dicendũ eſt & hanc
ſufficere, Caſt.conſ.93.poſt numerum 2. lib.1.
& eſt communis Nattæ d.auth quod ſine. nu.
44.C.de teſta.Iul.Clar. q.14.nu.4. de teſtam.
5 Vtrum † autem ſolum ſigillum eius abſq; ma-
nu ſufficiat,magis addubites. Sigillum quidẽ
fidem facit,Zaſ.conſ.Torta.nu.2.uol.2. & ſcri-
ptioni ac ſubſcriptioni comparatur, l.2. C. de
reb.alie.Schurff.conſil.17. cent. cum ibi alleg.
& conſenſum ac approbationem declarat,l.2.
C.de reb.alie.non alie. ubi gl. uerb. cõquiſita.
l.ſi qua per calumniam.C.de epiſc.& cler. l.ne
ſatiſdatio. ff.rem ratam hab. etiam abſq; ſub-
ſcriptione,Bal.d.l.2.C.de reb.alie.Sed hæc in-
telliguntur, quando conſtat uoluntate eius,
cuius eſt ſigillum, appoſitũ illud eſſe, ut cùm
is qui literas ignorat, coram teſtib. uel ſuis li-
beris ſigillũ apprimit:aliàs ſecus,l.ult. C.plus
ual.quod agit.quod quidem in publicis faci-
lè præſumitur,quæ diligentiùs cuſtodiuntur:
in priuatis, quæ ſæpe neglectiùs habentur, &
inſidiatorũ artificijs faciliùs patent,non item:
quib. certè inſidijs multo maximè relinquun
tur ſigilla ægrotorũ & moribundorũ, quæ ab
his amplius cuſtodiri nequeunt, ſed alienæ,
ut uxoris alteriúſue,cuſtodiæ neceſſariò com-
mittuntur, ut hîc facilè quid falſi poſsit com-
mitti. Vt igitur quoties in tali teſtamẽto uxo-
ri uel extraneæ uult teſtator aliquid relinque-
re,non ſufficit eius ſcriptura,ſed etiam coram
teſtibus (fortè duobus ſaltem,l.ubi miniſtris.
de teſtib.) opus eſt, ut declaret hanc eſſe ſuam
uolũtatem,quam ualere uelit, d.§. nos igitur.
uerſic.ſi tamẽ aut uxori aut extraneis. in auth.
de teſta.imperf.gl.uerb.clara.in prin. eo. tit. ſic
non eſſet abſurdum dicere,certè tutum admo
dum, ſigillatione hanc non aliàs hîc ſufficere,
quàm ſi per teſtes aut aliter,ut confeſsione li-
berorum,quorumq; intereſt, aut ſubſcriptio-
ne,§.fi.in auth.de teſta.imperf. auth. ſi modò.
C.fam.herc.probetur, uolũtate teſtatoris eſſe
6 factam : cùm † nec nutu tale teſtamentum re-
ctè condatur, licet ad pias cauſas ſic fieri poſ-
ſit:Ang.l.diſcretis. C. qui teſta. fac. Ant. Natta
d.l.hac conſultiſſ.§.ex imperfecto.nu.194.Ba-
uer.Inſt.de teſta.in prin. n.93. Clarus de teſta.
q.8.nu.7. dicens eſſe communem. Pro eodem
7 facit,quòd † ſcriptura in arca patris inuenta,
quæ non ſit ſcripta aut ſubſcripta eius manu,
non ualeat inter liberos,ex d.auth.quod ſine.
ut communiter teneri ait Iaſ. in auth.quod ſi-
ne.n.1.Guliel.Bened.in rep. c.Raynutius. par.
1.poſt nu.87.Clarus de teſtam. q.14.nu.5. niſi
ab omnib. illis eſſet ſubſcripta, §. ult. in auth.
de teſta.imperfect.auth.ſi modò. C.fam. herc.
Natta d.auth. quod ſine.nu.51.Clarus præall.
8 q.14.nu.6.Sicut † nec ſcheda teſtamenti in li-
bro notarij reperta, etiamſi nomina teſtium
aſſcripta eſſent, dum nõ appoſitum eſt, quòd
fuerit coram teſtibus lecta: de quo licet ambi-
gat Bartol.l.fideicommiſſa. §. quoties.num.1.
de legat.3. tamen ita communiter concludũt
Bal.auth. quod ſine. nu.1. & ibid. Natta nu.3.
Iul.Clarus de teſtam. q.14. nu.7.addẽs ratio-
nem, quia cùm lex requirat manum propriã
ipſius patris, (quanquam & in matre idem:
Natta d.§.ex imperfecto.nu.74.78.Clarus de
teſtam. q.12.nu.2.) aliena ſufficere non debet.
9 Et † ſanè cùm illud ius auth.quod ſine.ſit ex-
orbitans, ſingulare & ſpeciale, in auth. de te-
ſtam.imperfect.in prin.& §.fi.atq; adeo, ut lo-
quitur Clarus d.q.14.in prin. mirabile, nõ eſt
extra ſuos terminos extendendũ, ne quidem
ad pias cauſas, ſecũdum magis communem:
Socin.iun.conſil.189.nu.73. lib.2. Iul. Clarus
de teſtam.q.7.nu.2.Cùm igitur certam formã
huic diſpoſitioni lex dederit, nempe ſcriptio-
nem, aut ſubſcriptionem teſtatoris, in auth.
de teſtam.imperfec.ubi gl. in prin.uerb.clara.
uerſic.in filijs primùm exigitur, quòd ſcripſe-
rit.non eſt ab ea recedendum, neq; ſigillũ ſuf-
ficere debet. Eſſet enim nimis aperta fraudib.
hoc modo uia, ut de ſchedula eiuſmodi quæ
careat manu teſtatoris, definit Clarus de te-
ſtam.q.14.nu.5.pro hoc Bald.c.1.§.1. nu.7. de
pace Conſtan.ubi dicit,quantumuis ſigillum
uim habeat conſenſus, eſſe tamen mutum &
incertum teſtem ac rem inanimatam, nec ſuf-
ficere, ubi ſpecialis declaratio uoluntatis re-
quiratur. de quo non inſiſtam diſputare,cùm
habeamus planam & indubitatam in noſtro
caſu non tantùm teſtatoris ſigillationem, ſed
etiam propriæ manus ſubſcriptionem, quæ
omnino demonſtrat ipſius uoluntate & ſcitu
ſigillum appoſitum, Crauet.conſil.25. nu.12.

atq; ita duob. modis patet hîc eius approba-
tio: primò per propriam ſubſcriptionem: ſe-
cundò per ſigillationem. Dicimus igitur hoc
teſtamentũ inter liberos ualere, d.auth. quod
ſine.C.de teſtam.d.§.nos igitur. in auth.de te-
ſta. imperfect. ut hanc cõmunem dicit Clarus
de teſta.q.14.nu.1.Alex.conſil.105.in fi.lib.7.
Ioan. Dilec.de arte teſtan.tit.2.caut.2. Nam ꝙ
auth.ſi modò.C.fam.hercíſ. requirit & libero-
rum ſubſcriptionem, inter quos pater diuidit
hæreditatem, hoc fit nõ copulatiuè, ſed alter-
natiuè,ut particula Vel, geminata, ibi decla-
rat: Bal.l.filiæ.in 1.oppoſ.C. fam.herciſc. Zab.
cle.2.quæſt. 2.de ætat.& qual.clem.1. de iudic.
Iaſ. l.cùm quidam.nu.8. C.de uerb. ſig. & me-
liùs text.in auth. de teſtam.imperfect.§. final.
oſtendit. His ita ſtabilitis ad contraria reſpon
10 deamus. Ac inprimis fateor,inſtitutionẽ † li-
berorum in eiuſmodi teſtamento requiri,Sal.
nu.1.& Dd.auth.nouiſsima.C.de inoff.teſt.la-
tè Clarus dicens eſſe communem, de teſtam.
quæſt.8.nu.5.Bal.d.l.hac cõſultiſſ.§. ex imper-
fecto.n.2.text.in terminis,§.nos igitur. uerſ.in
quibus ſcripſit eos hæredes. in auth. de teſta.
imperfec. ſed illa uerbis illis ineſt, quibus pro
ſua portione ijs relinquitur, Iaſ. in auth. no-
uiſsima.num.30.C.de inoff.teſtam.Clarus de
11 teſta.quæſt.4.nu.4. Et † abſq; hoc poteſt dici
eiuſmodi teſtamentũ ut maximè propter ne-
glectam liberorum inſtitutionem annihilare-
tur, tamen continere in ſe clauſulam codicil-
larem tacitè,glo.l. cohæredi.§.cùm filiæ. uerb.
non ualuit.ubi & Iaſ.in fine,de uulgar.quæ eſt
ab omnibus approbata, Boer. deciſ.240.nu.
6.Bello.conſil.85.nu.4.Clarus.de teſtam.q.8.
nu.6. Iaſ. l.hac conſultiſſ.§.ex imperfecto. nu.
8.C.de teſta.& l.uerbis.nu.15.de uulg. & pup.
item clauſulam Omni meliore modo, l. 1. §. ſi
quis ita.n.34. de uerb. oblig.auth.nouiſſ. nu.
21.C.de inoff.teſt.& proinde etiam ab inteſta-
to ualere,Iul.Clarus de teſtam.q.13.per tot.gl.
l.filij.uerb.ab inteſtato.C.fam.herciſ. Iaſ.l.hac
conſultiſſ.§.ex imperfecto.n.8.C. de teſtam.ut
diuiſis abſq; ulla inſtitutione inter liberos fa-
cultatibus,l. ult.cum auth.ſeq.C. fam. herciſc.
12 quanquam † dici quoque poteſt diuiſionem,
quæ fit non de re ſingulari, ſed tota hæredita-
te, atq; ita quota ſingulis liberis competente,
inſtitutionẽ importare, Bald.& Dd. l.quoties.
10.C.fam.herciſc.gl.auth.ſi qua.uerb. diuide-
re.C. de ſacroſan.eccleſ. Non obſtat,quòd filij
ſint inæqualiter inſtituti:Socin.iun. conſ.189.
nu.87.lib.2.conſil.24.num.9.lib.3.Clarus de
teſtam.q.14.nu.8.cùm hoc teſtamẽta paterna
non reſcindat, & ſemper ad legitimæ ſupple-
mentum agere poſsint, l. omnimodo. & paſ-
ſim,C.de inoff.teſt.item ꝙ unius manu puta-
tur ſcriptura facta,l.1. C. de ijs qui ſibi aſſcrib.
ubi hoc filijs permittitur. Non obſtat etiam,
13 quòd † omiſſus hic loc⁹,in quo tale teſtamen-
tum cõditum. id enim nõ uitiat, nec eſt de ne-
ceſsitate:Ant.Natta in l.hac conſultiſſ.§.ex im
perfecto.ſeu ad auth.quod ſine.nu.36.q.17.&
n.31.q.13.C.de teſtam.quoniam ſcilicet nec in
alijs priuatis ſcripturis requiratur:Ioan.And.
c.abbate.de re iud.in 6.cũ alijs alleg. ab Alex.
l.de pupillo.§.q nuntiat.de op.no.nunc.& tra
dit Bal.conſ.353. quæritur. lib.3. Non obſtat,
14 quòd † quædam in tali ſcriptura ſint per ab-
breuiaturas & notas ſcripta. Nam quòd text.
in auth.de teſta.imperf.§.nos igitur. ſcripturã
ſine abbreuiatura notiſq; requirit,Bar.l.quo-
ties.§.1.n.4.de hær.inſtituen. iuxta cõmunem
Nattæ d.auth.quod ſine.nu.38. id accipiendũ
eſt circa ſubſtantialia,ubi facilè committi fal-
ſitas poteſt,ut ſummam pecuniæ, uel quanti-
tatem rerum, uel numerum unciarum expri-
mendum,quæ ſignis arithmeticis exprimi nõ
debent ob procliue falſitatis uitium: in reli-
quis ſufficit ſcripturam factam eſſe, prout cõ-
muniter etiam per abbreuiaturas fieri ſolet,
ut declarat Iul.Clarus de teſtam.q.14.nu.3.Il-
15 lud magis officit,quòd † hîc teſtator tantum-
modo nomẽ ſuum ſubſcripſit, *diß iſt mein* N. N.
handt,&c. non addendo, quòd uellet ſuum eſ-
ſe teſtamentum: quam ſpecialem ſubſcriptio-
nem quaſi pro forma datam requirit hîc Iul.
Clatus q.14.nu.4.ex Bar.l.diuus.§.idem ſena
tus.nu.2.de falſ.Sed communis eſt opinio cõ-
tra Bar. ſcilicet quòd generalis ſubſcriptio ſuf
ficiat:ut ibidem Clarus fatetur,cuius etiam ra
tiones mihi non ſatisfaciunt.Nego enim,legẽ
hanc ſpecialem requirere ſubſcriptionem,niſi
in caſu ſingulari, quoties uidelicet & quaten⁹
in tali teſtamento paternæ ſcripturæ aliquid
extraneo relinquitur,§.ſi tamen. & gl. in prin.
uerb.clara.in auth.de teſtam.imperfec.ubi gl.
palàm docet,nihil horũ trium,quæ requirun-
tur,quoad extraneorũ legata,opus eſſe, quo-
ad ipſos liberos: ſed hoc tantùm, quòd teſta-
tor ſcripſerit. Et ſanè ſi eſt illa declaratio quo-
ad extraneos,ſpecialis,d.§.ſi tamẽ.in auth.de
teſtam.imperfect.non eſt ad liberos porrigen
da,arg.à ſpeciali:cùm hos ab illis apertè text.
ibi uoluerit diſcretos. Quod autẽ ſubdit Cla-
rus,aliàs de facili ſupponendo unam ſcriptu-
ram pro alia poſſe falſitatem fieri, quam præ-
cipuè in hac teſtamentorum materia lex ha-
beat ſuſpectam (quod fateor ex l.ult. C. de fi-
deicom.) id non uideo, qui procedere poſsit
in teſtamento patris manu ſubſcripto: quæ e-
nim alia pro hac ſcriptura faciliùs poteſt ſub-
di,quàm cùm ſpecialis ab eo requiſita ſubſcri
ptio eſt ſubiecta? Deniq; quàm quæſo uim ea
ſpecialis annotatio,nempe quòd ſit teſtamen
tum, habere ſpeciatim præ alia generali po-
teſt, cùm per ipſam liberorum inſtitutionem
idem apertè pateat ex ſcriptura, teſtatúmque
ſit, l. non codicillum. C. de teſtamen. & quid
expreſsio eorum quæ tacitè inſunt, poteſt o-
perari ? ut in hac ipſa materia argumenta-
tur Natta d.authent. quod ſine. parte ultima,
titulo, quomodo clauſul.derog. numero 40.
per legem tertiam, cum ibi not. de legat. 1.

An nõ etiam paria ſunt uerbis exprimere no-
minatim,uel alia deſignatione?l.1.2.ubi Alex.
& Dd.de hæred. inſtituen. aut facto, l.pro hæ-
rede.de acq.hæred. Adde,quòd Clarus præal.
lo.ſuam ipſiuſmet opinionẽ limitet, niſi ſche-
dula ipſa alio aliquo argumento quàm tali
ſubſcriptione confirmata eſſet. At hîc præter-
ea ſigillo eius eſt confirmata,ſicut uidimus: &
pòſt coram teſtibus ab ægroto repetita,ut pa-
16 ret ex actis probationũ. Ergo,&c. Illud † etiã
uerò non putauerim officere, quòd pater hãc
ſuam uoluntatem in libris rationum & dia-
riorum ſeu aduerſariorum deſcripſerit. Nec e-
nim id obeſſe poteſt, cùm in quacunq; mate-
ria teſtamentum rectè deſcribatur,§. nihil.ubi
Bauer.Inſt.de teſtam.l.1. ſi tab. teſt. exta. Ac ſi
ſcheda teſtatoris in libro notarij deſcripta ua-
let, ſi quidem ſit ab eo ſcripta, uel ſubſcripta,
ut argumento à contrario uult Iul. Clarus de
teſtam.quæſt.14.num.7.certè multo magis fi-
dem facere debet in libris & regiſtris teſtato-
ris conſcripta, & inſerta, quo mercatores iſti
omnia ſua minimi maximi momenti ſeria re-
digere ſolent & referre, quando etiam in con-
tractum nedum iſtis libris teſtamentũ factum
17 ualeat. Fortiùs urget, quòd † in hac ſchedu-
la tantùm appoſitus ſit annus, q omnino ap-
poni debet, Natta d.§.ex imperfecto.num.34.
quo cõſcripta eſt,non menſis, aut dies. Atqui
cõis eſt concluſio,ad hoc ut ualeat, nedum an
ni,ſed menſis etiam ac diei, quo fit, ſubnota-
tionem eſſe neceſſariam: Bal.nu.4.Ant.Natta
nu.30.cum multis ſeq.in d.authen.quod ſine.
addens rationem num.32.quia licet text.in d.
auth. quod ſine. & in corpore, unde ſumitur,
auth. de imperfect. teſtam. tantùm indefinitè
requirat tempus, tamen cùm exigat totum,
requirere uidetur in qualibet eius ſpecie, l.ſi
quis cùm totum. de excep. rei iud. l. de pupil-
lo. §.qui nuntiat. ubi Bart. de oper. no. nunc.
Ideo autẽ requirit, inquit,quia cùm teſtamen
tum pluries fieri poſsit, ſi apparebit de tem-
pore, ratum erit, quod ultimò comprobatur,
l.omnium. C. de teſtam. & eſt ſpeciale hoc ca-
ſu, quia regulariter in priuata ſcriptura non
requiritur dies & conſul, l.cùm tabernam. §.
idem quæſijt.de pig. act. Et cum Baldo tranſ-
eunt hîc cæteri,maximè Salic. item Abb.conſ.
98.lib.2.Alex.conſil.123.diſcuſsis.lib.1. conſi.
76.ponderatis.lib.3. & hanc etiam communẽ
dicit Iul.Clarus de teſtam.quæſt.14.nu.2. ad-
dens rationẽ, quia lex requirit, ut tempus ap-
ponatur,d.auth.quod ſine.Debet ergo appo-
ni formaliter & ſpecificè, ut ſi aliqua ſuſpicio
falſitatis ſubeſſet,facilè depræhẽdi poſſet. Cæ-
terùm ſi hæc ratio ualeret, ſequeretur, etiã ho-
ram exprimendam eſſe ac momentum, cùm
eodem die & hora quoq; diuerſa inſtrumen-
ta cõfici poſsint, & ultimum deroget priori, l.
pacta nouiſſ.C.de pac. Itaq; quoties duo eiuſ-
dem teſtamenta producuntur eodem die con
fecta,ſi non appareat,utrum poſteriùs confe-
ctum, (illud enĩ præualet, Natta n.30.d.auth.
quod ſine.Crauet. conſil.143. nu.5.) utrumq;
propter incertitudinẽ uitiabitur, gl. l.fi. uerb.
miſſus. ubi communiter Dd. & in ſpecie Curt.
iun.nu.89. Sap.nu.148.C.de edic. diui Adria.
tollen. dicens hanc eſſe quæſtionem ſabbati-
nam:& eſt communis Bertran. conſil.223.lib.
1. parte 1.Crauet.conſil 143.nu.5. Iul.Clar. de
teſtam.quæſt.100.& ult.nu.1.& per tot. Bal. &
Dd.l.optimam.C.de cont.ſtipul.l.de reb.C.de
donat. ante nup. conſil. 42. ultimò quæritur.
uol.5.gl.c.pen.uerb.nominatus.de elect. in 6.
Hippol.rub. de probat.nu.391. & ubi tempus
indefinitè ponitur ac ſimpliciter, de momen-
tò ad momẽtum computatur, auth. hodie.C.
de appel.l.3.§.minorem.de minor.ubi Bart. &
Dd. Conatur ad hoc reſpondere Natta præal.
lo. nu.29. & 32. quòd ſufficiat demonſtratio
temporis ſpecialis,nempe diei,nec requiratur
ſpecialiſsima ipſius horæ in inſtrumentis, gl.
c.duobus.uerſ. ſi nõ appareat de reſcrip. in 6.
ſicut & cùm requiritur appoſitio loci ſpecia-
lis, tantùm opus eſt ut ciuitatis uel dom⁹, ubi
factum, non etiam conclauis aut anguli: Bal.
l.contractus.uerſic.modò quæritur. C. de fid.
inſtrum.Natta d.§.ex imperfecto.num.29.ad-
dens nu.32. non præſumi, quòd lex uoluerit
aliquem in priuata ſcriptura ad appoſitionẽ
horæ, cùm ne quidem in publico inſtrumẽto
requiratur,teneri,l.ratum.l.quod dicimus. de
ſolut.Cæterùm hæc utcunq; pingantur,nõ ta-
men ſatisfit rationi de falſitate cauẽda, quam
ipſimet inducunt,nec ſoluunt: ut non immeri-
tò And.Sic.conſil.58.omnipoten.lib.4.cone-
tur ſcripturam paterni teſtamenti ſuſtinere,
quamuis ſine tempore factam, quod Marcus
Anto.Natta fatetur d.§.ex imperfecto. nu.34.
qui & ipſe nu.30. ſibimet obijcit aliam ratio-
nem, cui nec ipſe rectè ſatis reſpondet. Conſi-
derandum,inquit, eſt, quòd in iſto textu non
requiritur dies,ſed tempus.d.auth.quod ſine.
Vbicunq; autem tempus requiritur, non ſem
per neceſſe eſt, ꝙ inſeratur dies, l.libellorũ. de
accuſ.Ita ponderat Alex. conſ.4. attentis. col.
pen. in fi. lib.7. ubi etiã uoluit, quòd iſtud de
tempore nõ procedat in pia cauſa, in qua nõ
ſeruatur ius ciuile, ſed canonicũ, uel diuinũ:
quod etam conſuluit Cornæ. conſil.397. ui-
detur prima facie.col.pen.lib.3. Attamẽ quic-
quid ſit in pia cauſa, uidebatur aliquando mi
hi,quòd inſeri deberet dies in ſcriptura pater-
ni teſtamenti,quia hæc redigitur ad inſtar ſcri
pturæ publicæ inter liberos, in qua dies requi
ritur: in auth.ut præponat. nomen imper.§.1.
gl.l.generali.C.de tabular.lib.10.ut in priuile-
gijs,l. ſi qua.C.de diuer.reſcrip. Non tamen re
quiritur,quòd apponatur ipſius diei nomen,
puta Lunæ,uel Martis, Alb. par.2. ſtat.q.155.
Fel.c.1.de fid.inſtrum. Nunc hęc ratio uidetur
morderi poſſe,quia lex non redigit hanc ſcri-
pturam paterni teſtamenti ad inſtar publicæ,
in omnibus: quod patet de loco, qui non re-

quiritur in hac ſcriptura: ſecus in publica, ut dicam inf. q. 17. nu. 36. Unde cõmunis opinio, inquit, placet alia ratione: quia ex quo lex requirit tempus ſimpliciter, uidetur requirere in qualibet ſpecie, præterquã in hora uel momentis horæ, quia non ſolent apponi: & cùm id non ſit conſuetum, quælibet diſpoſitio accipit interpretationẽ à conſuetudine, Innoc. c. olim. in prin. de uerb. ſig. Abb. c. certificari. de ſepult. ut proſequitur ibidem Natta nu. 29. & 32. Ex quo paret eos nec ſibi nec alijs ſatisfacere, quibus firmum eſſe dictum non poteſt, qđ uident ipſi dicenti firmum non eſſe, Molinæ. in conſue. Pariſ rub. 1. de feu. §. 5. nu. 27. præſertim cùm regulariter in priuatis ſcripturis expreſsio diei non requiratur, l. cùm tabernam. §. idẽ quæſijt. de pig. à qua regula non eſt præſertim ad annihilanda teſtamẽta recedendũ, ubi nõ apparet exceptio iuris aliqua. Et ſi nõ requiritur expreſsio loci, ut uidimus, cur temporis tam exquiſita poſtuletur contra argumentũ, quod à loco ad tempus, & contrà, duci ſolet; l. uinum. ubi Dd. ſi cer. pet. l. ſi. de cõd. tritic. l. qui plures. de uulg. ſubſt. Euerar. loc. leg. à tempore ad locum. Et ſanè ſi in accuſationib. odioſis, ubi actor omnino uagari non debet, l. item. de do. mal. & temporis indicatio magis neceſſaria eſt ob dierũ præſcriptionem, l. iure mariti. l. quamuis. 2. C. de adulter. Lis cuius. §. ex S. C. l. 2. §. 2. §. ult. de adulter. l. auxilium. de minor. non tamen requiſitum temporis ad diem arctatur, quanto minus propterea uoluntas ultima & quidem inter liberos paterna, quæ fauorabilior eſt militari, Iaſ. auth. nouiſsima. nu. 18. & paſsim, C. de inoff. teſta. & l. hac conſultiſſ. §. ex imperfecto. nu. 7. C. de teſtam. & pia cauſa, l. ſi quis. 37. ubi gl. ſimili modo. C. de epiſ. & cler. c. ſi. 17. q. 4. Alex. conſil. 92. uol. 3. debet ob eiuſmodi defectum annihilari, cùm in dubio laborãdum potiùs ut ſuſtineatur, l. ſi pars. ubi gl. ff. de inoff. teſta. Iaſ. auth. nouiſſ. nu. 18. C. de inoff. teſt. & l. hac conſultiſſ. §. ex imperfecto. nu. 8. C. de teſtam.
18 & † uariantibus ſententijs ei parti accedendũ, quæ cum teſtamento facit, d. l. ſi pars. de inoff. teſt. etiamſi paucorum ſit ſententia, Iaſ. l. Gallus §. & quid ſi tantùm nu. 14. de lib. & poſth. Panor. cum addit. Zach. c. 1. ſub n. 15. in addit. uerſic. limita finaliter. ubi Fran. Coſ. q. ult. nu. 25. Mar. Mant. nu. 114. de conſtit. contra communem And. Barb. conſ. 6. ſcriptum præclarè. nu. 3. lib. 1. latè Ant. Mar. Cor. com. opin. lib. 2. tit. 9. caſu 20. uerſic. in teſtamento. & num. 112. uerſic. ſi quis priori ſententiæ accedere uelit,
19 quæ magis eſt communis, &c. Verùm † ut maximẽ retineamus communem, illa tamẽ limitatur, quando aliunde defectus temporis ac diei ſuppletur, & teſtamentum eiuſmodi confirmatur, ut in ſimili Clarus d. q. 14. n. 4. uerſ. niſi ſchedula aliquo alio argumento cõfirmata eſſet. Et ita expreſſè ac in terminis ſuppleri hîc temporis defectum deciduntAlex. conſ. 4. attentis narratis. in ſi. n. 15. lib. 7. Cornæ. conſ. 397. uidetur prima facie. n. 17. lib. 3. Atqui hîc in præcedentibus & ſequentibus actibus eorundem aduerſariorũ dies & menſis expreſsi ſunt. Quare conijciendũ eodem tempore hãc quoq; ſcripturam eſſe confectam: nam ab extremis media probantur, Bart. Balb. & Dd. l. Celſus. de uſucap. Alcia. trac. præſump. Hîc autem hanc patris etiam legatarij probant, ut poſſunt, l. dictantibus. ubi Bal. C. de teſtam. §. legatarijs. ubi Bauer. Inſt. de teſtam. Lanfr. c. quoniam. uerb. teſtium. nu. 74. de probat. Panor. Felin. & Canon. diſtinguentes in c. inſuper. 6. ex. de teſtib. Accedit teſtatoris ſigillum, quod eius uoluntate appoſitum, manus eius & ſubſcriptio addita demonſtrant, & teſtimonia eorum qui ſæpius audiuerunt teſtatorem perhibentem hoc ſuum eſſe uelle teſtamentũ: quod etiã in morbo repetijt, ac ante mortem fecit teſtatum, ut oĩno iudicem ꝓ teſtamento
20 hîc eſſe pronunciandũ, ualituro † etiã inter liberos, qui ab inteſtato excluduntur, Iul. Clar. de teſta. q. 12. nu. 4. Gul. Bened. c. Raynutius. nu. 81. de teſta. Boer. deciſ. 241. nu. 9. nec enim non ex teſtamẽto capere idcirco poſſunt, Bar. Rom. & Dd. l. ſtipulatio hoc mõ. de uerb. obli. Bal. l. pactũ. q. 6. C. de colla. Afflic. c. ſi quis. 24. de feud. dato in uic. leg. cõmiſſ. Didac. Couar. c. quamuis. in prin. 3. partis, de pac. in 6. etiam
21 † inter eos qui ſunt ulterioris gradus, Alb. d. §. ex imperfecto. & ibi Natta nu. 229. Boer. d. deciſ. 241. nu. 3. Clarus d. q. 12. nu. 5. Menoch. remed. recup. 4. nu. 320. & legitimatos quoq;, Clarus ibid. nu. 3. Boer. deciſ. 251. nu. 14. maximẽ per ſubſequens matrimoniũ, Clarus ibid. nu. 3. in ſi. non tamẽ inter naturales, Dec. conſ. 610. nu. 2. & 3. Boer. deciſ. 240. nu. 13. Riminal. d. §. ex imperfecto. nu. 5. Rub. conſ. 7. nu. 7. Clarus q. 12. de teſtam. nu. 1. niſi quo ad matrem, Natta d. § ex imperfecto. nu. 74. 78. Alex. l. ex facto. § ſi quis rogatus. 1. n. 45. ad Treb. Boer. deciſ. 240. nu. 13. Clarus de teſta. q. 12. n. 12. dicentes hanc eſſe cõem, niſi mater ſit illuſtris, Gul. Bened. in 1. parte c Raynutius. nu. 84. de teſta. Clarus d. q 12. nu. 2. in fin qui poſt nu. 6. addit, econuerſò tale teſtamentũ inter parẽtes nõ rectè fieri, neq; ualere, Specul. de inſt. edit. §. cõpendioſè. nu 32. Alex. d. §. ex imperfecto. nu. 7. & Natta nu. 227. Riminal. nu. 1. Boer. deciſ. 240. in ſi. q̃ opinionem ꝓpter auctoritatẽ Doctorũ ait in practica tenendã, licet fortè in puncto iuris contraria ſit uerior: ſunt enĩ præter deſcendẽtes omnes teſtatori extranei, Iul. Clar. de teſtam. q 77. col. pen. uerſic. intelligo extraneos omnes, qui nõ ſunt deſcendentes, &c. nec ueniunt appellatione liberorum, l. liberorum. 220. de uerb. ſig. quorũ fauori cùm datum ſit illud ius ſingulare, d. authen. quod ſine. non eſt ad alios extendendum, ne quidẽ ad piam cauſam, cui minus, quàm liberis, fauetur: Clarus, quamuis ſub dubio, de teſtam. quæſt. 7. nu. 2.

CON-

CONSILIVM XCI.

De cautione uſufructuaria teſtamento remiſſa.

SVMMARIA.

1 ¶ *Cautio uſufructuaria ex S.C. per teſtatorē remitti nequit.*
2 *Sed bene ab hærede remittitur.*
3 *Iuramentum remitti poteſt ab eo, cuius in fauorem eſt præſtitum.*
4 *Teſtator hæredis fauori renunciare poteſt.*
5 *Cautio uſufructuaria legis an remitti poſſit.*
6 *Cautio non eſt de ſubſtantia uſusfructus.*
7 *Cautio cuiuſuis uſusfructus nomine præſtanda.*
8 *Et à quouis uſufructuario.*
9 *Vſusfructus omnium bonorum teſtamento relinqui poteſt.*
10 *Cautio S.C. quare & in quibus præſtetur.*
11 *Aeſtimatio rerum quæ uſu minuuntur, ad tempus traditionis reducitur, non reſtitutionis.*
12 *Cautio ante uel poſt conſtitutionem uſusfructus rectè præſtatur.*
13 *Proprietarius nō obligatur tradere ante cautionem.*
14 *Vſufructuarius an fructus lucretur ante cautionem.*
15 *Pater an uſufructuariam cautionē debeat, uel mater, maritus, donator, &c.*
16 *Mulier in dotalitio ciuili quoddam dominium habet.*
17 *Remittere teſtator deſcriptionē bonorū pōt.*

1 CAVTIONEM † uſufructuariam
quam S. C. induxit, legato pecu-
niæ uel ſimilis rei quę utendo ab-
ſumitur, l. 1. 2. & t.t. de uſufru. ear.
rer. §. conſtituitur. Inſt. de uſufruc.
non poſſe à teſtatore remitti, quia formam à
lege datam mutare nequeat, l. nemo. ubi Iaſ.
& Dd. de legat. 1. communiter eſt receptum in
l. 1. per illum tex. C. de uſufruct. ubi Bar. nu. 10.
& Dd. Alex. conſ. 58. nu. 10. lib. 3. Dec. cōſ. 565.
nu. 5. Clarus licet contrà diſputans, de teſtam.
q. 64. nu. 2. Crau. conſ. 174. n. 10. nec refragari
teſtatorem poſſe S. C. cautionem impedien-
do, l. trib. 8. uerſic. nec refragari S. C. quia cau-
tio impediretur. de uſufr. ear. rer. Dec. cōſ. 565.
nu. 1. & 2. Cæterùm ratio gl. l. pen. C. ut in poſſ.
legar. quòd teſtator fauori hæredis renuncia-
re nequeat, Guid. Pap. conſ. 63. nu. 4. parum
2 idonea eſt. Nam † ab hærede proprietario, cu-
ius in fauorē exigitur, remitti hæc cautio po-
teſt, ſecundum Dd. d. l. 1. per l. 5. §. 1. de uſuf. ea.
3 rer. ſicut † etiam iuramentum remitti poteſt
ab eo cuius in fauorem eſt præſtitū, Iaſ. l. ſi nō
ſortem. §. ſi centum. nu. 8. de condic. indeb. & l.
Labeo. ubi Bar. de iureiur. c. 1. ubi Canon. de
4 ſponſal. Quòd ſi † igitur ſolius hęredis fauo
re hoc inductum eſſet, poſſit illius (cuius rem
iusq́ abalienare poteſt, §. non ſolùm. Inſt. de
legat. Iul. Clarus de teſta. q. 71. per tot.) fauori
teſtator quoq́ derogare, Crau. conſ. 174. nu.
10. Clarus de teſta. q. 64. in fi quod tamen ne-
gat l. 1. C. de uſufr. Potiùs dixerim itaque, nec
hæredem expreſsim remittere poſſe contra S.
C. l. 6. C. de pac. ſed tacitè tantùm non exigen-
do, l. ſi cuius. 13. uerſ. ſi non deſideret. de uſufr.
l. 5. §. 1. de uſufr. ear. rer. ut in l. 5. §. qui opus. 13.
de dam. inf. c. 1. §. 1. de iur. calum. in 6. l. 2. §. ſed
quia. ubi gl. uer. remitti. & Dd. C. de iur. prop.
5 calum. c. tuis. de teſtib. Idem † receptū in alia
cautione uſufructuaria, quam ratione bono-
rum quæ non conſumuntur uſu, præſtat uſu-
fructuarius de utendo boni uiri arbitratu, ne-
que conſumendo, tot. tit. uſufruct. quem. cau.
quam nec ipſam remitti poſſe à teſtatore, qui
iam amplius non eſt proprietarius futurus,
uolunt, l. 4. C. de uſufr. alia ratione, quæ certè
infirma eſt, ne ex tali ſcilicet remiſsione præ-
ſtetur uſufructuario malè utendi & cōſequen-
ter delinquendi occaſio, ut cōmunem dicunt
Socin. conſ. 131. nu. 14. lib. 1. quem refert & ſe-
quitur Bellon. conſ. 54. num. 3. Ioan. Dilec. de
arte teſtan. tit. 8. caut. 1. num. 1. Ioan. Annib. in
repet. l. nemo poteſt. n. 164. de legat. 1. Iul. Cla-
rus de teſtam. q. 64. nu. 1. Ex quo cōcluditur,
ne pignus quidem remitti poſſe contra l. 3. de
pac. tot. t. C. de remiſſ. pig. & ff. quib. mod. pig.
ſol. eadem ratione, ne detur occaſio fruſtran-
di. Quid enim, an non etiam abſq́ ſatiſdatio-
ne manet obligatus reipſa uſufructuarius ex
natura huius ſeruitutis, ut utat ſalua rei ſub-
ſtantia? Magis igitur placet hanc eadem ra-
tione prohiberi, qua ſuperiorē, ne ſcilicet da-
tam à lege formā teſtator priuatus mutet, con
6 tra l. nemo. de legat. 3. Cæteroquin † perhibēt
hanc cautionem non eſſe de ſubſtantia uſuſ-
fructus, remittiq́ à proprietario hęrede, cuius
in fauorem illa inducta eſt, poſſe, gl. & Dd. l. 1.
l. 4. C. de uſufr. Ant. Gab. Rom. de uſufr. con-
cluſ. 1. nu. 43 Dec. conſ. 418. uiſa. nu. 19. Alex.
conſ. 120. n. 5. lib. 6. ubi Molinæ. Certè, niſi exi
gatur, præſtanda non eſt, Dec. conſ. 607. uiſo.
nu. 1. & 3. conſ. 608. uiſo. in prin. Ioan. de Gar-
ro dicens eſſe communem, auth. ex teſtamen-
to. nu. 33. C. de ſecund. nup. Pariſ. conſ. 95. nu.
25. uolu. 2. An. Gabr. Rom. de uſufr. concluſ. 1.
7 nu. 49. Ergo † niſi ultrò remittatur ab hære-
de, uel alio proprietario, cuius intereſt rem
ſaluam manere, cautiones hæ præſtandæ ſunt
unà cum inuentarij confectione, Ant. Gala. d.
conſ. 39. quam nec ipſam remittere ei teſtator
poteſt, ſecundum cōmunem Socin. iun. conſ.
115. nu. 18. lib. 1. Bello. conſ. 54. nu. 3. Iul. Clar.
de teſtam. q. 66. nu. 2. cuiuſuis uſusfructus no
mine, l. 4. C. de uſufr. etiam incerti, Guid. Pap.

q.247.etiam materni,Ioan.Garro auth.ex te-
ſtamento.nu.33.C.de ſecun.nup.Anton.Gab.
Rom.de uſufr.concluſ.1.nu.39. uel in alimen-
ta relicti,Socin.iun.conſ.49.in fi. uol.1. Pariſ.
conſ.96.nu.3.uolu.2.Ant.Gab.præall.loc.nu.
8 42.& † à quolibet uſufructuario, tam paupe-
re,Bertr.conſil.144.nu.10.uol.3. Ruin.conſil.
206.nu.16.uol.3.Ant.d.concluſ.1.nu.27.ſaltē
per iuramentum,Bar.nu.6.cōtra gl.l.4. C. de
uſufr.Cachera.deciſ.Pedemon.153.n.1.2.cum
ſeq. per l.cùm non facilè. ſi cui plus quàm per
l.Falc.auth.generaliter.C. de epiſ.& cler. Caſt.
Iaſ.auth.cur relictū. C.de ind. uid. Guid. Pap.
deciſ.248.Ant.Gab. concluſ. de uſufr.1. nu.2.
dum modò perſona non ſit ſuſpecta, Bar.l.4.
nu.6.C. de uſufr. per l.1. §. ſuper.C. de aſſ. toll.
Cach.deciſ. Ped. 153.numer.4. cui non defer-
tur iuramentum,l.4.ubi Iaſ.num.12. de in lit.
iuran.& rep.l.admonendi.nu.300.de iureiur.
ſed uſusfructus ſequeſtratur, l.poſtquam.5.§.
imperator.2.ut lega.no. l.litibus. 19. C. de ag.
& cenſ.lib.11.l.uxori.24. de uſufr.leg. gl. Bart.
nu.6.7.d.l.4.C.de uſufr.Alb.Alex.l.ſi fideiuſ-
ſor.7.§.ult.qui ſatiſd.cogan.Ang.Inſt.de uſuf.
in prin.Matheſ.ſing.4.per totum: quàm diui-
te,Bal.conſ.175.caſus.nu.2.par.3. Dec. conſil.
565.clariſſ.nu.3.4.Anto. Gab. d.concluſ.1.de
uſufruc.nu.27. licet contrariū ſenſerit Cornæ.
conſil.367.nu.5.uolu.4.Venit autem interdū
uſu,ut utraque hæc cautio ſit præſtanda, ut in
uſufructu omnium bonorum relicto,l.1.C. de
9 uſufruct. quem † relinqui poſſe teſtamento
quoq; nō obſtante adeundi difficultate com-
muniùs receptū eſt, etiamſi poſt mortem de-
mum uſufructuarij hæres capere debeat, aut
adire,ut poſt mortem illius inſtitutus, Ang.§.
hæres.num.4.Inſt.de hær.inſt. Bal. l.id quod.
24.quæſt.14.C.de epiſc.& cler.Picus l.4.§.Ti-
tia.7.nu.77.de legat.2. Bald. Alex. Salic.l.ex-
traneum.9.C. de hæred.inſtituen.Nam ratio-
ne bonorum, quæ non conſumuntur uſu, ut
prædia,uaſa argentea, præſtatur cautio præto
ria de utendo uiri boni arbitratu, l.1. §.2. uſuf.
quem.caue.l.ſed ſi.15.§.etſi. 7.de uſufruc.& re-
ſtituenda re finito uſufructu,l.ſi cuius.13.cum
l.ſeq. ff.de uſufr.l.1.& tot.tit.uſufru.quem.cau.
abſq; dolo malo,l.5.uſufruct.quem.cau. c.ult.
10 ubi Canon.de pignorib. Ratione † uerò bo-
norum mobilium, quæ uſu conſumuntur, ut
pecuniæ,uini,frumenti, cùm talis cautio præ-
ſtari nequeat, (nam aut uſum ceſſare, aut uſu
ſubſtantiam conſumi hîc neceſſe eſt,l.1.2.3. de
uſufr.ear.rer.) cautio S.C.præſtanda eſt, uelut
ex mutuo,l.3.ſi cert.pet.hoc eſt,de reſtituenda
eiuſdem functionis & bonitatis pecunia ſimi-
li,l.1.C. de uſufr.§. conſtituitur. Inſt.eod. c.ult.
de pignorib.& tot.tit.de uſufr.ear.rer.uel æſti-
matione ſaltem,l.inter.20.de uſufr. Fab.nu.2.
Angel.& Dd. d. §. conſtituitur. Crauet.conſil.
187.teſtator.nu.7.Guid.Pap.deciſ.248. Gab.
concluſ.1.uſusfr.num.2.Cornæ.conſil.366. in
prin.uol.3.Ant.Gab.d.concluſ.1.de uſufr.nu.
17.18.19. quam etiam præſtare non ſuperiorē
in ijs quæ uſu atteruntur, receptius eſt, l. 1. de
uſufr.ear. rerum quæ: ubi æqualiter applica-
tur ijs rebus,quæ uel uſu tollūtur,uel (ut ſunt
eiuſmodi) minuuntur,l.ſed ſi.15.§.3.de uſufr.
Fab.d.§.conſtituitur.Inſt.eo.tit. Anton. Gab.
Rom.de uſufr.concluſ.1. nu.21.22. addens ta-
11 men,fieri † æſtimationem & redigi ad tempus
traditionis,quo res adhuc eſt integra: non re-
ſtitutionis, quo detrita eſſe uſu poſsit, ex Ber-
tran. conſil.275.in fin.uolu.3.licet contrà ſen-
tiant Canon. c.ult.de pignor.Panor.conſil.4.
in 6.dubio, uol.2. quod tamen non congruit
l.ſi uſusfructus.9.§.pen.ff.uſufruc. quem. cau.
ubi dicit I.C. promiſſorem nō obligari ex cau
tione, ſi finito uſufructu ueſtem ſine dolo at-
12 tritam reddiderit. Quanquam † autem uel
ante uel poſt conceſſum uſumfructum cautio
præſtari queat, l. etſi.7. uſufruct. quem. cau.l.
13 quoniam.10.de uſufruct.ear.rer. non † tamen
obligatur proprietarius ad uſumfructū per-
mittendum ex l.3.de uſufruct. niſi tali ſub cau
tione,Caſtr.l.1.in fin.C.de uſufruct. Dec. conſ.
14 418.uiſa.num.18. & 19. imò † ne fructus qui-
dem lucretur uſufructuarius poſt cautionis
petitionem, Ruin. conſil.206. num.16. uol.2.
Anton.Gab.d.concluſ.1.nu.12.13.ſed tantùm
antè perceptos, Pariſ.conſil.61. in fin. uolu.3.
conſil.98.nu.49.uol.2. Gab. d. concluſ.1. nu.
13.ſciente ſcilicet & patiēte proprietario, Bart.
l.uxori.24.nu.1.de uſufruct.leg. Caſtr. l.peto.
69.§.ult. de legat.2. nec ullam cautionem pe-
tente,Ioan.de Garro.auth.ex teſtamento. nu.
23.C.de ſecun.nupt.Ant.Gab. ibidem de uſu-
fruct.concluſ.1.nu.40.Nam quòd Ruin. con-
ſil.202.nu.4.uol.2.Bertran.conſil.144.nu.6.
uol.3. uolunt hanc cautionem ultrò offeren-
dam eſſe, accipiendum eſt iuxta terminos l.1.
uerb.oblata S.C.cautione.C.de uſufruct.cùm
ipſe ſcilicet uſufructuarius petit, ex ratione l.
Iulianus.§. offerri.de actio.empt.l.5.C.de eui-
ction. His ita delibatis in arcem huius cauſæ
15 inuadamus, inquirentes, an † uxor nomine
dotalitij ad uitam ſibi à marito ſuis in bonis
conſtituti,hæredibus eius cautionem uſufru-
ctuariam debeat. Videbatur, non debere, ut
alij, qui iure potiùs dominij ſeu legati quo-
dam, quàm uſusfructus & ſeruitutis ex lege
fruuntur: ut pater bonis filij,l.ult. §.ubi. §.hoc
proculdubio.C. de bon. quæ lib. l. orphano-
trophos.30.ubi Bald.nu.7.C.de epiſc. & cler.
Cano. c. ult. de pig. licet bona deſcribere te-
neatur:Myſing.obſer.93.centur.2.fiſcus,gloſ.
l.4.C. de uſufr.l.1.§.ſi ad fiſcum.11. ut lega.no.
cauea.l.3.§.item.4. ſi cui plus quàm p l. Falc.
Ant.Gab. de uſufruc.cōcluſ.1.nu.47.item ma
ritus nomine dotis, l. unic. C.ne fid.dot.den.
quoniam in bonis eius dos eſt, licet mulieris
ſit,l.quamuis.78.de iure dot.& in ea dominiū
quoddā ciuile habet,l.in rebus C.de iure dot.
ſicut & illi, qui dominium poſt tempus habi-
turi ſint: l. ſi uſusfructus. §. planè. ff. uſufruc.
quem.

quę.cau.Canon.d.c.ult. de pignorib.aut antè habuerunt,ut donator,Ioan.Plat.§. ſunt præterea.Inſt.de donat.Cornæ.Conſ.267.num.5. uol. 4.Soc.l.omnes.3.not.de excep.Dec.conſ. 265.in fin.Vaſſad.conſ.91.num.3. & conſ. 95. in fin.Anto.Gab.Ro.concluſ.1.numer.45. At
16 † mulier ciuile quoddam dominium in dotalitio habet,Bal.in auth.ſiue.1. C. ad Velleia. Euerar.cōſ. 317. præſuppoſito. cuius cum hæres interea dominus non ſit, nec enim plures unius rei domini eſſe poſſunt,l.ſi ut certo.§.ſi. de pig.act.abſurdum eſſet, dominam præſtare cautionem ei qui necdū dominus ſit, cum ne futuris quidem dominis eam debeat: l. ſi uſusfructus.9.§.planè.uſufr. quem. cau.multò minus præſens, ut emptor, qui ſub pacto retrouenditionis tenet,aut alius ex contractu reſolubili: nec em̄ ideo minus eſt interea dominus, Tiraq.retra.prox.§.15.gloſ.2.& l.ſi unquam.uerb.reuertatur. C.de reuocan. donat. Accedit & illa ratio, quòd cùm poſt mortem demum uſufructuariæ redire res ad hæredes debeat:nō ſit etiam illa uiuente,cui rectè præſtetur,quiq̄ intereſſe habeat,exigereq̄ poſsit, Pariſ.conſ.95.num.63. uol.2. conſ. 61. nu. 51. uol.3.Anto.Gab.concluſ.1.nu.45.Item quòd habeat mulier priuilegia donatoris, l. inter. 19.in fin.l.cum ex cauſa. 30. de re iudica. cum ibi nota.qui ad hanc cautionem non tenetur, ut ſuprà poſui ex Anto.Gab.Ro.cōcl.1. n. 45. Sed ut maritus nō tenetur ad cautionē hanc nomine dotis,l.unic. C.ne fid.dot. quam Reipub. tamen expedit ſaluam eſſe: l. 1. ſol. mat. multò minus igitur uxor eam debere debet, ex doctrina correlatiuorum mariti & uxoris, l. ult.C.de indic. uid. tum dotis, & dotalitij, §.
17 eſt & aliud.Inſt.de don. Et † congruit hìc uoluntas teſtatoris, qua deſcriptionem bonorū & cautionem uxori remiſit: quæ remiſsio ſaltem quo ad deſcriptionem bonorum, ualere debet: Barba. conſ. 64. nu.3.uol.2. Zaſ.conſ. 208.num.4. Crauet. conſ. 174. nobilis. nu.1. & 6. cum etiam hæredi queat remitti, Crauet. d.conſ.174. Ruin.conſ.202.nu.3.uol.2.Anto. Gab. concluſ. 1. num. 32. Et ſanè ſi ab hærede remitti poteſt hæc cautio,ut ſuprà uidimus,& eſt communis:Anto.Gab.d.concluſ.1.nu.34. Caſsiod. conſ. 91.num.6.Dec. conſ. 418. uiſa. num. 19. Alex.conſ.120.num.5.lib.6.nulla eſt cauſa,quamobrem teſtator,quod hæres facere poteſt,nō & ipſus poſsit:Crauet.conſ. 174. num.10.conſil. 133. num.3.atq̄ ita ius eius remittere, ſecundum communem cōtra glo. ut ſuprà uidimus nu.4. Contrarium tamē uidetur concludendum. Nā infirmum ducitur argumentum à ciuili quodā dominio, cū illud omnis uſufructuarius habeat: l. 4. de uſufr. l. uti frui. ſi uſusfruc.peta. l.iubemus. 14.§.pen. C.de ſacroſanc.eccleſ. Alcia.l.rectè.num.4.de uerb.ſign. & mater, quāuis domina, uerè hāc cautionē debeat,l.6.§.his illud. ubi Dd. C. de ſecun.nup.Ioan. Gar. auth.ex teſtamento.nu, 33.C.de ſecun.nup.Anton. Gab. Ro.de uſufr. cōcluſ.1.nu.39.etiā uxor uſufructuaria, Caſtr. cōſ.221.antequā.uol.2.Bal.cōſ.87.cōmuniter. uol.3.Bart.& Dd.l.non pōt. de leg. 1.Alex. cōſ. 58.habita.uol.3.Anto.Gal.cōſ.39. explicāda. n.14.15.uſq̄ ad finē,to.4.Franc.tex.in l.1. ubi Dd.C. de uſufr. Itaq̄ q liberant̄ cautione hac, nō ob ſchema dominij immunes ſunt:l.1. ubi oēs Dd.de uſuf. ſed aliā ob cauſam ſingularē, quæ hìc nulla ſubeſt. Cæteroqui oēs uſufructuarios ab hac immunes eſſe neceſsū foret: tanquā aliquatenus dominos,l.4. de rei uēd. & rei uendicationē ac petitoriū habētes:l.5.& t.t. ſi uſusfr. pet. p̄ſertim omniū bonorū uſufructuarios, q habent̄ pro ꝓcuratore in rē ſuā cōſtituto: Bart.l.eū.7.nu.4.Bal.l.1.nu.2. C. de uſufr.p l.1.§.ult.de oper.no.nūc.l.1.§.ult.uſufr. quē.cau.l.uxori.37.de uſufr.leg.Molin.in cōſ. Pariſ.tit.1.§.1.glo.1.nu.11.& §.13.glo.1.q.2.atq̄ ita pro dn̄o utili, l.ꝓcuratore. 55.ubi Bart. de procura.l.1.l.2. C.de actio. Atq nō liberant̄ hi cautione iſta, ne cōiuges qdē in uſufructu generali omniū bonorū:l.1. C.de uſufruc. Ang. cōſ.91.nu.10. Anto. Gala.d.cōſ.39.explicāda. n.14.uſq̄ ad finē, to.4.Fran. Ne qdē igit̄ mulier ob ciuile dotalitij uel douarij dominium, ut in terminis decidit in douario mulieris, Chaſſ.in cōſ.Bur.rub. 4.de iure mar.§.6.uerb. & ſera tenue.n.1.Guid.Pap.deciſ.248.& Zob. art.21.lib.1.dum pro uſufructu dotalitiū mulieris habet:cum nec mater q̄ plus iuris habet eo onere leuet̄,in l.6. C. de ſec.nup. Hoc enim earū dominiū ualet ad ius qđ habēt cōſeruādū ac uindicandū:non uerò porrigi debet ad aliorū iniuriā: c.ex tenore.11. de for. cōp. quo minus ijs,qđ debet̄,p̄ſtare debeant, l. ꝙ ſi. 25. §.pen. de minorib. l. un. C.de reput.quæ ſi. d. c.ex tenore. ubi gloſ.& Dd.de for. cōp. Angel. cōſ.256.Ro. cōſ. 446. & cū habeamus caſum deciſum à Chaſſ.Guid.Pap.& Zob.præall. loco,nō eſt ulterius inſiſtendum, l.ancillæ. C. de fur. Non obſtat remiſsio mariti teſtatoris:nec enim illa ualet,ſecundū cōmunem l.pen.C.ut in poſſ.leg. l.nemo pōt.de lega.1. gloſ.& Dd.l. 1.l.4.C.de uſuf.Crauet.cōſ.187.teſtator. nu.7. Guid.Pap.deciſ.515.Anto. Gab. Ro.d. cōcluſ. 1. de uſufr. nu.28.29.ne quidem iure Sax.glo. Lat.art.32. lib.1. adeò ut ne Princeps quidem hanc cautionis huius remittendæ ueniam teſtatori facere poſsit,Ruin.conſ.202.num.3. & 4.uol.2. Anto. Gab.præall.loc. nec pœna debeatur, ſi quam contrauenienti hæredi teſtator impoſuerit, Dec.conſil.565.per §.ult. Inſt. de legat. Anto. Gala. d. conſ. 39. explicanda. num.18.to.Franc. 4. per l.1. ubi Dd. C. de his quæ pœn. no. l.1. eo. l. uxorem. §.hæredes. de leg.3.Bal.d.conſ.89.uol.3. Caſt.conſ.221. uol. 2.Alex.conſ.57.58. uol. 3. Sed nec deſcriptionem bonorum à teſtatore remitti uſufructuario poſſe tradunt Socin.iun.conſil.215. uolumine primo, & alij ab eo allegati: quod licet improbent Barba.conſil.64. numer. 3. uol. 2. Zaſ. conſil. 208 num. 4. Crauet. conſil. 174. nobilis. numer. 5. 6. tamen id conuenit inter

omnes, licet remiſſa ſit remittiq́ poſſit inuentarij ſolẽnitas, & accurata bonorũ deſcriptio: aliquã tamen qualem qualem ſemper eſſe faciendam, unde quantitas bonorum conſtet: Anto. Gab. de uſufruc. concluſ. 1. num. 35. Pariſ. conſ. 61. in fin. uol. 3. Anto. Gala. d. conſil. 39. explicanda. in fin. to. Francoſ. 4. ſicut ad hanc etiam tenetur pater in uſufructu bonorum filij: Myſ. obſer. 93. cent. 2. licet cætera immunis, l. ult. C. de bon. quæ lib.

CONSILIVM XCII.

De legitima.

SVMMARIA.

1 ¶ *Legitima fauorabilis præ pia cauſa, uel militari teſtamento.*
2 *Surrogatur legitima alimentis & adæquatur doti.*
3 *Legitima eſt æs alienum bonorum, non hæreditatis, eaq́, deducto prius ære alieno deducitur.*
4 *Ius uxoris deducitur ante legitimã, non legata, uel reliquæ capiones lucratiuæ.*
5 *Legitima etiãſi tota nõ relinquatur, tota tamen peti poteſt.*
6 *Quãtitas legitimæ uaria.*
7 *Quibus legitima, & quàm uariè debeatur.*
8 *An excluſi, mortui, exhæredati partes in legitima faciant.*
9 *In legitima tãtum habetur ratio eorum qui ab inteſtato ſuccedere poſſunt: exceptis ijs qui ob id quod acceperunt, excluduntur.*
10 *Supplementum legitimæ peti poteſt.*

1 LEGITIMA † fauorabilis eſt, Coraſ. l. filiũ. 24. nu. 100. uerb. legitima, C. fa. erciſ. magis, quã pia cauſa, l. ſi qs. 37. ubi gl. C. de epiſ. & cler. uel alia quarta, l. quanq́. 10. C. ad l. Falc. l. iubemus. 6. C. ad Treb. l. ſcimus. 36. §. illud. ubi Bald. C. de inoff. teſta. uel militare etiam teſtamentum, Iaſ. auth. nouiſſima. nu. 18. C. de inoff. teſt. l. hac conſultiſſ. nu. 2 7. 8. C. de teſtamen. Surrogatur † enim alimentis, Bald. l. lege. 14. nu. 1. C. de leg. hær. l. ſi quis. 33. num. 5. C. de inoff. teſta. Cynus l. ſancimus. 24. num. 2. C. de nupt. per §. hoc nos. §. prohibemus. in auth. de trien. & ſemiſſ. Nouel. 18. & adæquatur doti, Cyn. d. l. ſancimus. nu. 2. Iaſ. Socin. & Dd. in rub. & l. ſi ſocer. 44. ſolut. ma. 3 Gemin. Franc. Couar. c. 2. de pac. in 6. ſic † ut uelut æs quoddam alienum atq́ debitum habeatur, l. 5. C. de inoff. dona. l. unic. C. de inoff. do. No. 18. §. 1. in auth. de trien. gloſ. l. ſi quis. 6. de falſ. Coraſ. l. filium. 24. uer. legitima. nu. 86. & 101. C. fam. herciſc. reſpectu ſcilicet bonorũ, id eſt, quæ iuxta l. ſubſignatũ. § bona. de uerb. ſig. æri alieno ſuperſunt, l. Papinia. 8. §. ſi quis. 15. ubi Bal. Ang. & §. quarta. 9. de inoff. teſta. Iaſ. Caſtr. & Dd. l. pro hærede. §. ſi quis in prin. de acq. hæred. l. pater. 34. ad l. Falc. Bald. conſ. 57. num. 2. uol. 1. Coraſ. d. l. filium. uerb. legitima. num. 93. auth. hoc ita. uerſ. ſaluo iure uxo-4 ris. C. de epiſc. ut † in bonis æri alieno & doti uxoriæ reſiduis, d. auth. nunc autẽ. C. de epiſc. & cler. Iaſ. conſ. 181. in præſenti. uol. 2. Bal. conſ. 57. quia. nu. 2. uol. 1. per l. ſcimus. 36. §. repletionem. C. de inoff. teſta. alijs omnibus, qui ex bonis, i. titulo lucratiuo capiunt (quomodo & ipſa capitur, l. un. ubi Dd. C. de impo. lucra. deſcrip. lib. 10. l. & quia. 10. pro ſoc. l. ſi duo. 38. ubi glo. & Dd. de acq. hær. l. 3. C. de iur. & fac. ig. Bar. l. ſi quis. 6. §. ult. de falſ. Bal. l. iuris. 6. n. 3. C. qui admit. Iaſ. conſil. 181. in præſente. uerſ. tertio modo. uol. 2. Alexand. conſil. 150. nu. 6. uol. 2. conſ. 131. num. 2. uolum. 1.) puta legatis, fideicommiſſis, ac ſimilibus mortis cauſa capionibus præferatur, & ante hæc deducatur, ut æs bonorum poſt æs hæreditatis deductũ, ſcilicet alienum, Iaſ. l. cum filioſ. 11. nu. 46. de legat. 1. Schurff. conſ. 96. quod prædictæ. nu. 11. cent. 1. l. quanquã. 10. C. ad l. Falc. ſine omni onere, quo grauari nequit, l. omnimodo. in fi. l. quoniã. 32. auth. nouiſsima. in fi. C. de inoff. teſta. Iaſ. l. multi. num. 18. nu. 6. de lib. & poſth.
5 Itaq́ etiamſi † tota relicta non ſit, tota tamen, non obſtante uel iurata promiſsione de non amplius petẽdo, Schurff. conſ. 96. quod prædictæ. num. 8. cent. 1. peti poteſt, l. omnimodo. 30. cum multis ſeq. Bal. l. ſi quis. 34. nu. 3. C. de inoff. teſta. Iaſ. l. planè. §. ſi in duobus. 6. nu. 20. de legat. 1. de allodialibus ſcilicet non feudalibus, Bar. l. 4. in fi. de hær. inſt. Bal. Caſt. & Dd. l. ſcimus. §. repletionem. C. de inoff. teſta. & l. 6 iubemus. C. ad Trebell. Ea ab † inteſtato, quoties ſcilicet tota hæreditas non debetur, interdum eſt ſemiſsis: ut in bonis damnatorũ cõfiſcatis: auth. bona. C. de bon. dam. l. ult. C. de bon. proſcript. l. 1. l. ult. ff. eo. interdũ ſextãs, ut in naturalibus: auth. licet. C. de natura. lib. interdum quadrans, ut in crimine maieſtatis, l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. qualẽ & alij præter liberos uariè capiũt, l. ſi qs presbyter. 20. C. de epiſ. & cler. l. 1. C. de hæred. decur. No. 18. §. 1. 2. in auth. de trien. & ſe. l. 1. cum auth. ſeq. C. unde uir & ux. l. uacantia. 4. ubi Bart. C. de bon. uacan. Landt. lib. 1. art. 20. Reinh. diff. 29. Cum uerò definita nõ eſt certa quantitas, tota eſt hæreditas, ſic ut portio legitimæ reliqua hæreditate repudiata, capi nequeat, Iaſ. l. 1. & paſsim, de acq. hæred. Atq́ hæc olim quidem etiam in cauſa teſtamentaria, ubi titulo inſtitutionis hodie relinquenda, gl. & Dd. d. auth. nouiſsima. ſaltẽ in aliqua parte, Bal. l. omnimodo. 30. n. 1. C. de inoff. teſt. per l. ſi qs à priore. ad Trebell. glo. d. auth. nouiſsima. uerb. titulo. uerſ. ſufficit q́ ex certis reb. inſtituantur. §. hæc autem. in authen. hæc autem diſpoſuimus. fuit ad quartam definita, l. 6. C. de inoff. teſta. l. Pap. 8. §. quarta. ff. eod. l. 2. C. de inoff. donat.

dona. quomodo durat etiamnum in collateralibus, ſecundũ communem: gloſ. uerb. titulo. & Dd. auth. nouiſsima. ubi Iaſ. nu. 36. Bald. num. 9. l. fratres. 27. C. de inoff. teſta. uelut & in extraneis, auth. præterea. C. unde uir, l. ſi quis. 20. C. de epiſc. & cler. c. officij. 14. ubi glo. de teſta. cap. 2. 3. 4. 5. 6. 8. de ſepul. cum alijs s. allega. licet fraternã etiam auctã uelit Cuiac. No. 18. in authen. de trien. & ſemiſſ. ubi liberorum augetur curialiũ quidẽ uſq; ad dodrantẽ, §. excipiatur. illo tit. §. ſi quis. in auth. quib. mod. nat. eff. ſui, & Nouel. 87. de dona. fac. à decũr. reliquorũ, ſi quatuor ſint, aut pauciores, uſq; ad trientẽ: ſi plures, ad uſq; ſemiſſem, auth. nouiſsima. C. de inoff. teſta. ubi ſimiliter etiam in parentibus aucta putatur: Iaſ. nu. 35. & Dd. ibi & in rub. ſolut. ma. ubi Ripa, nu. 44. non etiam in arrogatorum quarta, Iaſ. nu. 55. d. auth. nouiſsima. l. pen. §. ult. C. de adop. ſũn. l. Pap. 8 §. ſi quis. 15. de inoff. l. ſi arrogator. 22.
7 ff. de adop. cæteroqui † debetur liberis tam in poteſtate conſtitutis quàm emancipatis, Nouel. 118. Bar. l. cum ex filio. 39. num. 3. de uulg. & pup. etiã ſpurijs in materna hæreditate, Iaſ. l. Gallus. 29. §. quidam. nu. 20. de lib. & poſth. Iul. Clarus de teſta. quæſt. 5. nu. 2. (non paterna, l. 1. §. 1. de bon. dam. l. 5. uerb. legitimo matrimonio nati. C. de inoff. don. Clarus præallig. num. 1.) ac legitimatis, non tantum per ſequens matrimonium, Schurff. conſ. 1. nu. 18. centur. 1. ſed aliter quoq;: Iaſ. conſ. 162. in cauſa. num. 1. 2. l. cum ratio. §. ex bonis. 2. de bon. dam. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. circa finem: eodem ſcilicet quo ab inteſtato ſuccedunt ordine, & modo: §. 2. No. 118. quomodo nepotes etiam legitimam capient, parteſq; facient aut in capita, aut in ſtirpes, iure repræſentationis, ut ab inteſtato ſuccedunt, Salic. nu. 5. Iaſ. nu. 51. d. auth. nouiſsima. Alexan. conſ. 63. ſuper. nu. 1. 2. lib. 2. Caſtr. l. qui ſuperſtitis. 94.
8 nu. 3. de acq. hæred. Sed an omnes etiam † excluſi mortui partes faciãt, & in numero d. No. 18. quatuor aut plurium ſint, diſputatur à Iaſ. & Dd. auth. nouiſsima. C. de inoff. teſt. Bar. & alijs l. 1. 2. de colla. bono. Illud extra controuerſiam, quòd mortui ante parentẽ, nõ computentur: Iaſ. num. 50. auth. nouiſsima. & ibi Dd. C. de inoff. teſta. ut nec poſt eum mortui, Bal. l. 2. in fin. C. ad S. C. Orfic. l. 1. §. in primo. num. 1. C. de cad. tol. Iaſ. & Dd. d. auth. nouiſsima. Quia reducitur ratio legitimæ ad tẽpus mortis, l. cum quæritur. 6. ubi Dd. & in auth. ſeq. C. de inoff. teſt. ut & reliquarum quartarum, Inſt. de ſucceſſ. lib. l. Pap. 8. §. quarta. de inoff. teſt. In repudiante confirmat idẽ Cuiac. No. 18. per c. filio. 16. l. qui repudiantis. 17. §. ult. de inoff. teſta. quia pro mortuo habetur, l. 1. §. ſi pater. 4. de coniungen. cũ emancip. lib. l. 1. §. pen. & ult. de bon. poſſ. cont. tab. ideoq; nec partem faciant, l. ſi poſt mortẽ. 10. §. liberi. 4. de bon. poſſ. cõt. tab. ut & incapaces ac exhæredati, iuſtè ſcilicet: l. 1. §. ſi pater. de cõiung. cum emanc. l. 1. §. pen. l. ſi poſt mortẽ. §. liberi. de bon. poſſ. con. tab. non ij qui querelam habẽt, l. Pap. 8. §. quoniã. 8. de inoff. teſta. Quamobrem licet Bart. uelit eos partes facere ac numerari, l. planè. 34. §. ſi duobus. de lega. 1. per multas rationes, quas conſiderat ibi Iaſ. nu. 22. 23. 24. 25. 26. idem Bart. l. pater. 14. nu. 20. de inoff. teſta. ſibi non conſtans, l. 1. §. pen. de bono. poſſ. cõtra tab. contrà tamen ibi ſtatuit Iaſ. nu. 26. 27. 28. 29. aiens, hanc eſſe communem, quòd inter capita liberorum iſti nõ numerentur: cum quia pro mortuis ſunt, d. l. 1. §. ſi pater. de cõiung. cum emanc. lib. tum quoniam legitima commẽſuratur ſucceſsioni ab inteſtato: l. parentibus. C. de inoff. teſta. l. Pap. 8. §. quoniã. 8. de inoſ. teſt. à qua iſtiuſmodi cũ excludantur, ut uidimus à partibus etiã eius, id eſt, legitima, excludi debent: Cor. conſ. 48.
nu. 7. uol. 2. Aemyl. conſ. 1. nu. 7. in qua † tantum eorũ habetur ratio, qui ab inteſtato capere poſſunt, §. cauſas. uerſic. qui poſſunt ab inteſta. ſucced. No. 115. in auth. ut cũ de app. Bal. l. 4. in fin. C. de lib. præt. Ang. l. 4. nu. 2. ad Treb. per l. 1ã dubitari. 86. de hæred. inſt. Cornæ. cõſ. 107. in hac. nu. 3. uol. 2. Aemylia. cõſ. 1. num. 5. 6. 7. Iaſ. l. ſi quando. 35. §. ult. nu. 10. 11. C. de inoff. teſt. Caſt. l. Titius. §. Titio. 3. num. 3. de cond. inde. Bened. c. Rainutius. uerb. uxorem. num. 45. 46. de teſtamen. Et hoc quidem in his cõmuniter teneri, ut partes non faciant in legitima, teſtatur Iaſ. d. l. planè. §. ſi duobus. nu. 29. ubi pluribus rationibus id confirmat Aemylia. conſ. 1. nu. 3. 4. Socin. conſ. 75. uiſo. nu. 1. 2. 3. uol. 3. quod uerũ eſt in ijs, qui prorſus ob uitiũ ſuũ à iure ſunt excluſi, ut deportati, l. 1. C. de hær. inſt. iure exhæredati, &c. aut ob factũ propriũ, cui cõtrauenire nõ liceat, l. poſt mortẽ. de adop. ut ob iuramẽtum, c. 2. de pac. cõſenſum, l. poſthumus. 12. l. filio. 17. de iniuſt. rup. teſt. ord. 10. par. 3. repudiationẽ: l. filio. 16. cum l. ſeq. l. ſi ponas. 23. de inoff. teſt. ut Cuiac. cõcludit No. 18. ex Harmen. lib. 5. tit. 9. per l. ſi quos. 10. §. liberi. 4 de bon. poſſ. cõt. tab. l. 1. §. ſi pater. 9. de con. cũ emanc. lib. ſecus, ſi qs excludatur, propterea quòd aliquid hoc nomine accepit, ut filia dotata: uel filius, pater, aliquo accepto, l. 1. §. 2. ſi quis à par. ord. 10. parte 3. quoniam eñ excluditur nõ q incapax, ſed quia cepit, & ideo capax eſt, numerum quoq; facit & implet: Bart. l. 1. §. qui habebat. nu. 5. &
10 6. de bon. poſſ. cõt. tab. adeo † ut ſupplementum legitimæ petere poſsint, Alb. Brun. tract. de ſta. quod fœm. exclu. quæſt. princ. 1. art. 9. Sal. in fin. Iaſ. nu. 43. d. auth. nouiſsima. idem Sal. poſt Cyn. in l. ſancimus. 24. in fin. Cod. de nup. Bald. conſ. 452. nu. 1. 2. lib. 1. Alex. conſ. 7. uiſis. num. 3. uol. 3. Cur. ſen. conſ. 13. in fin. licet contrà ſtatuant Ang. conſ. 105. ſtatuto. nu. 2. Cornæ. conſ. 309. circa. in prin. parte 5. Aemylia. conſ. 1. num. 4. 5. cum multis ſequen.

CON-

CONSILIVM XCIII.

De fructibus feudi mortuo uaſallo inter filias & agnatos diuidendis, & apud utros interim poſſeſsio manere debeat.

SVMMARIA.

1 ¶ *Fructus feudi mortuo uaſallo quomodo diuidantur.*
2 *Vbi habemus text. expreſſum, non relinquitur dubitatio.*
3 *Non eſt diſtinguendum, utrum domino, an uaſallo feudum aperiatur.*
4 *Fructus quatenus pertineant ad hæredem uſufructuarij, uel uaſalli.*
5 *Omnes fructus cõplectuntur etiã naturales.*
6 *Oratio uniuerſalis omnia complectitur.*
7 *Vis geminationis.*
8 *§. his cõſequenter. nõ debet ad agnatũ extẽdi.*
9 *Caſus feudalis non extenditur ad caſus ſimiles contra ius commune.*
10 *Agnati & hæredes defuncti diuidunt fructus pro rata.*
11 *Pendente hac quæſtione, filiæ in poſſeſsionem non ſunt immittendæ.*
12 *Fructus quatenus pars ſint feudi.*
13 *Ex ſeparatis nihil infertur.*
14 *Principale trahit ad ſe acceſſoriũ, nõ contrà.*
15 *In feudo antiquo mares excludũt fœminas.*
16 *In dubio feudum præſumitur antiquum.*
17 *Fœminæ ſemel excluſæ ꝑpetuo excluduntur.*
18 *Quibus in caſibus §. inter filiam. non obtineat, nec fœminæ mittantur in poſſeſsionem feudi.*
19 *Ratio §. inter filiam. expenſa.*

POST Martij Calend. uaſallus deceſsit filiabus ab una hæredibus allodialibus, agnatis, ſimultaneè inueſtitis feudi ſucceſſoribus ab altera parte relictis: oritur hos inter de fructibus ultimi anni quæſtio: iudicatũ, ut æqualiter eos diuiderent: appellatur: quid iuris, quæritur.

1 PRo † agnatis facit tex. rotundus in §. his
conſequenter. hic fin. tex: qui aliam fru-
ctuum diuiſionem proponit, quem tex.
2 etiã uſu ſeruari contendunt ibi Dd. Vbi † ue-
rò tex. habemus expreſsũ, nulla amplius du-
bitandi cauſa relinquitur: l. ancillæ. C. de furt.
Aym. Crauet. cõſ. 47. nu. 2. Rolan. à Valle cõſ.
25. in prin. uol. 1. Philip. Porc. Imol. cõſ. 55. nu.
22. Zaſ. conſ. 4. nu. 13. lib. 1. Cachera. deciſ. Pe-
demon. 28. nu. 13. Text. autẽ feudalis pro lege
eſt in ſua materia, c. 1. de cognit. feud. Curt. de
feud. quæſt. 1. nu. 1. & quæſt. 3. parte 1. & ad de-
ciſionem cauſarũ rectè allegatur, Cur. præall.
loc. & Dd. d. c. 1. uerſic. ſtrenuus. de feud. cog.
3 Quanquam † autem d. §. his conſequẽter. lo-
quatur de feudo, quod aperitur domino, ta-
men idem ſeruari debet in illo quod aperitur
agnato, ut §. ecõtrariò. de inueſt. de re alie. fac.
qui plus iuris ꝙ dominus habet, §. ult. qual.
olim feu. pot. alie. præſertim cùm ratio diuer-
ſitatis dari non poſsit, l. generali. de fideiuſſ.
quib. in terminis caſus licet diuerſi non ſunt
diuerſo iure cenſendi, Aemylia. conſ. 4. nu. 17.
Crauet. cõſ. 187. nu. 6. 7. Nam extendere legẽ
ad caſus ſimiles, eſt legem enucleare potiùs,
Crauet. de antiq. temp. in prin. nu. 35. pro quo
l. 4. 5. 6. cum ſeq. de legib. cùm ſola ratio ſuffi-
ciat ad decidendum, l. ſcire. §. ſufficit de excu-
ſat. tutor. etiam in materia feudorum, Curt. in
trac. feud. parte 1. quæſt. 3. nu. 12. Pro contra-
ria parte facit, quòd multi teſtentur, d. §. his
cõnſequenter. uſu nõ ſeruari: idq́ in iure mo-
ribusq́ Saxonum oſtẽdit tex. Land. lib. 2. art.
58. lib. 3. art. 76. Reinh. diff. 11. parte ult. quæ
deſuetudo legibus derogat, l. de quibus. de
legib. ubi Dd. & c. ult. de conſuet. Et certè mul-
tum ille §. his conſequẽter. habet iniquitatis,
4 parum aut nihil rationis, quod † ad fructus
naturales attinet, ut fœnum, &c. cur ſequũtur
uaſalli à calendis Martij decedentis hæredes?
cùm is comparetur uſufructuario, §. ult. uerb.
uſusfructus. per quos fiat inueſt. qui tale ni-
hil relinquit hæredi iure ciuili, §. is ad quem.
Inſt. de rer. diuiſ. licet iure Sax. res ſit diſputa-
bilis, quoad naturales, Reinh. diff. 11 parte ul-
tim. Nam induſtriales ſequuntur hæredẽ hoc
iure, Landt. lib. 2. art. 58. ubi gloſ. Et cur uerò
relinquat naturales hæredi, cùm nullam his
operam impenderit, aut ſumptum, quare ſe-
qui eum debeant, pro cultura & cura? ut ex-
primitur hæc ratio lucrandorum fructuum, §.
ſi quis à non domino. Inſt. de rer. diuiſ. Quin
& Calendis Martij fructus naturales, ut gra-
men, fœnum, poma, nõ ſunt adhuc in rerum
natura: quod autẽ non eſt, ne quidẽ in domi-
nio eſt, nec debẽtur fructus, qui necdum exi-
ſtunt, l. interdum. ubi Dd. de uerb. obl. Quod
autẽ non habuit in dominio defunctus, aut
iure, nõ poteſt tranſmittere, l. quod noſtrum.
70. de uſufruc. l. 3. & paſsim, quan. dies leg. Et
5 † eiuſmodi rationibus motus Aluar. in d. §.
his cõſequenter. nu. 5. exiſtimat illũ tex. ad in-
duſtriales tantùm fructus pertinere, non ad
naturales, qui dominũ ſequuntur. Quanquã
fortiter in contrariũ ſtringat text. ille in uerb.
omnes fructus illi' anni. & iterũ uerſ. omnes
fructus, qui interim percipiũtur, & tertiò uerſ.
omnes fructus anni. & quartò uerſic. omnes
pendentes fructus. Qui enĩ omne dicit, nihil
excludit, l. Iulianus. de lega. 3. etiã in hac fru-
ctuum materia, l. bonæ. 48. in princ. uerſ. non
tantùm qui diligentia & opera eius prouene-
6 runt, ſed omnes. ff. de acq. dom. Eſt † enĩ ſignũ
uniuerſale, quod orationẽ facit uniuerſalem,
Bar.

Bar.l.generali.§.uxor.nu.34.de uſufruc. lega.
Dec.conſ.30.& pro tenui. nu. 4. ſic ut omnia
cōplectatur,quæ illa uniuerſitate cōcipi & cō-
prehēdi poſſunt,nullo penitus excepto, Dec.
cōſ.29. in fin.Lauren.Sylua.cōſ.95.nu.17.19.
per l.à procuratore.C.mād.c.ſolitæ.de maior.
& obed.Fred.de Sen.conſ.84.Bald.conſ.326.
lib.1.Pariſ.conſ.79.nu.43. lib. 2. potiſsimum
in geminatione toties repetita, ut hîc: cuius
7 † quàm magna uis ſit,oſtendūt Euerar. loc.à
ui geminat.Bar.l.cum ſcimus.num.6.7. C. de
agric.& cēſ.lib.11.Corſ.indagat. lib.2. cap. 23.
nu.10. Crauet. de antiq.temp.§.3.n.30.31.Pa-
riſ.cōſ.1.n.43.cōſ.10.n.57.uol.1.cōſ. 47. n. 22.
100.cōſ.69.n.52. 188.uol.3.cōſ.5.n.64.uol.4.
8 Et † ut maximè in terris Imperij extra territo-
riū Sax. obtineret uſu d.§. his cōſequenter. tñ
cùm loquatur de feudo, quod dño ſit apertū,
nō debet extra ſuū caſum extēdi ad agnatos,
ut in terminis tenet Alexan.Cuman.& alij (li-
cet Socin.uacillet) in l.diuortio. ſol. mat. reli-
quorū ſtatutorū exemplo, l. ſi extraneus. ubi
Iaſ.de cōdic cauſ.dat.& cōſuetudinis, c. quod
translationē.de off. leg.etiā feudalis, Curt. de
feu.parte 1.quæſt.4.nu.1.& quæſt.3. nu. 4. ſed
caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris
cōmunis,c.1. de feu.cog. præſertim ſi aliàs ius
cōmune corrigeretur in illo caſu,Cur. d.parte
9 1. quæſt.4.nu.5.6.7.Vnde † nec ex iure feuda-
li procedimus ad ſimilia: ubi aliquid induce-
retur cōtra regulas iuris communis, ſeu cōtra
ius,nō ꝑter ius cōmune,Curt.de feud. parte 1.
q. 3.n.5.8.9. & q.4.n.6.7.cū ibi alleg.Quāob-
10 rē cōmuniùs receptū eſt, ut † aperto agnatis
feudo fructuū diuiſio fiat nō iuxta d.§. his cō-
ſequēter. ſed ex iure cōmuni, ſecūdū æquiſsi-
mā rationē l.diuortio. ſol. ma. ꝓ rata tēporis,
ut ibi Alex. & Dd. cōmuniter tradunt:quāuis
Soc. cōtrouertat,& ſeqtur Alber. Brun. in cōſ.
feu. cōſ.106. Raphael Cuma.conſ.99.ad finē,
Ang.cōſ.244.& 245.uerſ.qd in ꝑlato. idē tra
dit in apoſtill.ad Bal.d,§.his cōſequēter. Ferr.
in for.reuoc.feu.nu.16. Zaſ.in epit. cap. 10. ad
quē feud.amiſſ.reuer.n.109.glo. Landt.lib.2.
art.58.ꝑ illū tex. & hæc qdē diuiſionis ratio ut
æquabiliſsima ꝓbat cōſt. pro.16.parte 3. quo
loco cùm dicat apertè etiā in dotalitijs (q̄ in
feudo cōſtitui ſolēt)obtinere, exiſtimet etiā in
feudis obtinere generatim, cùm ſtatutū illud
generaliter loquatur, l.1. §. generaliter.de leg.
præſtan.neq; diſtinguat,l.de pretio. de Publi-
cia.& rē ad ius cōmune reducat,quò facilè re-
dit,Bal.l.maximum.num.12. C.de lib. præter.
Atq; ita quidem puto hanc quæſtionem diri-
11 mendā:ea † uerò pendente,nullo modo filias
in poſſeſsionē feudi immittēdas eſſe, ex c.1. §.
inter filiā. ſi de feu.fuer. cont. inter dom.& ag.
ubi omnes Dd. quam communem latè cōfir-
mat Menoch.remed. adipiſc. 4.nu.375. cùm
quia nihil iuris in feudo prætendunt, ut nec
poſſunt, d. autē §. inter filiam. tantummodo
obtinet in feudo cōtrouerſo, de quo dubita-
tur, utrum allodiale uel feudale, & in quo fi-
lia ius prætendit, præſertim quamdiu maſcu-
lus ſupereſt, c.unic.de eo qui ſibi uel hær. §. fi.
de feu.ſucceſſ.§.quinetiā.epiſc.uel abbat.Brū.
conſ.39.nu.5.cōſ.78.nu.1.copioſè Pariſ.conſ.
23.nu.49.uol.1. Zaſ.de ſucceſſ. feu. concluſ.3.
Fulgoſ. conſ.12.Præpoſ.tit.de duob. frat. à ca-
pit.inueſt. quem ad hoc allegat cū alijs Cache
ra.deciſ.Pedemon.23.prolata.nu.5. & meliùs
deciſ.26.diſcuſsis.in fine, dicēs patrui uaſalli
intentionē eſſe fundatā, tum multo magis qa
non agitur de iure aut poſſeſsione feudi, ſed
12 tātùm de fructibus, qui † licet ſint feudi pars
pendētes in uendicationis materia, ubi cum
toto fundo uenditi ſunt, l. Iulianus.§.ſi fructi-
bus. de act.emp.uel alioquin acceſsionis uice
petūtur ac debētur, l.fructus pendentes de rei
uendicat.Tiraq.latè de retrac.prox.§.1.gloſ.7.
nu.40.41.42.cū ibi alleg.ſecus tñ eſt,ubi fru-
ctus ſeparatim petunt diuidi, & cùm de eorū
perceptione ꝑ ſe ac principaliter agit. hic enī
neceſſe eſt eos pro ſeparatis à fundo haberi, l.
ult.de req.reis,nec abſ.l.cætera.§.ſed ſi ſepara-
uit.de legat.1.ut eleganter diſtinguit Tiraq.de
13 retrac.prox.§.1.gloſ.7.nu. 43. & † proinde ex
ſeparatis nihil inferri poteſt, l. ſi maritus. ubi
Bal.C.de don.l.Papinianus exuli. de minor.l.
ult.de calum.l.inter.§.factā. uerſic. ſed hæc di-
uerſa.de uerb.obligat. Euerar. loc.à ſeparatis,
cū ibi adductis. Multo minus ipſum feudum,
quod eſt principale, debet ſequi cauſam fru-
ctuū acceſſoriā,ſed contrà,l. & ex diuerſo. §. 1.
14 ubi Bart.de rei uend.Principale † enim trahit
ad ſe acceſsionē, ut ſuo iure regatur, l. cùm in
diuerſis. de religioſ. & ſump. funer. ſicut ma-
ius dignū trahit ad ſe minus dignum,c. qđ in
dubijs.de conſecrat.eccleſ.c.1.eod.in 6. Tiraq.
de retrac.prox.§.1.gloſ.7.nu.83. & §.30.gloſ.2.
nu.15 nō cōtrà,l.ꝑ minorē. de iudi. d.l.cùm in
diuerſis. de relig. l. pen. l. ult. de ord. cog. ubi
etiā ꝓbat, maiori iudicio nō debere præiudi-
ciū fieri ꝑ quæſtionē minorē, l.fundi.l. fundū.
15 de excep. l.1.fam. erciſcun. Idq; † potiſsimum
in feudo iſto antiquo ualere debet, ubi mares
agnati excludūt filias, etiā quæ aliàs in nouo
ſuccedere ſuo patri potuiſſent,Cachera. d.de-
ciſ.23.n.6.& 7.ꝑ Præpoſ.c.1.de duob. frat. Ca-
16 ſtrenſ.cōſ.192. in fine. ſicut † & in dubio præ-
ſumitur antiquū eſſe feudū, nō nouū, Aff. c.1.
not.2.ſi de feu.fue.con. poſt Bald. Laud. Præ-
poſ.ibi,& Alu.n.1. Dec.cōſ.269. n.5. cōſ. 445.
n.5 Cachera.deciſ.Pedemon.23.n.7. etiāſi di-
cat,De nouo cōcedimus,ut ibidē ſubijcit n. 8.
dūmodo antea quoq; fuerit illi eidē familiæ
cōceſſum.glo.c.quæcunq;.25.q. 2. Iaſ.cōſ. 24.
uol.3. Soc.iun.cōſ.103.nu.31. uol.2. Alex. cōſ.
30.n.2.3.uol.1.cōſ.2.uol.5.Dec.cōſ.445.nu.6.
quod genus propriè non eſt inueſtitura, ſed
eius cōfirmatio,Schurff.cōſ. 74. caſus. nu. 4.
17 centur.2.à † quo feudo cùm hîc antea etiam,
quoad poſſeſsionē, filiæ fuerint excluſæ, ꝑpe-
tuò ſimiliter excludi debēt, §. qn etiā. ubi cō-
muniter Dd.epiſ.uel abb. Curt.feu. parte 4.q.
27.Brū.cōſ.78.n.2.Dec.cōſ.390.n.4. cōſ. 517.
num.

num. 6. & conſ. 517. num. 6. non modò ab ijs à quibus antea ſint excluſæ, ſed ab alijs omnibus agnatis, etiam remotioribus, Dec. d. conſ. 517. num. 6. Pariſ. conſil. 12. num. 7. conſil. 22. num. 15. conſ. 23. num. 50. 53. uol. 2. Gozadin. conſil. 8. num. 9. Ruin. conſil. 9. uol. 1. Afflic. tit. de nat. ſucceſſ. feud. num. 113. ubi dicit ita eſſe de communi feudorum iure, Zaſ. de ſucceſſ. feu. in 4. concluſ. affirmãs id procedere, etiãſi ſint appoſitæ inueſtituris dictiones Quãdiu, uel Donec: Tiraq. l. ſi unquam. uerb. ſuſceperit. num. 195. C. de reuocan. donat. Cachera. deciſ. Ped. 23. num. 17. dicens ita communiter tenere Dd. d. §. quinetiam. epiſ. uel abbat. Po-
18 ſtremò † quoniam agnati iampridem ſunt in notoria huius feudi poſſeſsiõe, habẽtq́ præſumptionem iuris cõmunis pro ſe, etiam totius huius patriæ conſuetudinem, & incontinenti poſſunt de ſuo iure docere ex inueſtituris, Bal. l. 2. nu. 2. C. de edict. diui Adria. Tiraq. latè in retrac. prox. de quo Cacher. deciſ. 26. diſcuſsis. nu. 13. 14. 15. 16. In quibus caſibus filia non mittitur in poſſeſsionem feudi, ex d. §. inter filiam. Cachera. d. deciſ. Pedemon. 26. diſcuſsis. per totum, & deciſ. 23. ſecundus. nu. 19. Dec. conſil. 517. nu. 8. Iaſ. conſil. 138. in fine, uolum. 4. Brun. conſil. 1. nu. 5. conſil. 18. nu. 12. Gozadin. conſil. 50. num. 20. prout in iudicio retinendæ, Curt. iun. conſil. 41. nu. 10. & Ripa lib. 1. reſpon. cap. 1. num. 81. 83. Pariſ. conſ. 22. num. 64. cum ſeq. conſ. 23. num. 89. cum ſeq. uol. 1. Gratus reſponſ. 10. num. 1. & 7. lib. 1. Cacher. deciſ. Pedemon. 23. ſecundus. numer. 36. ne poſſeſſori ex iuſto titulo, utpote legitimo contradictori, ſua poſſeſsio ſine cauſæ cognitione auferatur, contra quem ideo non obtinet remediũ, l. ult. C. de edict. diui Adria. Quãquam autem d. §. inter filiam. quidam extendunt & procedere uolunt, ſiue agnatus poſsideat, ſiue non, glo. 1. d. §. inter filiã. quam Bald. ibi ſequitur, & Laudenſ. etiam, Curt. tract. feu. parte 3. quæſt. 1. princ. q. 31. Menoch. remed. adipiſ. 4. num. 377. per Rolan. conſil. 2. nu. 31. lib. 3. Dec. conſil. 424. expreſsè dicens, quòd locum habeat, etiamſi bona eſſent feudalia, & id apertè conſtet: Gozad. conſil. 7. nu. 13. Pariſ. copioſè conſil. 22. nu. 65. lib. 1. Rolan. cõſ. 1. num. 65. lib. 1. Zuchar. nu. 486. in l. ult. ibi: Menoch. 4. remed. adipiſ. num. 379. addens num. 378. idem ius nõ tantùm in filiabus, ſed etiam fœminis lineæ tranſuerſalis obtinere, per Dec. conſ. 424. num. 11. Soc. iun. conſ. 75. num. 29. lib. 1. Philip. Por. conſil. 1. num. 18. uel extraneis quoq́, Rolan. conſ. 1. num. 62. lib. 1. conſ. 2. num. 28. lib. 3. poſt Dec. d. conſil. 424. Gozad. conſil. 7. nu. 11. eandem glo. ſequitur Brun. conſil. 1. num. 4. & 15. poſt Ioann. And. Bal. Guliel. de Cun. Alex. quos allegat Campeg. inter conſilia Brun. conſil. 2. num. 8. & 9. Dec. in terminis conſil. 424. numer. 10. conſil. 467. num. 10. & ſequen. conſil. 498. in princ. conſil. 588. num. 11. 12. ubi in fortioribus terminis concludit, quòd etiamſi agnatus poſſideret cum titulo inueſtiturarum, attamen filiæ poſſeſsionem concedere debeat: tamen iſta in noſtris terminis nihil faciunt, quia loquuntur, ut ipſa lectio docet, quãdo filia contendit ſe eſſe capacem feudi ex alia inueſtitura, & ſic ex conflictu duarum inueſtiturarũ diſputatio requirit altiorem indaginẽ, ut pluribus exponunt Socin. iun. conſil. 75. nu. 25. & 26. conſ. 76. num. 95. uolum. 1. Afflict. deciſ. 119. num. 4. Curt. iun. conſil. 30. num. 10. conſ. 41. num. 5. Gozad. conſ. 7. num. 11. 13. 21. Cacheran. deciſ. Pedemon. 23. ſecundus. nu. 36. & 54. qui poſt num. 54. ex Dec. d. conſ. 517. & Iaſ. conſil. 138. expreſsim teſtatur, eam theoricam non obtinere, ſed contrariam pro agnato poſſeſſore, Decij ac Iaſ. in cõſilijs modò nominatis, quando filia non allegat ſe eſſe capacem feudi, ex aliquo pacto, conſuetudine, uel alio iure, prout in noſtro caſu: id quod pluribus confirmat deciſ. 26. diſcuſsis. per totum, etiamſi fateatur rem uiſam diſputabilem in illo, de quo agit, caſu, & ſententias Dominorũ
19 fuiſſe ſciſſas. Eõdẽ † pertinet Menoch. remed. adipiſc. 4. num. 376. qui dicit illius conſtit. §. inter filiã. ſi de feu. fuer. cõt. rationẽ eſſe, quia fieri poſsit, ut in iudicio petitorio, quod deinceps tractabitur, fœmina oſtendere poſſet ſe non eſſe incapacem ſucceſsionis illius feudi, uel ob conſuetudinem, uel ob aliud ius, cùm permulti ſint caſus, in quibus fœmina in feudo ſuccedat: quod tunc præſertim procedit, cùm fœmina hæc aliquã cauſam allegat, ob quam feudum obtinere poſſe uidetur. Quocirca quoties iſta d. §. inter. ratio ceſſat, ut noſtro caſu, toties ius eius ceſſare cõſentaneum & ſequens eſt, l. quod dictum. de pact. l. adigere. §. quamuis. de iure patron. Ex quo limitat Menoch. d. remed. adipiſ. 4. num. 380. d. §. inter. & oſtendit nõ procedere, quando maſculi iam (ut hîc) eſſent in poſſeſsione, Brun. conſ. 63. nu. 3. ut nedum in fratre, ſed cæteris etiam agnatis reſpondit Dec. conſ. 417. num. 8. Gozadin. conſil. 50. num. 26. Alba. conſil. 72. nu. 18. Alcia. reſpon. 257. num. 7. Iaſ. conſ. 138. in fin. lib. 4. Item quoties (ut hîc) agnati probationes habent in promptu, quòd bona eſſent feudalia, & talis qualitatis, q̃ à fœminis poſſideri non poſſent, Zuchard. num. 486. Menoch. num. 381. d. l. ult. C. de edic. diui Adria. Campeg. inter conſilia Brun. conſil. 2. nu. 9. Gozadin. conſil. 50. nu. 26. Porc. Imol. conſ. 1. num. 65. Cacheran. deciſ. Ped. 26. nu. 3. & 14. Rolan. à Valle conſil. 2. num. 38. in fine, lib. 3. Et hoc in caſu, inquit Menoch. poſſet fortè de feudi opinio Iaſ. d. conſ. 138. lib. 4. & aliorum, dum dicebant, filiam non eſſe mittendam in poſſeſsionem bonorum feudalium, quando clarè conſtat eſſe feudalia, & in eis fœminas ſuccedere nõ poſſe: quod apertè ſenſit Iacob. de ſ. Georgio d. l. fin. num. 49. C. de edic. diui Adria. Sed & cùm feudum eſt eccleſiaſticum, fœmi-

fœmina in eiuſmodi poſſeſsionem mitti non debet, Menoch.d.remed.adipiſ. 4.nu.382.Iaſ. conſ. 152. in fin. lib. 4. Item quando ageretur de muniti caſtri poſſeſsione, cuius reparatio eſſet difficilis, ſi cōtingeret pro agnatis in petitorio ſentētiā ferri, Caſt.l.2.in fin. C.de edic. diui Adria. & ibi Iaſ.Gozad.conſ.7.n.11.& 22. Menoch.d.remed.adipiſ.4.nu.383. & recuperan.1.n.314. de quo nō inſiſto diſputare, cùm pateat hic filias ad fruct⁹ tantùm ultimi anni, quo pater deceſsit, uelut rē allodialem, nō ad feudū aſpirare, ut omnis hîc difficultas ceſſet.

CONSILIVM XCIIII.

De ſubintellecta in fideicommiſsis conditione Si ſine liberis.

SVMMARIA.

1 ¶ *Conditionē Si ſine liberis deceſſerit, in ſubſtitutione deſcendentiū ab aſcendentibus facta ob pietatis cōiecturam ſuppleri, receptum eſt.*

2 *In ſubſtitutione fratrum & collateraliū dicta cōditio Si ſine liberis, &c. ceſſante pietatis coniectura, non ſolet ſubintelligi omiſſa, & ideo excluſis fratrum filijs ſubſtitutus admittitur.*

3 *Præſumptioni iuris in dubio locus eſt, quando uidelicet aliter de uoluntate teſtatoris non apparet, quæ tamē ex mēte teſtatoris coniecturata probationē in contrariū admittit.*

4 *Vtrùm per omiſsionem cōditionis Si ſine liberis, &c. teſtator nepotes ex fratrum liberis excludere, nec ne, uoluerit, uolūtatis, non iuris quæſtio eſt.*

5 *In quæſtionibus uoluntatis coniectura ex mēte teſtatoris capienda eſt, & id ſequendū, quod credibilius & ueriſimilius ex ijs quæ in teſtamētis diſpoſita leguntur, probabili uoluntatis conſequentia colligi poteſt.*

6 *Veriſimile non eſt, ad partem teſtatorem noluiſſe admittere, quem totum habere uoluit, licet uerba aduerſari uideantur.*

7 *A prædilectione unius perſonæ ad aliam minus dilectam coniectura ducitur, atq; ex eo, quod teſtator in tota hæreditate ſubſtitutionē facere uoluit, præſumpta eius ſententiæ coniectura coniunctus præfertur ſubſtituto.*

8 *Similis cōiectura ex eo quòd alijs nihil teſtamēto legatum ſit, aut ei ſubiecta à ratione legādi, aut ex præcedenti ſcriptura & alijs circumſtantijs partim in iure expreſſis, partim non comprehenſis, ſumitur.*

9 *Cauendum eſt, ne dum nimia ſcrupuloſitate circa omiſſa cōditionis uerba utimur, teſtatoris uoluntas defraudetur, & conſequenter etiam liberi ob uerborum omiſſæ conditionis defectum fructu hæreditatis paternæ orbentur.*

10 *Licet in liberis deſcendentibus diſputari poſſit, utrùm præſumptio ſit iuris & de iure: tamē in collateralibus, de quibus nihil lege expreſſū inuenitur, liberos eius cui ſubſtitutum eſt, non iuris diſpoſitione, ſed ex coniecturata mente in cōditione poſitos, uel excluſos cenſeri.*

11 *Præſumptio iuris & de iure, eſt legis aliquid præſumētis & ſuper præſumpto, tanquam ſibi comperto, ſtatuentis diſpoſitio.*

12 *Præſumptio ex mēte teſtatoris ducta & collecta, in utramq; partem ſe habere & induci poteſt.*

13 *Ad intelligendam teſtatoris mentē in reciproca fideicommiſsi ſubſtitutione, non ex una parte teſtamēti tantùm, in qua omiſſa conditionis uerba ſunt, ſed ex alijs partibus, adeoq; toto teſtamenti contextu, uelut una ſcriptura, iudicium faciendū eſt.*

14 *Inciuile eſt, tota lege (cuius tamē uerbis plerunq; ſtatur) non perſpecta, neq; ponderata, ſed una aliqua particula eius propoſita, iudicare, uel reſpondere.*

15 *Nō ex ſingulis uerbis, ſed ex perpetuitate & conſtantia, æſtimandæ ſunt ſententiæ.*

16 *In teſtamentarijs controuerſijs accuratè inueſtigandum eſt, quæ fuerit finalis intentio, quæ affectio, quæ opinio teſtatoris, & quale in diſponendo propoſitum, quæ cauſa, & quæ ex his conſequentia, uel cum ijs conſentanea, uel diſſentanea ſint.*

17 *Prædictis non ponderatis, in interpretandis teſtatorum controuerſijs uerba captari & uolūtati calumniā inferri præſumptū eſt.*

18 *In ſubſtitutione fratribus eorumq; liberis facta magis inſpicitur affectio naturalis, quàm poteſtas uerborum.*

19 *Vbi de teſtatoris intētione, quòd uidelicet nō minorem erga fratrum filios, quàm ipſos fratres habuerit affectionem, ex diſpoſitis in teſtamēto cōſtare poteſt, ibi ex præſumpta mēte ipſius fideicommiſſum conditionale ad liberos & hæredes tranſmitti, liberos in conditione poſitos ex teſtamento uocatos cenſeri, filij appellatione nepotem contineri, & deniq; de perſona ad perſonam extenſionem fieri creditur.*

20 *Per ſubſtitutionem fideicommiſſariā teſtatori, & non grauato ſucceditur.*

21 *Diſpoſitio teſtatoris eiuſq; uolūtatis talis cen-*

ſeri debet, qualem teſtator eſſe credidit, & non, prout de iure ualet.

22 *Licet diſpoſitio teſtatoris ſit nulla, inualida, aut erronea, ex ea tamen probatur uoluntas teſtatoris.*

23 *Per tacitã pupillarẽ mater à ſucceſſiõe legitima nõ, ſed ꝑ expreſſã dũtaxat excluditur.*

24 *Clauſulæ quæ pro effectu diſpoſitionis alicuius ſubijciuntur, oſtendunt & argumento ſunt, quid mente & intentione diſponentis fuerit comprehenſum.*

25 *Ea quæ in teſtamentis ſcripta leguntur, non ſemper ex ratione & ſecũdum intellectũ iuris, ſed magis ex opinione & intelligentia teſtatorum ſunt intelligenda.*

26 *Pro intelligẽdo reciprocæ ſubſtitutionis fine & effectu nõ ſola omiſſionis uerba præfractè captanda, ſed ueſtigijs uolũtatis teſtatoris inhærendum eſt.*

27 *In quæſtione uoluntatis coniecturatæ probationes, ab eo quod ueriſimile, & teſtatorẽ ſenſiſſe credibile, & plurimum ualent, & earũ, præſertim in fideicommiſſorum interpretatione magnus eſt uſus.*

28 *Iudex cui uoluntatis interpretatio commiſſa eſt, inprimis quid teſtator ſenſerit, deinde quid eum ſenſiſſe ueriſimile ſit, deniq; quem ſenſum uerba ſuppeditent, ſcrutari & definiendo ſequi debet.*

29 *Quemadmodum liberi, ubi in cõditione poſiti ſunt, ſubſtitutis prælati intelliguntur, ita ecõtra ijs in cõditione poſitis, ſed omiſſis his ſubſtituti prælati eſſe uidentur, niſi aliunde cõtrariũ ueriſimiliter colligatur.*

30 *Licet in omiſſis uolũtas nõ diſponit, ſed deficit, nec cõtra uolũtatẽ exteriùs diſpoſitiuè declaratã, ulla interior ꝓbatio admitti uideatur, tamẽ ea ꝗ omiſſa dicũtur, ex multis cauſis ſuppleri poſſunt interpretatione.*

31 *Vbi in diſpoſitiõe cõditio, uel aliqua alia circũſtãtia omiſſa dicitur, et dubitatur, an ex cõiecturata mẽte ſuppleri debeat, illud ꝓ diſpoſito habetur, de quo teſtator interrogatꝰ, uel admonitus, ueriſimiliter diſpoſuiſſet.*

32 *Cũ aliqd ex eo qđ teſtamẽto expreſſũ eſt, ꝓbabiliter colligi & ſuaderi põt, nõ habetur penitus ꝓ omiſſo, ſed potiùs errore et obliuione ꝓpter uoluntatẽ omiſſum eſſe creditur.*

33 *Qui liberis ante parẽtes ius ſucceſſionis natura cõpetere ſciuit, aut ſcire debuit, id eo ipſo, quod non ſicut parẽtibus ademit, ijs conſeruare uoluiſſe intelligitur.*

34 *Qui ulteriores in ordine ſucceſſionis tãtùm excluſit, proximiores in ius ſucceſſionis incluſiſſe cenſetur: quia incluſio unius, eſt excluſio alterius: & uice uerſa, excluſio unius alterius eſt incluſio.*

35 *Expreſſa parentum excluſio, ex uoluntate teſtatoris aliquid amplius operari debet, quàm ſi omiſſa tacitè, & ex generali tantùm præſumptione ineſſet.*

36 *Effectus eorum quæ in teſtamẽtis diſponuntur, ſolet, quoties id exprimitur, ſæpenumerò mutari & alterari, quod etiam non expreſſum tacitè tamen ineſſet.*

37 *Vbi præſumi poteſt teſtatorẽ non intellexiſſe id, quod expreſſit, tacitè & generaliter diſpoſitione ſua contineri, tũc expreſſio eorũ, quæ tacitè ineſſe poſſẽt, operatur reſtrictiuam uoluntatem ad ea quæ expreſſit.*

38 *Primus ſucceſſionis gradus deſcendentiũ, ſecundus autem gradus aſcendentium eſt.*

39 *Quoties hoc quod tacitè ex præſumpta mẽte teſtatoris per cõſequentiã ineſt, diſpoſitiuè exprimitur, tũc uelut alia ratione expreſſum facit ceſſare tacitum, quia ab eo modo quo tacitè ineſt, uidetur receſſum.*

40 *Cùm alia atq; diuerſa taciti ac expreſſi ratio eſſe poteſt, is effectus tantùm in cõſiderationẽ uenit, qui tanquã ab expreſſo, & non quatenus tacitè ineſt, conſequitur.*

41 *Effectus tacitæ parentum excluſionis in reciproca eſt, ut quemadmodũ ſuccedere poſſent, ſi nulli ſupereſſent liberi, ita etiã excludantur, ſi liberi non ſint, qui primò & ante ipſos excludantur.*

42 *Expreſſæ parentum excluſionis in reciproca effectus eſt, ut locũ habeat, ſi nulli ſint liberi, qui ante ipſos ſuccedant.*

43 *Qualibet diſpoſitio teſtatoris ꝑſupponit habilitatem terminorũ, & ad intellectũ & effectũ iuris referenda eſt, ut eo caſu facta cẽſeatur, ubi iure effectum habere poſſet.*

44 *Maior eſt ratio excludendi gradũ remotiorem, quàm proximiorem.*

45 *Cùm dubitationis tollẽdæ tãtùm gratia excluſio exprimitur, tũc expreſſio eius quod tacitè ineſt, nihil operatur, reſpectu eius quod exprimitur, niſi ratio & mens teſtatoris reſpectu extrinſeci non expreſſi ueriſimiliter id ſuadeat, et inde inferri poſſit.*

46 *Præſumptionibus generalibus per ſpeciales coniecturas derogatur.*

47 *Omiſſum ab expreſſo ſuppleri ſolet, nec planè omiſſum cenſetur, quod ab expreſſo colligitur, & teſtator rogatus ueriſimiliter expreſſurus fuiſſet.*

48 *In uoluntatis quæſtione interpretanda plerunq; maiorẽ rationẽ ac conſiderationem eius quod expreſſũ eſt, & inde probabiliter inferri poteſt, quàm illius quod quadã incogitantia omiſſum eſt, habemus.*

49 Opi-

49 Opinio et doctrina gloſſ. in l. cùm acutiſſimi. C. de fideicom. de omiſſa conditione Si ſine liberis, &c. locum habet, quoties uerisimile eſt à teſtatore eam conditionẽ eſſe omiſſam, ut liberi per ſubſtitutũ excluderẽtur.

50 Coniectura pietatis in fratre nõ æquè, ut in parentibus, locum habere poteſt.

51 In teſtatorum diſpoſitionibus non tam conſiderandum eſt, quis iure pro extraneo habeatur, ſed quo quiſq; loco à teſtatore habitus ſit, inprimis ſpectandum eſt.

52 Si de liberis fratris etiam quandocunq; poſt mortem ſuam naſcituris diſpoſuerit teſtator, eo ipſo ipſos intuitu & affectiõe fratris ex quo naſci debebant, uocaſſe uidebitur.

53 Teſtatoris uoluntate nõ aliter omiſſa uidentur, quàm uerisimile eſſe poteſt, etiã de eo interrogatum omiſſurum fuiſſe.

54 Actus agẽtium non ultra intentionẽ, præſertim uerò in ultimis uoluntatibus nõ ultra cogitationem & intelligentiam mentis operantur.

55 Quod in fauorẽ aliquorum cõſtitutum eſt, in illorum odium redundare non debet.

56 Quoties aliqui uocantur ad ſucceſſionẽ alicuius, & aliqui ſpecialiter & nominatim inde excluduntur, tunc illi qui reſpectiuè in hunc modum uocatis & excluſis pares uel potiores ſunt, non uidentur excluſi.

57 Vbi ad ſucceſſionem abſq; liberis defuncti patruus per ſtatutum uocatur, & mater excluditur, ſi ſoror defuncti ſuperſit, licet in conditione non ſit poſita, ſucceſſionem obtinebit, quia hic caſus uerbis ſtatuti non inuenitur comprehenſus.

58 Quãdo in eadem diſpoſitione aliqui uocantur, & aliqui excluduntur, diſpoſitio talis neq; quoad caput excluſiuum, neq; incluſiuũ, eſt ſimplex, generalis & abſoluta, ſed reſpectiua tantùm inter uocatos & excluſos, cõtra quã relationẽ reliqui caſus ſunt & remanẽt in diſpoſitione iuris cõmunis.

59 Specialis alicuius caſus, uel effectus expreſsio ſemper operatur dubitationẽ, quoad alios non expreſſos, an idem uidelicet, uel aliud de eo teſtator ſenſerit.

60 Reorũ, præſertim pupillorũ & de damno uitãdo certantiũ, in ambiguis fauorabilior & eſt & eſſe debet cauſa, quàm actorũ ex alienis miſerijs ac inopia lucrũ captantiũ.

61 Hæreditariò acquiſita quæ ad ſuperſtites ſemel peruenerũt, in hæredes trãſmitti poſſunt, nec fideicõmiſſi reſtitutioni amplius ſunt ſubiecta.

62 Si fratri abſq; liberis decedenti in tota legati ſumma collaterales ſubſtituti ſunt, etiam inter eorũ liberos totã legati ſummã reſtitutionis onere affectam eſſe, ex teſtatoris mẽte, licet uerba deficiant, cõcedendũ eſt.

63 Tacita & præſumpta mentis argumẽta non probant, neq; concludunt, niſi in terminis ſui caſus.

64 Pactis diuiſionis ius, etiam paciſcentium liberis iuxta pacta poſſidendi ac retinendi bona diuiſa quæſitum cẽſetur, & alter alteri ad hoc, in factum ſeu præſcriptis uerbis actione tenetur.

65 Fideicommiſſariæ reſtitutioni in mortis caſum faciendæ, nil magis contrarium eſſe poteſt quàm liberis ius omne diſponẽdi, et pro arbitrio omni actione in futurum excluſa concedere.

66 Aliud eſt cõtra diuiſionem non fieri, aliud cõtra pacta, quæ notiſſimos diuiſionis terminos & ius ex ea competens excedunt.

67 Diuiſionis natura non eſt, ut futurum fideicommiſſum remittatur, nec inde remiſſũ creditur, niſi ex additis cohærentijs et cõiecturis in diuidẽtes egiſſe probari poſſit.

68 Quatenus per pacta & cõuentiones in tractatu diuiſionis initas, fideicommiſſo derogatum ſit, uel non ſit, facti magis, quàm iuris quæſtio eſſe uidetur.

69 Quoties diuidẽtes ſe inuicem pactis obſtringũt, quæ diſpoſitioni teſtamẽtariæ, quoad rem fideicommiſſo ſubiectã, planè contraria ſunt, nec ſimul cũ ea ſtare aut locum habere poſſunt, cenſetur fideicommiſſo derogatum, ac ei denunciatum eſſe.

70 Tranſactio ad ignorata non extenditur, nec uidetur quiſquam iuri, quod ſibi cõpetere ignorat, in dubio renunciaſſe.

71 Licet diuidẽtes ſibi hæredibusq; ſuis euictionẽ promiſiſſe uideantur, tamẽ quoties uel ex facto auctoris, uel eius cui euincitur, aut etiã ipſius rei natura euictio cõtingit, promiſſionẽ euictioni nõ obeſſe obtinuit.

72 Hoc autẽ ita demum pro uero receptum eſt, quoties de euictione ſecundum naturam ſimplicis diuiſionis præſtanda agitur.

HONOLDVS ciuis Auguſtanus liberis orbus, cùm duntaxat Petrum & Sebaſtianum fratres, Magdalenam ſororem, & Sabinam ex altera ſorore neptem proximos haberet propinquos, Petrum uniuerſalem hæredẽ inſtituit, reliquis ampla legata reliquit, & inter alia Sebaſtiano uſumfructum 16000: proprietatem eorundẽ ipſius liberis, hac adiecta fideicõmiſſaria reciprocè ſub-

ſubſtitutione,ut alicui eorum decedenti non parentes, ſed cæteri ſuperſtites ſuccederent.Mortuo uſufructuario Sebaſtiano ſupſtites eius liberi Marcus & Magdalena & hæc & alia patris bona diuiſerūt: decedit pòſt Marcus liberis relictis,à quib. Magdalena fideicommiſſum illud ex teſtamento Honoldino petit: quæritur, quid iuris?

IN præſente cōtrouerſia, de qua iudicium expetitur meum, Magdalena actrix omne intentionis ſuæ fundamentū in omiſſa teſtamento conditionis huius formula, Si ſine liberis deceſſerit,poſitū habere uidetur: quaſi ſcilicet præteritis & excluſis omnino eius, qui ante alios decederet, liberis, portionē ipſius ad ſubſtitutos peruenire uoluerit teſtator:utpote ceſſante in propoſito pietatis cōiectura:
1 cuius † intuitu conditionē hāc in ſubſtitutione deſcendentiū à ſolis aſcendentibus factā, ſuppleri receptū eſt, Dd.in l. cùm auus.p illū tex.de cōdit. & demōſtrat. & p l. cùm acutiſsimi.ubi gloſ.C. de fideicōmiſs.& l.3. C. de inof.
2 teſtā. Non † enī hîc à deſcendētibus, ſed à fratribus,eorūq; liberis collateralibus fideicommiſſum relictū, & fideicommiſſariæ inter hos ſubſtitutiones ſunt factæ. In ijs aūt nō ſubintelligi omiſſam à teſtatore conditionē Si ſine liberis, ſed his excluſis ſubſtitutū admitti,cōmunis eſt omniū Doctorū opinio, teſte Soc. in repet.d.l.cùm auus. in principio, ubi nu. 1. ait hanc eſſe cōmunem omniū opinionē,ſolo Ant.Barbatia excepto,cuius argumēta pluribus colligit ac refutat nu.2. 3. 4. cū multis ſequent.Sed cùm hæc tota res nitatur ſola legis præſumptione, ducta ex uerisſimili teſtatoris uoluntate, l. ex facto. §. 1. ubi gloſſ.ad uerb. & uoluntate.ff.ad Trebel.,& in d.l. cùm acutiſsimi. ita ut nō ſit certa iuris definitio, neq; præſumptio iuris ac de iure, cōtra quā ꝓbatio nō recipiatꝛ, niſi per indirectū, gl.cle.1. de probat. Soc.cōſ.242.n.2.cōſ.191. n.4.lib.2.Crauet.de antiq.tēp.parte 4.§.materia. nu.14. Alciat de præſumpt.in prin. parte 2.n.17.& 20. ſed præ-
3 ſumptio iuris tātùm:cui † locus eſt in dubio, quādo aliter de uolūtate teſtatoris nō apparet, gl.l.ex uerbis. uerbo non iuris. C.de don. int. uir. & ux. quæ ex mēte teſtatoris in cōtrarium coniecturata, probationē contrariā admittat: ut pluribus firmat Socin. in d. l. cùm auus.nu.73.& 74.ubi cōcludit, eſſe de mente Dd. ꝙ ſit tantùm iuris præſumptio, non iuris & de iure: præſertim in collateraliū ſubſtitutione,de qua hîc agimus, (nā in liberis ac deſcendentibus, de quib.lex apertè diſponit, ac fingit hāc cōditionē ſubintelligi, cōtrà ſtatui & diſputari poſſet, Soc.cōſ.22.circa. n.15. uolum. 1.) ideo toti⁹ huius cōtrouerſiæ cardo in eo uertitꝛ, ut ex uerbis teſtamenti, omnibusq; perſonarū & rerū circumſtantijs perpēdatur,
4 utrùm † huius teſtatoris ſententia & conſilium fuerit, p omiſsionē illius cōditionis Si ſine liberis, natos ex fratrib.nepotes à fideicōmiſſo excludere:an uerò nō fuerit, & minus ſcriptū ſit,ꝙ cogitatū:quæ quidē uoluntatis,nō iuris quæſtio eſt, ut ait textus in d. l. ex uerbis. de
5 donat.inter uir.& uxor.Quo † in genere coniecturā ex mente teſtatoris capiendā, ſequendumq; id eſſe docēt Iureconſulti, quod credibilius & uerisſimilius eſt,& ex ijs, quæ in teſtamētis diſpoſita legūtur, ꝓbabili uolūtatis cōſequentia colligi pōt,l.Mæuius.l.cùm pater.§. ab inſtitutꝰ. l.cum ꝓponebatꝛ. ubi Bart. de lega.2.l.utrùm.de don.inter uir.& uxor. l. cùm in teſtamēto. de rebus dubijs, Soc. poſt Bald. in l.hæredes mei.§.cùm ita. ad Trebell.& conſ. 6.lib.3.Sic optimū eſſe Pædius exiſtimat, non ꝓpriā uerborū ſignificationē ſcrutari, ſed qd teſtator demōſtrare uoluerit, l. cùm de lanionis.18.uerſ. optimū.de fun.inſt.lega.& melius eſt ſenſum teſtatoris, ꝙ uerba amplecti, l.3.§. conditio. de adim. leg. quanquā hîc ne uerba qdē cōtrouertuntꝛ, ſed qđ illis deeſt, ex cōiecturata teſtatoris uolūtate ſuppletꝛ, ut fieri debet,l.in cōfirmando. 8. l. pen. de cōſ.tut.l.3. de adim.leg.l.7.de ann.leg.l.Labeo. de ſup.leg.l. ſeruus.97.l.q habebat.99.de legat.3. Volūtas enī duob.modis cōſideratꝛ:Menoch.cōſ. 25.n. 49.uidelicet uel ex uerbis, uel cōiecturis, Menoch.cōſ. 95.n.104. Nā uolūtas in animo retēta,difficulter ꝓbari pōt,Panor. c. præſentiū. num.3.de teſtib.Iaſ.l. admonendi. nu.309. de iureiur. & l.pen. n.13. de iuriſd. §. ſed iſtæ. Inſt. de act. ideoq; ꝓbatur p cōiecturas & præſumptiones, quæ ꝓbatio hîc reputatꝛ ueritas. Menoch.cōſ.5.nu. 17. ut in alijs q̄ difficulter probātur & ab animo dependēt, l. ſi cōſtante. ſol. matr.l.imperator.de legat. 1.l.Lucius.§.Luci⁹. de lega.2.Bar.Alex. l.ſi qs ex argētarijs.§. pen. de eden.l.in illa ſtipulatione Si calēdis. in fin. de uerb.oblig.l. ſi prætor.§.Marcell⁹.ubi Ang. de iudic.Vnde uolūtas teſtatoris æquè ex circūſtātijs cōijci pōt,atq; legis, Menoch.cōſ.97. n.25. ſicut ipſe Menoch.ex cōiecturis uoluntatē ꝓbat conſ.5.n.16.cōſ.87.nu.67. & alibi. Sic etiā in cōditione poſiti cēſentꝛ uocati cōiectura aliqua uolūtatis cōcurrente, Iul. Clarus de teſtam.q.77.& 78.p tot.Sic(ut plurib. exēplis res fiat planior)à toto ſumitꝛ cōiectura ad par-
6 tē, quaſi † uerisſimile non ſit ad partē noluiſſe teſtatorē admitti eū, quē totū habere uoluit, etiā cùm uerba aduerſari uideantur, d.§. cùm ita.arg.l.q̄ de tota.de rei uēd. Euerar.loc. à toto ad partē. Sic inſtituti ex ſentētia teſtatoris præferuntur ijs,q uerbis inſtituti ſunt,l.ult.de hær.nec.l.etiā mater.28.de inoff.teſt.uel cū ijſdē admittuntꝛ abſq; alia deſignatiōe,l.3. C. de inoff.teſt. & cōtrà ꝓ exhæredatis habentꝛ,q ex ſententia potius,ꝙ uerbis, exhæredati deprehēduntꝛ,l.4.de lib.præter. qđ tñ, ut odioſum, nō aliter ꝓcedit, ꝙ cùm nō modò uoluit teſtator, ſed etiā ad diſpoſitionē proceſsit: aliàs in ultimis uoluntatib. fauorabilib. inſtitutionis & ſimilib.caſus omiſſus habetꝛ pro expreſſo,ſi nō ſit diuerſitatis ratio, l.4. & ult.C.de poſth. hæred.

hæred. Vnde memini quãdoq; pronunciatũ, ſi uaſallus ꝓximos ſuos agnatos ſucceſſores feudi inſtituerit hæredes nominatim, etiã in allodialibus, dato ꝙ unus eorũ ante teſtatorẽ moriatur, atq; ita nihil trãſmittere poſſit, l. unic. §. 1. C. de cad. toll. tñ eius filijs nihilo minus hæreditatis portionẽ deberi, qa cùm ſint unà ſucceſſores in feudo, uidenť etiã ex ſentẽtia teſtatoris uocati, q pſonas nominatim quẽ inſtitueret, ſed reſpectiuè tanquã feudi ſucceſſores, de quo Euerar. in loco de tanquã ſeu reſpect. pro quo facit Clarus de teſtamen. q. 76. nu. 13. ubi ꝓbat, uocatos, q aliàs ſuccedere poſſunt, intelligi uocatos eo ordine, quo ex

7 iure ſuccedũt. Sic † à prædilectiõe unius perſonæ ad aliã minus dilectã cõiectura ducit, in l. Publius. §. Titia. de cõdit. & demõſt. Eadẽq; ratiõe ex eo ꝙ teſtator in tota hæreditate ſubſtitutionẽ facere uoluit, pſumpta ſentẽtiæ ei9 cõiectura, cõiunctus pfert ſubſtituto, l. qdã teſtamẽto. de uulgar. & licet aliàs diſpoſitio teſtatoris facta in unũ caſum, non extẽdatur ad aliũ, l. cõmodiſsimè. de lib. & poſth. ut eſt cõmunis regula Pariſ. cõſ. 87. nu. 50. lib. 2. fallit tñ, quãdo ſubeſt aliàs mẽs teſtatoris cõiecturata: tũc enĩ diſpoſitio facta in unũ caſum, extẽdiť ad aliũ, l. Titius. §. Luci9. de lib. & poſth. & eſt cõmunis regula Dec. l. ſi mater. poſt n. 2. C. de inſtit. & ſubſtit. Iul. Clarus de teſtam. q.

8 76. n. 10. Similis † etiã cõiectura ſumiť ab eo, ꝙ alijs nihil teſtamento legatũ ſit, l. uxorẽ. §. feliciſsimo. de legat. 3. itẽ à ſubiecta ratione legãdi, l. cùm pater. §. dulciſsimis. de legat. 2. & ex præcedẽte ſcriptura, l. cohæredi. §. q diſcretas. de uulg. nã una pars declarat alterã, Menoch. cõſ. 40. n. 16. atq; alijs plurib. circũſtantijs, quæ partim à Iurecõſulto expreſſæ ſunt in l. ſi ſeruus pluriũ. de legat. 1. partim certa iuris definitione cõprehẽdi nõ poſsũt, ſed ad iudicũ notionẽ pertineť, l. uolũtatis. C. de fideicõmiſs. l. qſitũ. §. Mæuius. in fin. de legat. 3. adeo ut qđ Cicero de Diuinatiõe ait, q in hiſce uolũtatis quæſtionibus bene cõijciet, hic meritò uates debeat optimus ꝑhiberi. Vt aũt ſententiã de hac cõtrouerſa uolũtatis quæſtiõe aperiã meã: quanquã uolũtas teſtatoris intelligitur, ꝓut loqtur, maximè ſi facilè aliter loq poterat, Menoch. cõſ. 97. nu. 152. & in ħs quæ nõ expreſsit, interpretãda ſecundũ iuris diſpoſitionẽ, l. nemo. ubi Dd. de legat. 1. Menoch. cõſ. 62. n. 13. & ubi clara, nõ interpretať cõiecturis, l. nõ aliter. de leg. 3. Menoch. cõſ. 56. nu. 10. nã alia uolũtas, ꝙ q ſit expreſſa, difficilè cognoſci põt, & ob id errare ſæpius ſolem9, Menoch.

9 cõſ. 56. n. 1. tñ † cauendũ eſſe cenſeo, qđ Imperator monet, ne dũ nimia ſubtilitate ſeu ſcrupuloſitate circa prætermiſſa cõditionis uerba utimur, uolũtas teſtatoris defraudetur, l. ſi qs hæredẽ. C. de inſtit. & ſubſt. Et cõſequẽter etiã liberi, ꝓpter uerborũ omiſſæ cõditionis defectũ, fructu hæreditatis paternæ, atq; adeo ſucceſsione omni iure debita, aduerſus teſtantis propoſitũ, cõtraq; ius naturæ atq; rationem omnem orbentur, d. l. generaliter. C. de inſtit. & ſubſtit. Ac illud inprimis hîc, qđ ſuprà adduximus, pro fundamẽto locandũ eſt: quòd

10 † etiamſi in liberis deſcendentibus diſputari poſsit, utrùm præſumptio ſit iuris & de iure definitio, d. l. cùm auus. & d. l. cùm acutiſsimi. tamen in collateralibus, de quibus nihil lege expreſſum inuenitur, liberos eius, cui ſubſtituiũ eſt, non certi iuris diſpoſitione, ſed ꝑ cuiuſq; teſtãtis cõiecturata mẽte & præſumptione uolũtatis, uel in conditione poſitos uel excluſos cenſeri. Quod cùm ita ſit, ad præſumptionẽ iuris & de iure trahi ea res nõ põt, aut

11 debet: cùm † hæc præſumptio definiatur eſſe legis diſpoſitio aliqd præſumentis & ſup præſumpto, tanquã ſibi cõperto, ſtatuẽtis: Alciat. in tractat. præſumpt. parte 2. nu. 3. Verùm potius totã hanc rẽ à præſumptione ex mente te-

12 ſtatoris ducta & collecta, quæ † in utrãq; partẽ ſe habere & induci poteſt, pendére conſtat, gl. d. l. ex uerbis. uerbo, non iuris. C. de donat. inter uir. & gloſ. in d. l. ex facto. §. 1. uerb. & uolũtate. ad Trebel. Soc. in d. l. cùm auus. nu. 74.

13 Cornæ. cõſ. 97. nu. 4. 9. 20. parte 1. Ad † intelligendam autẽ teſtatoris mentẽ in reciproca fideicommiſsi ſubſtitutione, de qua hîc quæſtio eſt, nõ ex hac una parte teſtamenti tãtùm, in qua prætermiſſa cõditionis uerba ſunt, ſed & ex alijs partibus, adeoq; toto teſtamẽti cõtextu, uelut una ſcriptura, iudiciũ faciendum eſt, ut p gloſ. in l. ſi mihi. §. in legatis. de legat. 1. præcedẽtibus uidelicet & ſequentibus, gl. d. l. ex uerbis. in uerbo, animaduertim9. C. de do-

14 nat. inter uir. & uxor. Nam † ſi inciuile eſt tota lege (cuius tamẽ uerbis plerunq; ſtandum eſt, l. proſpexit. in princ. ff. qui & à quib. manu. l. 1. §. ſi is, qui nauẽ. uerſ. in re igitur dubia. de exercit. act.) nõ perſpecta, neq; põderata, ſed una aliqua particula eius propoſita iudicare, uel reſpondere, l. inciuile. de legibus: qa una pars declarat alterã, ut dicit Iaſ. in l. uinum. in

15 princ. ſi cert. petat. & ſi † nõ ex ſingulis uerbis, ſed ex perpetuitate & conſtantia, ſecundũ Ciceronem, æſtimandæ ſunt ſentẽtiæ, l. inciuile. de legib. cũ ſimilib. certè multò magis in ultimis uoluntatibus, in quibus ſentẽtia teſtatoris, uelut cauſa efficiens, iure regnat & attendi debet, nõ ex aliqua uerborũ particula, ſed ex uniuerſo tũ ſcripturæ cõtextu, tum perſonarũ atq; rerũ complexu, cuius mentis atq; conſilij teſtator fuerit, eſt exiſtimandũ. Itaq; ex præcedentibus & ſequentibus conijciendum, quid teſtator ſenſerit, l. ſeruus plurium. §. fin. de legat. 1. & receptiſsimum eſt unam partẽ teſtamenti per alteram declarare, Aemil. Ferret. l. qui filiabus. in princ. nu. 4. de legat. 1. Clarus de teſtament. quæſt. 76. nu. 4. & 5. addens rationem, quia mens teſtatoris præſumitur in una parte fuiſſe, quæ in alia, Bart. l. cẽturio. de uulg. & pup. quem ſequuntur cõmuniter Dd. teſte Socin. iun. conſ. 101. nu. 7. lib. 1. cuius uoluntas attendi præcipuè debet, quotieſcunq; in ultimis uoluntatibus de aliqua re dubitari

contingat, ſecundum communem regulam l.
non aliter. de legat. 3. ut teſtantur Pariſ. conſil.
11. num. 15. conſil. 52. num. 6. conſil. 78. nu. 16.
conſil. 90. num. 10. uol. 2. conſ. 23. nu. 9. conſil.
25. num. 31. conſil. 53. nu. 10. uol. 3. Socin. iun.
conſil. 110. num. 10. lib. 3. Clarus quæſt. 76. de
teſtamen. nu. 1. addens, quòd non ſolùm uo-
luntas teſtatoris expreſſa ſit attēdenda, (hoc
enim abſq; dubio procedit, idē Clarus quæſt.
61.) ſed etiam illa quæ ex coniecturis colligi-
tur, l. cùm proponebatur. in fin. de legat. 2. &
eſt communis, ſecundum Dec. l. 1. nu. 4. C. de
collat. id quod maximè in fideicommiſsis lo-
cum habet, in quibus licet uolũtas teſtatoris
ex uerbis expreſsis colligi non poſsit, ſed tan-
tùm ex coniecturis, illa tamē attendenda eſt,
adeo ut plerunq; propter cõiecturatam teſta-
toris mentem à ui & proprietate uerborũ hîc
ſit recedendum, l. hæredes mei. §. cùm ita. ad
Trebell. & eſt communis cõcluſio, teſte Pariſ.
conſil. 43. num. 24. conſ. 75. num. 50. conſ. 17.
num. 17. conſ. 25. nu. 35. lib. 2. Quinimò fidei-
commiſſa ampliantur, reſtringuntur, exten-
duntur, declarantur & limitantur, per rationē
& cauſam, propter quam motus fuit teſtator
ad fideicommiſſum ita faciendũ, adeo ut ta-
lis ratio & cauſa potiùs attendi debeat, quàm
uerba expreſſa, l. cùm pater. §. dulciſs. de lega.
2. & eſt communis, ſecundum Pariſ. conſil. 6.
num. 20. conſil. 18. num. 21. conſil. 22. num. 37.
conſil. 25. num. 29. lib. 3. & plerunq; coniectu-
rata mens teſtatoris adeo potens eſt in fidei-
commiſsis, ut plerũq; operetur, quòd aliqui
admittantur, qui aliàs non admitterentur, &
aliqui excludantur, qui aliàs non excluderen
tur, iuxta communem Curt. iun. conſ. 57. nu.
6. etiamſi in alijs teſtamenti partibus, ut ſub-
ſtitutionibus, hoc non ita abſoluiè procedat,
Socin. iun. conſ. 101. nu. 3. lib. 1. ut hæc omnia
fuſiùs declarat Iul. Clar. de teſtament. quæſt.
16 76. num. 2. 3. Quamobrem † in præſente caſu
illud accuratè cum primis inueſtigetur, quæ
fuerit finalis intẽtio, quæ affectio, quæue opi-
nio in teſtatore, quale in diſponendo propo-
ſitum, & quæ cauſa, quæq; ex his conſequen-
tia, uel cum ijs conſentanea ſint, uel non ſint:
Marian. Socin. conſil. 110. & conſil. 145. uol. 3.
17 Ruin. conſil. 112. nu. 11. uol. 3. Aliàs † ſæpenu-
mero in interpretandis teſtamentorum con-
trouerſijs uerba captare, & uolũtati calumniā
inferre promptum fuerit, d. l. ſi quis hæredem.
l. ſi uxori. de auro & arg. legat. & l. cùm de la-
nionis. §. quòd ſi ahenum. de fundo inſtruct.
legat. l. fin. ad exhibend. Atq; ita in terminis
18 noſtris, ſcilicet quòd † in hac ſubſtitutione
fratribus eorumq; liberis facta, magis inſpi-
ciatur affectio naturalis, quàm poteſtas uer-
borum, conſuluit Bald. conſil. 13. punctus. nu.
2. & 3. uol. 3. per l. Lucius. de hær. inſtit. & alia,
quæ allegat Cor. d. conſil. 97. nu. 4. 9. 20. par-
te 1. Conſtat autem & abſq; omni dubitatio-
ne perſpicuum fit ex cõtextu totius huius te-
ſtamenti, & inſerta relatione unius articuli ad
alium, quòd cùm teſtator liberos ex proprio
corpore natos non haberet, fratribus, ſorori-
busq; ſuis, & non tantùm quidem ijs, ſed &
eorum liberis teſtamento ſuo prouidere uo-
luerit. Neq; enim minorē erga ipſorum libe-
ros, quàm ipſos fratres & ſorores affectionē
19 ſe habere declarauit. Vbi † uerò de eiuſmodi
teſtatoris intentione & affectione conſtare ex
diſpoſitis in teſtamēto poteſt, ibi ex præſum-
pta mente ipſius, fideicommiſſum conditio-
nale ad liberos & hæredes trãſmitti, liberoſq;
in conditione poſitos & ex teſtamento uoca-
tos cenſeri, denique appellatione filij nepotem
contineri, & de perſona ad perſonam exten-
ſionem fieri, tradit Soc. poſt Bald. quem alij
communiter ſequuntur & probant in d. l. hæ-
redes. § cùm ita. ad Trebel. Secundò conſtat,
teſtatorem hanc ipſam ob cauſam, ſcilicet ne
bona extra parentelam ac cognationē ſuam
uerterentur, ſed ut in ea manerent, utq; libe-
ris ſuorum fratrum atq; ſororum potiùs pro-
uideretur, quàm ut pecunia ſua à fratribus &
ſororib. ſuis abalienari, & ad extraneos per-
uenire poſſet, ipſos inter ſe fratres & ſorores
reciprocè ſubſtituiſſe, ſub conditione ſcilicet
illa ſubintellecta Si qs eorũ abſq; liberis de-
cederet. Tertiò, quòd ipſos etiam inter ſe fra-
trum liberos ſubſtitutione grauarit, excluſis
per eam ſemper à bonorũ ſuorum ſucceſsio-
ne parẽtibus, ut hac ratione apud deſcenden-
tes & in linea cuiuſq; bona à ſe relicta mane-
rent. Ex quo præſumendũ omninò eſt, quo-
niā parentes tam ſeduló & diligẽter in omnē
euentum excluſit, nec ullo modo admitti uo-
luit, quòd hoc ipſo præcauere, & hanc uolun-
tatis ſuæ intentionem declarare teſtator uo-
luerit, bona ſua penes liberos fratrum rema-
nere, nec ad extraneos ſucceſsione aſcenden-
tium peruenire debere. Abſq; enim hac cogi-
tatione & finali intentione mentis ſuæ neque
uerè excludi parentes potuiſſent, neq; ueri-
ſimile eſt, quòd luctuoſam parẽtibus libero-
rum hæreditatem adimere, & ad alios potius
peruenire uoluiſſet, cõtra l. iure. 7. de iur. dot.
l. 2. C. de bon. quæ lib. Quartò, cùm ſubſtitu-
tionem hanc inter ipſos fratrum & ſororum
liberos ita facturus eſſet, putauit & opinione
ſua perſuaſum habuit teſtator, poſtquā bona
ſua ſemel ad eos perueniſſent, iiſq; acquiſita
eſſent, ſucceſsionem ex perſona & iure ipſorũ,
nõ ex ſua æſtimandā deinceps eſſe, argumen-
20 to l. peto. §. mater. in fin. de leg. 2. Neq; † enim
ſciuit, aut ſatis intellexit, per ſubſtitutionem
fideicommiſſariā ſuccedi teſtatori, & nõ gra-
uato, p l. cohæredi. §. cùm filiæ. de uulgar. ubi
Dd. ſed magis putauit fideicõmiſſariũ ſucce-
dere in hæc bona, tãquā rogati, & nõ tanquā
rogantis. Et quãuis in eo errasse uideri poſsit,
eſt tamē ex hac ipſius pſuaſa opinione, & non
aliter intelligendũ, quod in controuerſa reci-
procæ ſubſtitutiõis formula, certo limitatoq;
modo expreſsit: Socin. in repetitione d. l. cùm
21 auus. nu. 27. ubi firmat, diſpoſitionem † teſta-
toris

toris, & uoluntatem talem cenſeri, qualem teſtator eſſe credidit, & non prout de iure ualet, 22 l. quo loco. de hæred. inſtit. Nam † licet diſpoſitio ſit nulla, uel inualida, aut erronea, ex ea tñ conſtat probari uoluntatẽ teſtatoris, l. fi. ff. de reb. eorũ, l. ult. de hæred. inſtit. l. ult. ubi Bar. de reb. dub. Bar. l. ult. n. 17. C. de fideicommiſſ. Dec. conſ. 172. in prin. Soc. iun. conſ. 8. n. 31. lib. 2. Tiraq. de leg. connub. in fin. gl. 6. n. 206. Menoch. conſ. 87. quæ adhuc. nu. 74. Quintò ex hac erronea perſuaſione factũ eſt, ut qui putauit, ueritusq; fuit teſtator, ne bona ſua liberis Sebaſtiani fratris legata & acquiſita, cõi ſucceſsionis iure cenſerentur, atq; ita in legitima parentib. relinquẽda, legis diſpoſitioni, ut hæreditas eorũ propria, ſubiecta eſsẽt, neceſſariũ oĩno credidit, ab hac legitima & oĩ alio ſucceſſionis iure, in legata pecunia ꝑ expreſsã & incõtinenti in ipſa reciprocæ formula inſertã excluſionem, parẽtes penitus remouere: uel potiùs, ſi tanq; in re dubia coniecturam facere licet, probabile admodum & ueritati proximũ eſt, teſtatorẽ in hac teſtamẽti factione cuiuſdã ſemiiureconſulti conſilio uſum fuiſſe, qui fortè ex ſubſtitutionũ tractatu illud uulgatum retinuerat, 23 Non † per tacitã pupillarem matrem à ſucceſsione legitima, ſed per expreſſam tm̃ excludi, Dd. in l. precib. C. de impub. ſub. c. ſi pater. de teſtam. in 6. Soc. in l. morib. nu. 22. cum multis ſequent. de uulg. & pupil. & conſil. 22. circà nu. 9. par. 1. Inde erroris occaſionem nactus, conſequens eſſe credidit, parentes à legitima ſucceſsione filiorum etiam in fideicommiſſaria ſubſtitutione, nõ aliter quàm expreſſè excludi poſſe. Sextò hinc eſt, quòd cùm hoc ita putaret, etiam ſpecialiter hanc ſibi parentum excluſionem iure facere licere & permiſſam eſſe, quaſi pro ratione expreſſerit: qđ equidem ueriſimiliter non erat facturus, nec, ut fieret, opus fuiſſet, ſi eodem quoq; modo ipſos etiam liberorum liberos, quos notiſsimo iure parentib. in ſucceſsione præferri non ignorauit, à legitima excludi poſſe, & in conditione omiſſos, omninò excludẽdos eſſe ſciuiſſet, intellexiſſet atq; uoluiſſet: ſpecialis eñ in excuſanda parentum excluſione adducta ratio, quia uidelicet hoc ei ita iure liceat, permiſſumq; ſit, nõ aliam ob cauſam tam curioſè atq; ſollicitè facta exiſtimari poteſt, quàm quòd cogitationem mentis ſuæ ad excluſionem parẽtum reſtrictã haberet teſtator: quos alioqui ad legitimã admitti oportere, niſi nominatim eos & expreſſè excluſurus eſſet, opinione ſua credidit. Cuiuſmodi ſanè cogitatio nulla prorſus ueriſimilitudine cadere, aut locum in eo teſtatore habere poteſt, qui ad excludendos præcipuè & priore loco liberos, reciprocam facere deſtinauit. Quin potiùs in contrarium urget coniectura, quòd pro conſtanti apud ſe habuerit, certoq; crediderit teſtator, liberos cuiuſq; in legato, non obſtante eo quòd ad unius ante alios morientis portionem ſuperſtites ipſius fratres & ſorores uocaſſet, ſucceſſuros: ſiquidem ne ipſi quoq; parentes ſimiliter in eo ſuccedere poſsẽt, metuit, ideoq; neceſſariũ eſſe ſibi putauit, ſpeciali eorum excluſione hoc præcauere. Septimò, quo magis hæc uoluntas ipſius effectum habere poſſet, expreſſè derogauit omni iuri, ſtatuto & conſuetudini, per q̃ aliàs, ſi diſpoſitionem hanc ſuam non ita feciſſet, parentes in legata pecunia ſuccedere poſſent: quẽ caſum circa liberorum Petri ſubſtitutionem declarat & explicat, ſi uidelicet quis eorum abſque liberis deceſsiſſet. Niſi itaque metuiſſet & putaſſet teſtator, iure uel ſtatuto ita obtinere, ut parentibus legitimam omninò ſaluam eſſe ſemper oporteat, non utiq; hanc derogationem feciſſet, eamq; ſibi iure permiſſam eſſe declaraſſet. 24 Quoniam † clauſulæ quæ pro effectu diſpoſitionis alicuius ſubiiciuntur, oſtendunt & argumẽto ſunt, quid mente & intentione diſponentis fuerit comprehenſum, l. cùm pater. §. dulciſsimis. de legat. 2. Marian. Socin. conſil. 93. uol. 3. nu. 27. Octauò ex his iuſta uoluntatis interpretatione, & rationi cõſentanea conſequentia colligitur, & inferri poteſt, hanc ſæpe multumq; iteratam & omnibus teſtamentariis diſpoſitionibus, ubique adiectam parentum excluſionem, uelut enixæ & ſpecialiter expreſſæ uoluntatis indubitatum teſtimonium, in eo caſu à teſtatore factam intelligi planè debere, quo ex ſuprà explicata opinione ipſius, pro declarando reciprocæ effectu, neceſſaria & utilis eſſe queat: is uerò alius fingi aut imaginari non poteſt, quàm ſi liberos Sebaſtiani, quibus ita ſubſtitutum eſt, abſq; liberis deceſsiſſe, atq; eo caſu teſtatorem ignoraſſe aut dubitaſſe ponamus: Sebaſtianum cum uxore ſatis excluſum: ſed credidiſſe, eos etiam in legata liberis pecunia, ut in aliis eorum bonis, iure uel ſtatuto ſucceſſuros, niſi ut iure permittente poſſet, ita etiam oĩs tollenda dubitationis cauſa, ſignificanter & expreſſè 25 eos excluderet. Cum † itaque ea quæ in teſtamentis ſcripta leguntur, non ſemper ex ratione & ſecundum intellectum iuris, ſed præcipuè ex opinione & intelligẽtia teſtatorum intelligenda ſint, l. ſi peculium. §. ſi ſeruus. de pecul. legat. l. ſcribit. §. idem ſcribit. de aur. & argent. leg. l. fi. de iur. deliber. l. cum, qui. ubi Bar. de his quib. ut indignis. Soc. in d. l. cùm auus. nu. 27. Dec. conſil. 1. nu. 6. Alciat. lib. 3. de uerb. ſignif. in prin. ſequẽs eſt, & liquidò, ut opinor, 26 apparet, pro † intelligendo reciprocæ ſubſtitutionis huius, de qua quæſtio eſt, fine & effectu, non ſola omiſsionis uerba præfractè captanda, ſed ueſtigia uoluntatis in teſtatore, per huiuſmodi uiam & modum inueſtiganda eſſe, ut ait Imperator in l. cùm quæſtio. in fin. princ. C. de legat. & l. penult. C. de neceſſ. & ſeruis hæred. inſtit. Atque his ita primò explicatis, quo nimirũ cõſilio teſtator reciprocam ſubſtitutionẽ tam fratribus & ſororibus ſuis,

q̃ etiam ipſorũ liberis facere uoluerit, & unde factũ ſit, ꝙ ſpecialiter ubiq; parentes per eam excluſerit: uideamus nunc, uter ex legatorib⁹, actrixne, uel rei ob fideicõmiſſum cõuenti, inſtituta inter eos argumentorũ collatione, maiorem pro ſe ex uoluntate teſtatoris præſumptionẽ & uerisimilitudinẽ habeant. Verſamur
27 †enim in quæſtione uoluntatis, in qua (ut dictũ eſt) coniecturatę probationes, ab eo quod uerisimile, & teſtatorẽ ſenſiſſe credibile eſt, plurimum ualent, & præcipuè in fideicõmiſſorum interpretatione magnus earũ uſus eſt, l. cùm uirũ. ubi latè poſt alios Coraſ. C. de fideicommiſsis, l. pen. de pecul. Bar. & Iaſ. in l. licet. de legat. 1. & d. l. cùm proponebat: & l. Mæuius. de
28 legat. 1. Dec. conſ. 180. col. 3. ideoq; † iudex, cui cõmiſſa uoluntatis interpretatio eſt, inprimis quid teſtator ſenſerit, deinde quid eum ſenſiſſe uerisimile ſit, deniq; & poſt hęc, quẽ ſenſum uerba ſuppeditent, ſcrutari, & in definiẽdo ſequi debet, Bar. in l. nõ aliter. de legat. 3. Et quidem actricis intentio nõ alio præcipuè fundamento, q̃ in mera uerborum anguſtia & omiſſione conſiſtit, ut p tex. in d. l. generaliter. C. de inſtit. & ſubſtit. quaſi uidelicet propter omiſſa uulgaris cõditionis uerba hoc ipſo per mortẽ Marci, reciprocæ ſubſtitutionis & aſſerti fideicommiſſo conditio extitiſſe uideri debeat. Vt
29 †enim liberi, ubi in cõditione poſiti ſunt, ſubſtitutis prælati intelligunt, l. Lucius. 2. ff. de hæredibus inſtit. ita p contrariũ ijs in cõditione nõ poſitis, ſed omiſsis, uidẽtur his ſubſtituti eſſe prælati, ad cuius inductionis refutationẽ animaduertendum hîc eſt. Ex hac uerborũ anguſtia & omiſsione non certã atq; exploratã, ſeu diſpoſitiuã aliquã teſtatoris uoluntatẽ, q̃ liberis repugnet oĩnò, eosq; à legati ſucceſsione arceat & excludat, colligi poſſe, ſed duntaxat generalẽ aliquã præſumptionẽ: nempe qa caſus extantiũ liberorum in cõditione nõ eſt expreſſus, ideo à teſtatore de ijs nõ eſſe, ut ſubſtitutis præferant, cogitatum: ꝙ tñ intelligẽdum eſt cum hac exceptione, niſi aliunde hoc ueri-
30 ſimiliter colligat. In † omiſsis enim uoluntas nõ diſponit, ſed deficit: aliàs cõtra uoluntatẽ externis diſpoſitiuè declaratã nulla interior ꝓbatio admitteret, ut Bal. ait in l. fi. circa fi. C. de hæred. inſtit. Et tñ ea quæ omiſſa dicunt, multis ex cauſis interpretatione ſuppleri poſſunt, ut p Dd. in l. cõmodiſsimè. & l. Gallus. §. & qd ſi tñ. de lib. & poſthu. Alc. lib. 3. de uerb. ſig. in
31 prin. Et præcipuè, ubi † in diſpoſitione conditio uel aliqua alia circũſtantia omiſſa eſſe dicitur, & dubitat, an ex cõiectura uoluntatis ſuppleri debeat: uulgata & receptiſsima interpretationis regula eſt, Illud ꝓ diſpoſito aut in diſpoſitione cõprehenſo haberi, ꝙ teſtator uerisimiliter diſpoſuiſſet, ſi de eo admonitus uel in-
32 terrogatus fuiſſet: pſertim † ſi hoc ex aliquo in teſtamẽto expreſſo probabiliter colligi & ſuaderi poſſet, gl. & Dd. in l. tale pactum. §. fi. de pactis, Bal. l. 1. C. q̃ res pig. Soc. poſt Bal. in l. hæredes. §. cùm ita. ad Treb. Maria. Soc. iun. cõſ. 78. nu. 31. & conſ. 122. uolu. 3. latè Ant. Gab. Rom. li. 6. de regul. iur. concluſ. 10. per tot. quia tunc nõ penitus, uelut ꝓ omiſſo, habendũ eſt, ꝙ ab aliquo expreſſo colligitur, Iaſon l. Titius. §. Lucius. de lib. & poſth. & in l. 3. C. de liber. præter. ſed potiùs errore, uel obliuione præter uoluntatem omiſſum eſſe credit, d. l. cùm ꝓponebatur. de legat. 3. l. ambiguitates. C. de teſta. idq; ex cõiecturis probari poſſe tradit Bald. in d. l. cùm ꝓponebatur. At uerò pro parte reorũ ex multis in teſtamento expreſsis conſtare, & euidenti uoluntatis cõiectura demonſtrari põt, teſtatorẽ pro declaratione reciprocæ ſubſtitutionis Sebaſtiani liberis factæ, interrogatũ, an nõ hæc uerba, ſi unus ex ijs ante alios deceſſerit, intelligi uellet hoc addito & ſubintellecto, Si ſine liberis decederet, abſq; oĩ dubitatione rñſurum fuiſſe, oĩnò ſe eius animi, cõſilij & uolũtatis nõ eſſe, ꝙ per reciprocã liberos ex præmoriẽte relictos à legati ſucceſsione, quaſi cõſilio & de induſtria in conditione omiſſos, excludere uellet: idq; primò oĩm ex eo, ꝙ cùm parẽtes ideo expreſſè & ſpecialiter excluſerit, qa (ut ſ. dictũ eſt) putauit, eos in legato aliàs iure ſucceſſuros, tanto minus credi & uerisimile fieri poſsit, cogitaſſe & intellexiſſe: idq; rñſurum fuiſſe, p omiſſa cõditionis uerba, liberos ſe excluſos eſſe uelle. Nã qui parẽtes ſuccedere poſſe, opinione ſua ueritus fuit & ꝓſpexit, is multo magis liberis ſuccedẽdi ius præ parentibus ſaluũ fore credidit. Atq; hoc ipſũ quoq; ita uoluiſſe uideri planè debet, ex eo ꝙ liberos nõ æquè, ut parentes, putatiuo hoc ſucceſſionis iure expreſſa eorũ excluſione priuarit.
33 Qđ † enim liberis ante parẽtes ſucceſsionis ius cõpetere ſciuit, atq; adeo, ut ius naturæ oĩbus notũ, ſcire debuit, q̃ ad paria iudicant, l. quiſquis. C. de reſcin. uen. l. ꝙ te. ſi cert. pet. id quia nõ ademit, cõſeruare, pculdubio uoluiſſe intelligi põt, argumẽto l. cõficiunt. de iure codicil.
34 l. ſi Sticho peculiũ. de pecul. Et † q ulteriores in ordine ſucceſsionis tm̃ excluſit, proximiores in ius ſucceſsionis incluſiſſe cõſentaneum eſt, iuxta regulã, Vnius excluſio eſt alterius incluſio, l. cum prætor. de iudi. & ecõtrà. Vnde ex naturali oĩm iudicio aliud ſtatui nõ poteſt, q̃ ꝙ parentib. ius ſucceſsionis, ꝙ ijs cõpetere putabat, quia cõſeruare nõ uoluit, ideo expreſſẽ ademerit: liberis uerò, quibus priore gradu cõpetere putabat & ſciebat, ideo cõſeruare uoluerit, quia non ademit: cùm, ſi hoc uoluiſſet, multò magis, quàm parentibus adimere debuiſſet, uulgat. §. ſi uerò. C. de caduc. toll. c. 2. ex̃. de tranſlat. præl. Quare in præſente cauſa à reciproca ſubſtitutione meritò accipi debet caſus incluſionis liberorum, de quo præſuppoſita (ſicut præſupponi ac præſumi ex antedictis neceſſe eſt) teſtatoris opinione, quam de eorum ſucceſsionis iure habuit, non eſt, nec eſſe poteſt uerisimile, eum cogitaſſe & intellexiſſe, l. ex facto. de uulgar. gloſ. l. Titius. ubi

35 ubi Dd.de liber.& poſthu. Quamuis † autem hæc expreſſa parentum excluſio, etiam tacitè ineſſe potuiſſet, ut quæ in conſequentiam uocatorum ſuperſtitum reſultaret, tamen expreſſa aliquid operari debet amplius ex uoluntate teſtatoris, quàm ſi omiſſa tacitè & ex gene-
36 rali præſumptione tantùm ineſſet. Quia † ſolet effectus eorum quæ in teſtamento diſponuntur, ſæpenumero mutari & alterari, quoties hoc exprimitur, quod etiam non expreſſum tacitè ineſſet tamẽ, l. ſi in diem. de condit.
37 & demonſtr. præſertim ubi † præſumi poteſt, (ut in propoſito) teſtatorem non intellexiſſe id quod expreſsit, tacitè & generaliter diſpoſitione ſua contineri. Tunc enim expreſsio eorum, quæ tacitè ineſſe poſſent, operatur reſtrictiuam uoluntatem teſtatoris, ad ea quæ expreſsit, l. cùm de lanionis. §. cui fundus. de inſtruct.& inſtru.leg. & l. hæres meus. §. duæ. de legat.3. Quod tantò etiam fortiùs, & maiori cum ratione in ſpecie propoſita dici poteſt: quia hæc parentum excluſio ab unius ex liberis ante alios decedentis portione, aliter in effectu expreſſa eſt, quàm omiſſa tacitè ineſſet. Nam uerbis reciprocæ, quibus ſuperſtites fratres & ſorores ad hanc portionem uocantur, iuris diſpoſitione, quamuis ex uoluntate teſtatoris permiſsiua, ineſt parentum excluſio, eo ordine & gradu, quo ab inteſtato ad hanc portionem ſuccedere & admitti poſſent, hoc
38 eſt, ſecundo † loco poſt liberos, auth. in ſucceſsione. C. de ſuis & legit. & in auth. de hære. ab inteſt. uenien. in princ. At uerò per teſtatorem hîc expreſſa eſt parẽtum excluſio, primo loco & principaliter: ideóque etiam operari hunc effectum debet, ut ex uolũtate ipſius intelligenda ſit in caſu, quo priore loco parentes ſucceſſuri fuiſſent. Tunc enim principaliter excludi uidentur, ubi ante ipſos nulli alij excluduntur, hoc eſt, ubi liberi ex præmoriente, cui ſubſtitutio facta eſt, non eſſent ſuperſtites: faciunt notata per Dd. in l.3.& ibi per Aretin.& Socin. circa ſecundam quæſt. Bart. de legat.1. ubi etiam illud inter alia communiter
39 omnes tradunt. Quoties † hoc, quod tacitè ex præſumpta mente teſtatoris per cõſequentiam ineſt, diſpoſitiuè exprimitur, quòd tunc uelut alia ratione expreſſum, faciat ceſſare tacitum, uideatúrque receſſum eſſe ab eo modo
40 & effectu, quo tacitè ineſt. Et † quoniam alia diuerſáq; taciti & expreſsi ratio eſſe poſsit, eũ effectum in conſideratione tantùm eſſe, qui tanquam ab expreſſo, & non quatenus tacitè ineſſet, conſequitur, Socinus poſt Bar. in d. l.3. nu.3. Hieron. Tormellus nu.64.& 66. de legat.1. Ruin. conſil. 40. nu.11. uol.2. & conſil.
41 114. nu.5. uol.4. Quemadmodum † in propoſito effectus tacitæ parẽtum excluſionis in reciproca eſt: ut quemadmodum ſuccedere poſſent, ſi nulli ſupereſſent liberi, ita etiam excludantur, ſi liberi non ſint, qui primò & ante
42 ipſos excludantur. Expreſſæ † autem excluſionis effectus eſt, ut locũ habeat, ſi nulli ſint liberi, qui ante ipſos ſuccedant. Nam liberis ex præmoriente extantibus, nulla dici poteſt primò, ſpecialiter & expreſſè facta parentum excluſio, ubi in ipſorum perſona non eſt habi-
43 tura locum ſucceſsio. Quælibet † autem diſpoſitio teſtatoris præſupponit habilitatẽ terminorum, l. ſi quando. de legat.1. cum ſimilibus: & ad intellectũ & effectum iuris referenda eſt, ut eo caſu facta cenſeatur, ubi iure effectum habere poſſet, Bar. l. uxorem. §. teſtamento. de legat.3. Cùm itaq; planè diuerſa ratione, & alio ſucceſsionis gradu & ordine inſit, quàm exprimatur, meritò pro eo habendum eſt, ac ſi ſpecialiter expreſſam parentum excluſionem, certum reciprocæ modum dare, effectumq; ipſius declarare uoluiſſet teſtator, argumento eorũ quæ notat Imola in d. l.3. uerſ. & per hæc poteſt inferri. & ibi poſt eum Areti. de legat.3. Ioan. Crotus l. qui Romæ. §. duo fratres. nu.67. de uerb. oblig. ut uidelicet principaliter ac priore loco parentes excludendo à ſucceſsione, uideat̃ liberos, qui in ſucceſsione illis priores ſunt, includere, non excludere uo-
44 luiſſe: ſiquidem † maior ſit ratio excludendi gradum remotiorem, quàm proximiorem, ut Bal. ait in l. quod uerò. nu.3. de legib. Neq; uerò obſtat, ſi dicatur, dubitationis tollendæ cauſa hanc parẽtum excluſionem expreſſam eſſe tantùm, ut per Bart. in d. l.3. in fin. & poſt
45 eum Dd. Quamuis † enim tunc expreſsio eius, quod tacitè ineſt, nihil operetur reſpectu eius uidelicet, quod expreſſum eſt: attamẽ reſpectu extrinſeci & alterius nõ expreſsi, quatenus ratio & mens teſtatoris uerisimiliter hoc ſuadet, & inde inferri poteſt, operatur, ut per Imolã d. l.3. uerſ. exemplũ, ſi teſtator. de lega.1. Satis autẽ operari uidet̃ expreſſa parentũ excluſio in fauorem liberorum, ꝙ, ſi ad tollendã dubitationẽ tam crebrò, ſtudioſè & diligẽter eam expreſsit teſtator, nõ intellexerit neq; uoluerit proculdubio, ipſos etiam grauari liberos tacitè à ſe per reciprocã excluſos. Nã quia hoc ſi uoluiſſet, nulla tunc probabilis eſſe potuiſſet dubitatio, ſed penitus nõ neceſſaria ſolicitudo de parentum excluſione, nihil quoq; per expreſsionẽ ipſius, dubitationis tollendæ cauſa feciſſe uideri poſſet, argumento l. quod Labeo. de Carb. edict. Secundò, quia uerba diſpoſitiua legati, de liberis Sebaſtiani fratris poſt mortem relictis, ex uolũtate teſtatoris, ẽt nepotes ordine ſucceſſiuo complectunt̃, adeo ut caſus euenire potuiſſet, ꝙ Marco ante patrem Sebaſtianũ liberis ſuſceptis mortuo, & Magdalena deinceps abſq; liberis decedente, ſuperſtites ex Marco liberi totum legatũ ſedecim millium aureorũ ex teſtamẽtaria diſpoſitione percipere potuiſſent: tum quia in utrumque caſum, ſiue liberos poſt ſe relinqueret, ſiue etiam nullis poſt ſe relictis decederet Sebaſtianus, de legata pecunia prouidere, & ex teſtamento ſuo ſuccedi in ea uoluit teſtator. Quem-

Quemadmodum aũt Sebaſtianum uel cum,
uel ſine liberis omninò decedere, ita quoq; ex
euentu mortis ſuæ, aut uerba diſpoſitionis le-
gati, in liberis à Marco relictis, aut ijs non ex-
tantibus, in ſubſtitutis Sebaſtiani fratribus &
ſororibus eorumq; liberis locum habere atq;
impleri oportuit, l. nam quem ſine liberis. de
reg. iur. Tum etiã, quia propter hoſce liberos
& nepotes ex Marco, neq; Sebaſtianus legatã
pecuniam alienare, neq; etiam cum uxore ad
ſucceſsionẽ ipſius admitti potuit. Tertiò, quia
conſtat & ab alijs abundè confirmatum eſt, li-
beros Marci ad eorum qui ſine liberis more-
rentur, atq; adeo etiã ipſius Magdalenæ actri-
cis portionẽ uocatos eſſe: ut abſurdiſsimũ fue
rit dicere, eos liberos propter omiſsionẽ con-
ditionis Si ſine, &c. excluſos à paterni legati
ſucceſsione eſſe, qui alijs ſine prole decedenti-
bus inueniuntur eſſe ſubſtituti. Quartò, quia
in defectum omnium liberorum ex fratribus
ſororibusq; ſuis ſuperſtitum, reliquos proxi-
mos cognatos, quorũ in teſtamento nulla fa-
cta mẽtio fuit, hoc eſt, patrui ſui fortè liberos,
poſtremò admitti uoluit: ut multò magis i-
pſorum fratrum liberos ſuccedere, & admitti
poſſe uoluiſſe, indubia conſecutione dari fate
riq; neceſſe ſit. Ex his omnibus, quę ab alijs cõ
ſultoribus perſpicuè & ſolidiſsimè explicata
ſunt, ſanè uerisimile fieri, aut perſuaderi facilè
quiſquam nõ poteſt, q; teſtator hic, ſi interro-
gatus eſſet, an per reciprocam propterq; omiſ
ſionem cõditionis Si ſine, &c. liberos à patris
ſui portione excludere uellet, hoc ita reſpon-
ſurus fuiſſet. Ergo nec etiam pro eo habendũ,
iuribus ſuprà allegatis. Atq; ex hac argumen
torum collatione quilibet in quæſtionib. uo-
luntatis exercitatus ſatis animaduertere po-
46 tuit, præſumptionẽ † generalem, quę ex omiſ
ſione cõditionis aduerſus liberos afferĩ, mul-
tò infirmiorẽ eſſe, quàm ut hìc præponderare
poſsit ſpecialib. cõiecturis, quæ pro liberis ex
diſpoſitis in teſtamento ſumunt, & alioqui ge
neralib. derogare ſolent, l. in toto. de reg. iur. l.
ſiue poſsidetis. C. de prob. præſertim hac ma-
teria, Cor. conſil. 79. prin. nu. 9. cum ſeq. uol. 1.
47 Cum † eñ omiſſum ab expreſſo ſuppleri ſo-
leat, & planè omiſſum nõ ſit, quod ab expreſ-
ſo colligitur, & teſtator quæſitus uerisimiliter
expreſſurus fuiſſet, Iaſ. d. l. Titius. §. Lucius. de
liber. & poſth. Bal. d. l. unic. C. de his quæ ante
apert. tabul. cum ſimilibus, intelligi hinc po-
48 teſt, in † interpretanda hac quæſtione uolun-
tatis maiorem rationem atq; cõſiderationem
habendã eſſe eius, quod expreſſum eſt, & inde
probabiliter inferri poteſt, quàm illius, quod
quadã incogitãtia inuenit omiſſum, l. deniq;.
§. interdũ. de pecul. legat. Non igitur magno-
pere iuuat actricem cõmunis opinio & doctri
49 na gl. in d. l. cùm acutiſsimi. de omiſſa † condi
tione Si ſine liberis, in ſubſtitutione à fratre,
uel extraneo facta. Illa enim locũ habet, quo-
ties uerisimile eſt à teſtatore eam cõditionem
eſſe omiſſam illo fine atq; cõſilio, ut liberi per
ſubſtitutũ excluderentur. Quod ex ijs quę ſu-
prà explicata & latiſsimè per alios cõſulentes
deducta ſunt, nemo dicturus eſt, uerisimiliter
teſtatorẽ interrogatũ, fuiſſe reſponſurũ. Vnde
etiã eiuſmodi cõſilium ſeu intentio nõ eſt fin-
genda aut imaginanda in teſtatore, cuius nul
la ſunt uerisimilia argumenta & indicia, ſed
multæ quidẽ & prægraues, q̃ in contrarium fa
50 ciunt, præſumptiones. Deinde † etſi coniectu-
ra pietatis in perſona teſtatoris, quæ extra cau
ſam teſtamẽti eſt, in fratre non æquè, ut in pa-
rentibus, locũ habere poſsit, Soci. in d. l. cùm.
auus. nu. 5. 6. cum ſeq. tñ in propoſito conſide
randæ ſunt aliæ plures cauſæ & circumſtãtiæ,
quæ partim à perſonis teſtatoris & legatario-
rum, partim ab ipſo teſtamento ſumuntur. A
perſonis, quia cùm teſtator liberos ꝓprios nõ
habuerit, uidetur & probabile eſt ac conſenta
neum, atq; toto ex teſtamento colligitur, uim
eum omnem paterni amoris in fratrũ liberos
transfudiſſe, ut ratio l. cùm auus. & l. cùm acu
tiſsimi. non hìc omninò abſit: nec hoc præſer-
tim caſu, quaſi pro extraneis filij fratris habe-
ri debeãt, per gl. ſing. in l. fœmina. C. ad Turp.
q̃ dicit ibi Ang. ſingularem, & l. 1. C. de anno.
51 ciuil. lib. 10. Non † enim tam in teſtatorum diſ
poſitionibus, quorũ ſæpenumero diuerſa af-
fectio eſt, ut certa iuris definitione cõprehen-
di nõ poſsit, conſiderandũ eſt, quis iure ꝓ ex-
traneo habeat̃, ſed quo quiſq; loco à teſtatore
habitus fuerit, inprimis ſpectat̃, l. 1. §. Pompo-
nius. de Carb. edict. & l. nemo. §. qui frater. de
hær. inſtit. gloſ. & Iaſ. ibi. l. neq; profeſsio. C. de
teſta. Vt igitur de liberis ex Sebaſtiano fratre
etiã quandocunq; poſt mortem teſtatoris na-
52 ſcituris diſpoſuit, eoq; ipſo † eos intuitu & af-
fectione ipſius uocauit, ex quo naſci debebãt,
Dec. conſ. 81 nu. 5. uol. 1. ita quoq; nõ ſolùm ex
teſtatoris, ſed etiã illius perſona affectio libe-
rorũ reſpectu cõſideranda eſt, Soc. conſ. 13. nu.
6. uol. 3. d. l. generaliter. ibi in uerbis, fructu pa
terno. C. de inſtit. & ſubſtit. Ex teſtamẽto uerò
quænam circumſtantiæ & cõiecturæ ad hanc
cauſam fulciendã ſumãtur, expoſitũ antè eſt,
& copioſiſsimè ab alijs conſulentib. demon-
ſtratum: à quibus quia plus quàm uerisimile
fit, teſtatorẽ interrogatũ, non fuiſſe iñſurum,
q; ad excluſionẽ liberorũ reciprocã facere de-
ſtinaſſet, hoc ipſo tacita cõditio Si ſine liberis,
inde ſubintelligẽda erit: cùm nõ aliter uolun-
53 tate teſtatoris omiſſa uideatur, niſi † quatenꝰ
uerisimile eſſe poteſt, etiã interrogatũ eam o-
miſſurum fuiſſe: qđ in propoſito, ut dictũ eſt,
coniecturę admittũt. Ac ſi ponamus teſtatorẽ
hac omiſsione cõditionis liberos excludi uo-
luiſſe, omnino & hoc concedendũ erit, q; inte-
ſtatæ ſucceſsioni in legato, quoad ipſos, dero-
gare uoluerit, argumento l. cùm acutiſsimi. in
fi. C. de fideicõmiſſ. & l. generaliter. §. cùm aũt.
C. de inſtit. & ſubſtit. Atqui uerò hoc quomo-
do ulla probabili ratione uoluiſſe teſtator pu
tandus

tandus eſt, qui etiam parentes ſucceſſuros pu
tauit, inexpreſſè eos excluderet? Potius ergo
æſtimandus eſt, hunc ſubſtitutionis effectum
fore putaſſe, ut multo magis liberi, quos non
excluſiſſet, ab inteſtati ſucceſsione excluſi nõ
eſſent: quibus ius legitimarũ hæreditatũ pro
opinione ſua eo ipſo cõſeruauit, quia nõ ade-
mit: faciunt notata per Bar. & Dd. in l. quo lo-
co. de hæred. inſtit. d. l. ſi Sticho. de pecul. Nam
quia hæc concepta teſtatoris mente opinio, quã
de liberorũ & parentũ ſucceſsione habuit, nõ
ſolùm liberis non aduerſatur, ſed ne ipſis qui-
dem parentibus, niſi quatenus eos expreſſè
excluſit: ideo euidenti huic uoluntatis colle-
ctione & cõiectura conſequitur, ẽt omiſſam ex
hac opinione conditionem (qm̃ id ab omni
cõſilio excluſionis ſeparatum eſt) liberis neq;
aduerſari, neq; nocere poſſe: ſed potiùs quẽ-
admodum circa eos opinio teſtatoris per hoc
quòd non ſimiliter ipſos excluſit, immutata
manſit: ita etiam ijs ex hac opinione per exclu
ſionem non mutata, ius ſucceſsionis inadem-
ptum conſeruare uoluiſſe. Neq; enim omiſſa
cõditio poteſt plus operari ad liberorum ex-
cluſionem, quàm ipſa teſtatoris opinio & in-
tentio, ex qua reciproca facta, & conditio hæc
uerbis omiſſa eſt: quia, ut uulgata habet regu
54 la, Actus † agentium non ultra intentionem,
præſertim uerò in ultimis uoluntatibus, non
ultra cogitationem & intelligentiam mentis
operantur, l. non omnis. ſi cer. pet. d. l. ex facto.
de hæred. inſt. Alciat. d. lib. 3. in prin. de uerb.
ſignif. At uerò hæc opinio omninò nõ aduer-
ſatur liberis, quia putauit eos multò magis
quàm parentes ſucceſſuros, quatenus hos ex-
preſſè non excluſiſſet. Ergo uerbis omiſſa con
ditio, iniqua interpretatione detorquẽda nõ
eſt ultra hanc opinionem & intentionem te-
55 ſtatoris aduerſus liberos: in quorũ † odium
redundare non debet, quod in fauorem eorũ,
reſeruata illis ſucceſsione, fuit conſtitutum, l.
nulla. de legib. l. quod fauore. C. eo. Deniq; e-
tiam ad ſuprà dictam obiectionẽ, adeoq; præ-
cipuum actricis fundamentum, rectè & appo
ſitè reſponderi poteſt, quòd cùm in formula
reciprocæ non ſolùm ad unius ante alios mo
rientis portionẽ ſuperſtites ipſius fratres & ſo
rores ſint uocati, ſed etiã parentes ipſorũ pro-
pter hanc ſuperſtitũ uocationẽ ab ea excluſi,
nõ ſimus in generalib. terminis gl. & Dd. in d.
l. cùm auus. qui loquuntur in caſu, ubi ad por
tionem morientis ſubſtituti ſimpliciter ſunt
uocati: ſed multò magis in ſpecialib. terminis
doctrinæ, quam tradunt Dd. in l. illam. C. de
collat. & alibi paſsim in conſilijs: nempe quo-
56 ties aliqui uocantur † ad ſucceſsionem alicu-
ius, & alij quidã nominatim & ſpecialiter ea-
dem diſpoſitione inde excluduntur, ut in hac
ipſa reciprocæ formula factũ eſſe liquet: quòd
tunc illi, qui reſpectiuè in hunc modum uoca
tis & excluſis pares uel potiores ſunt, (ut in
ꝓpoſito abſq; dubio ſunt liberi ex Marco ſu-
perſtites) non uideantur excluſi: latè Marian.
57 Soc. conſ. 30. nu. 55. uol. 1. Sic † ubi ad ſucceſ-
ſionem abſq; liberis defuncti, patruus ipſius
per ſtatutum uocaẽ, & mater eius excluditur,
ſi ſoror defuncti ſuperſtes ſit, quæ unà cũ ma-
tre cõi iure admitti ad ſucceſsionẽ poſſet, non
obſtante, ꝙ patruus ad matris excluſionẽ uo-
catus ſit, ſoror, licet in conditione non poſita,
ſucceſsionem obtinebit, quia hic caſus nõ eſt
uerbis ſtatuti cõprehenſus: Dec. conſ. 377. nu.
9. referẽs Petrũ de Anchorano in c. 1. de cõſtit.
dicentẽ, pro hac ſententia totũ collegiũ Peruſi-
num conſuluiſſe. Idem in ſimili planè caſu re-
fert Cornæus, ſe obtinuiſſe in cauſa propria,
conſulentibus ita doctoribus Peruſinis & Se-
nenſibus omnibus, nec quenquam repertum
fuiſſe alibi, qui in cõtrarium cõſuleret, d. conſ.
97. uol. 1. & conſil. 82. uol. 4. Et ratio eſt, quia
58 † quãdo in eadem diſpoſitione aliqui uocan-
tur, & aliqui excluduntur, diſpoſitio hæc, neq;
quo ad caput incluſiuum, neq; quoad caput
excluſiuum, eſt ſimplex, generalis & abſolu-
ta, ſed reſpectiua tantùm inter uocatos & ex-
cluſos, extra quam relationem reliqui caſus
ſunt & remanent in diſpoſitione iuris cõmu-
nis, Pariſius in alleg. conſ. 47. uol. 3. & Socin.
conſ. 122. uol. 3. Cornæ. conſ. 271. uol. 4. uerſic.
non obſtat. Bald. in l. quod uerò. de legib. Sed
etſi dubia eſſet eius rei quæſtio, quid de libe-
rorum excluſione teſtator ſenſiſſet: (nam ſpe-
59 cialis † alicuius caſus uel effectus expreſsio
ſemper operatur dubitationem, quoad alios
non expreſſos, an idem uidelicet uel aliud de
eo teſtator ſenſerit, l. 4. de uulgar. l. commodiſ
ſimè. de liber. & poſthum. l. legatarius. §. 1. de
legat. 1. l. ſi in diem. in fin. de condit. & demon-
ſtrat. l. cùm de lanionis. §. cui fundus. & glo. in
l. prædia. §. affini. uerbo, dari uoluiſſe. de in-
ſtruct. legát. præſertim cùm in propoſito non
eadem ſit utriuſque caſus ratio, ut meritò hæc
uoluntas teſtatoris fuiſſe præſumi debeat,
quod per caſum ſeu effectum ſubſtitutionis
in parentum perſonis expreſſum excludere,
nec comprehenſum eſſe uoluerit, caſum & ef-
fectum, quod ad liberos, omiſſum, Ruinus
60 conſil. 74. num. 6. & 8. uolum. 1.) tamen † quia
& hi liberi rei ſunt & pupilli, quorum fauora-
bilior in ambiguis eſt, & certè eſſe debet cau-
ſa, ac quoniam de damno uitando certant, nẽ
ſcilicet hæreditatem paternam bonaq; patri
acquiſita, & per ipſum iure naturæ ac ciuili in
ipſos continuata, amittant, d. l. generaliter.
in princip. C. de inſtit. & ſubſtit. actrix uerò
de captando lucro ex alienis miſerijs atque
inopia egentium pupillorum ſollicita ſit, l.
qui filium. §. Sabinus. ad Trebell. ideo meri-
tò in ancipiti horum concurſu præponde-
rare debet illorum & quidem reorum atque
pupillorum, qui de damno uitando certant,
ius & cauſa, l. ultim. C. de codicil. l. ult. §. licen-
tia. C. de iur. delib. cum ſimilibus. Non omit-
to, probabiliter dici & defendi poſſe, ſi uerbis
contro-

controuerſæ ſubſtitutionis omnino ſtandum
& adhærendum ſit, portionem Chriſtophori
primò ex liberis Sebaſtiani decedentis, quæ
ad Marcum & Magdalenam ex ſubſtitutione
hac peruenit, in perſona Marci amplius non
fuiſſe ſubiectã reſtitutioni. Primùm, quia cùm
teſtator ait, *Dann ſo er Kinder verlaſſen wirdt, ſollen*
die, wie gemeldt vnd hernach bedinget wirt, erben, &c.
per uerbum hoc *Erben*, quod æquali determi-
natione eiuſdẽ orationis, reſpicit cuiuſq; reli-
ctam legati partem & ſubſtitutionem in hac
parte, uidetur in ea parte, quam cuiq; ex libe-
ris Sebaſtiani legauit, etiam per ſubſtitutionẽ
eos ſuccedere debere: ita quòd ſequentia hæc
uerba, *Soll deſſelben verſtorbnen theyl*, propriè lo-
quantur de portione uel parte, quam teſtator
cuiq; ex liberis Sebaſtiani reliquit, & quam ti-
tulo & iure legati directò & immediatè ab eo
acceperunt, & non de eo, quod ex ſubſtitutio-
ne fideicommiſſaria ad ipſos peruenit, Ruin.
conſil. 65. nu. 16. uol. 2. Imol. l. omnib. §. qui ſu-
ſpectam. nu. 4. ad Treb. & de hoc eſt text. in l. ſi
Titius. ubi Bar. de legat. 3. & conſ. ult. incipien-
te, dominus Cato. Vbi diſcrimen eſſe tradit
Bar. an ſubſtitutio ſimpliciter facta ſit, uel per
expreſsionẽ partis, ut in ꝓpoſito uerba ſubſti-
tutionis referuntur & limitata ſunt ad partem
decedẽtis, quatenus ea per teſtatorẽ prima le-
gati diſpoſitione relicta fuit. Nã quod ex ſub-
ſtitutione poſtea acquiſitũ eſt, nõ poteſt uerè
& propriè dici eſſe pars morientis, habita re-
latione ad tempus teſtamenti, quo cuiq; por-
tio ſua relinqueretur: nec uerba ſignificatione
ſua apta ſunt cõprehendere ius portionis ab
alio in futurũ per ſubſtitutionẽ acquirendæ, l.
Marcellus. §. quidã liberis. ubi Dd. ad Trebell.
Secundò hoc cõfirmatur etiã per uerba ſubſti-
tutionis, quibus hæc pars ſeu portio deceden
tis integrè, ut ei primò relicta fuit, ad ſuperſti-
tes hæreditariò peruenire debet, hoc eſt, *Auff*
die bleibende Geſchwiſtern folgen vnd erben. Quod
61 † autem ita acquiſitũ eſt, & ſemel ad ſuperſti-
tes peruenit, in hæredes tranſmitti poteſt, & ſi
deicõmiſſariæ reſtitutioni ex hac ſaltẽ uerbo-
rum forma & qualitate amplius non eſt ſubie
ctum, per tex. in l. agrum. C. quand. dies legat.
ced. Crauet. conſ. 161. Atq; hæc quidem ex uer
bis, quibus Magdalena actrix intentionẽ ſuã
62 fundat, ita dici poſſunt. Attamen † in contra-
rium facit, quòd teſtator, etſi de portione de-
cedentis loquatur, de ea tamen proculdubio
ſenſerit, à qua pro declarando ſubſtitutionis
effectu parẽtes fauore ſuperſtitum excludere
uoluit, hoc eſt à tota legati ſumma. Alioqui in
ea parte, quã ex morte Chriſtophori per ſub-
ſtitutionem percepiſſent Marcus & Magdale-
na, cõtra uoluntatẽ teſtatoris parentes ab in-
teſtato ſuccedere potuiſſent, ſi in poſterũ qua-
ſi ſubſtitutione non cõprehenſa, deſijſſet ſub-
iecta eſſe reſtitutioni. Ad hæc quia Sebaſtiano
abſq; liberis decedente, in tota legati ſumma
ſubſtituti ſunt collaterales, etiam inter ipſos
liberos totam legati ſummam reſtitutionis
onere affectam eſſe ex teſtatoris uoluntate,
quamuis ſuperiora uerba deficiãt, conceden-
dum erit, d. l. hæredes mei. §. cùm ita. ibi, omnẽ
hæreditatẽ. ubi Dd. hoc notant & Hier. Zan-
chus nu. 366. & nu. 43. ad Trebel. Illud igitur
ex his concludendum reſtat, quòd ſi priorib.
reciprocæ uerbis actricis exẽplo tantùm inni-
tamur, Chriſtophori primò decedẽtis ex ſub-
ſtitutione quæſita portio in reſtitutionem am
plius non ueniet: quod tamen ſuperiora uo-
luntatis argumenta non admittunt: aut uerò
ſi ex ſequentibus hæc uoluntatis cõiectura &
interpretatio recipienda & ſequenda ſit, ut ui
delicet propter excluſos à tota legati ſumma
parentes & ſubſtitutos in ea collaterales, etiã
hæc Chriſtophori portio, à Marco reſtitui de-
buerit, omninò fatendũ & conſequenter inde
ſecuturum ſit, ut quemadmodum ſuprà dictę
rationes, ex quibus hæc Chriſtophori portio
reſtituenda uidetur, non habent locum ex uo
luntate teſtatoris, niſi ſub conditione, ſi abſq;
liberis deceſsiſſet Marcus: ita quoque non ali
ter, ſed ſub eadem conditione tam in ſua pro-
pria, quàm à fratre Chriſtophoro accepta por
tione, ſecundum hanc uoluntatem ad reſti-
63 tuendum grauatus eſſe dici poſsit. Tacitæ † e-
nim & præſumptæ uoluntatis argumẽta non
probant, neq; concludunt, niſi in terminis ſui
caſus, hoc eſt, ubi his argumentis poſsit eſſe
locus: ubi uidelicet in propoſito, Marco ſine
liberis mortuo, in portione Chriſtophori ei
quæſita, parentes ab inteſtato ſuccedere po-
tuiſſent, uel nullis ex Sebaſtiano liberis extan
tibus ſubſtituti fuiſſent collaterales. Cæterùm
quia horum caſuum neuter euenit, promptũ
eſt dicere, nec caſum reciprocæ ſubſtitutionis,
de qua controuerſia eſt, ex uoluntate teſtato-
64 ris eueniſſe. Poſtremò † etiam ſuffragantur li
beris atq; pupillis his pacta diuiſionis, quib.
inter Marcum patrem & Magdalenam actri-
cem conuentum fuit, ut non ipſi ſolùm, ſed &
eorum liberi & hæredes bona cuique per di-
uiſionem obuenta inter quæ etiam legata pe-
cunia fuiſſe dicitur, pacificè & abſq; ulla mo-
leſtatione, ut res proprias, tenere, poſsidere, &
pro omni uoluntatis ſuæ libitu, quocunque
modo alienare & cum ijs agere poſſent. Quo
diuiſionis placito non eſt dubium, quæſitum
eſſe ius ſecundum hæc pacta tenendi, poſsi-
dendi atq; retinendi bona diuiſa, etiam ipſis
liberis ut hæredibus, l. etiam. C. communia
utriuſque iudicij: adeo ut ad præſtandum
ea, quæ in diuiſionis contractu conuene-
runt, alter alteri ipſiq; inter ſe hæredes in fa-
ctum uel præſcriptis uerbis actione tenean-
tur, lege, pacto ſucceſſorum. in fin. C. de pact.
65 Quid † autem magis contrarium eſſe po-
teſt fideicommiſſariæ reſtitutioni in caſum
mortis faciendæ, quàm liberis, ut in re pro-
pria pacificè habendi & liberè diſponendi
atque alienandi ius, omni penitus actione,
etiam

etiam quæ in futurum competere poſſet, ex-
cluſa, quæſitum & conceſſum eſſe argum. l.
rogo. de fideicom. libertat. Vnde euidenter
apparet, eius animi, cùm ita paciſcerentur, di-
uidentes fuiſſe, ut ſaltem quoad liberos, lega-
ta pecunia amplius aſſerto fideicõmiſſo ſub-
iecta nõ eſſet. Propter quod actricis intentio-
ni cõtra hæc pacta facienti obſtabit exceptio
doli, per l. Titia. §. Lucia. in fin. iuncta glo. uer.
66 affuit. de legat. 2. Aliud eſt enim, † contra di-
uiſionem non fieri: aliud, contra pacta, quæ
notiſsimos diuiſionis terminos, & ius ex ea
competens excedunt, argum. l. Lucius. depo-
67 ſit. Nam † etſi diuiſionis natura non ſit, ut fu-
turum fideicõmiſſum remittatur, ex additis
tamen cohærentijs & coniecturis hoc ita ſen-
ſiſſe diuidentes probari poſſe, tradit Bald. in
l. qui cum tutoribus. de tranſact. Quatenus
68 † enim per pacta & cõuentiones in diuiſionis
tractatu initas, fideicommiſſo derogatum ſit,
uel non, facti magis, quàm iuris quæſtionem
eſſe, rectè monet Duarenus in l. qui Romæ. §.
69 duo. de uerb. oblig. Conſtat † autem, & eſt re-
ceptum, tunc fideicommiſſo derogatum cen-
ſeri, quoties diuidentes eiuſmodi pactis inui-
cem obſtringũtur, quæ diſpoſitioni teſtamen-
tariæ, quoad rem fideicommiſſo ſubiectã, pla-
nè contrariæ ſunt, & ſimul cum ea ſtare, aut lo-
cum habere non poſſent: quia tunc propter
alteratam naturã ipſius rei amplius ex teſta-
mento euinci non poteſt, ut pulchrè Crauet.
in conſil. 24. nu. 3. & 15. & Alex. conſil. 62. uo-
lum. 7. Ruin. conſil. 119. & 144. uolum. 2. Pariſ.
conſil. 71. uolu. 3. Socin. conſil. 43. uolum. 4.
Curtius iunior conſil. 4. num. 22. Mandellus
de Alba conſil. 74. Ripa in dict. §. duo fratres.
nu. 83. & ibi Ioan. Crotus 8. quæſt. Barto. ibid.
Cùm itaq; ut dictum eſt, liberis, qui in inſtru-
mento diuiſionis cõmuni loquendi uſu, uul-
gato hæredum uocabulo uocantur, Bar. con-
ſilio 52. non ſolùm ſuccedendi ius in legatam
Marco patri portionem, eamq; ut rem pro-
priam, cum libera diſponendi & alienãdi po-
teſtate retinendi quæſitum: ſed ab actrice o-
mni penitus iuri, quo quacunq; ratione cau-
ſa, uel modo in futurum contrà fieri poſſet,
pleniſsimè renunciatum ſit: mirum profectò
uideri poteſt, quo iure hiſce liberis in legatæ
pecuniæ ſucceſsione actrix illæſa pactorũ fide
præferri uelit aut poſsit: quibus tam ex pacto
conuento, quàm in hunc finem facta renun-
ciatione tenetur relinquere hanc ipſam pecu-
niam unà cum alijs rebus diuiſis, uelut libe-
ram & pleno iure propriam: nõ minus quàm
Marco ipſorum patri, argumento l. uendican
tem. de euiction. Alex. conſil. 170. uol. 5. Alio-
qui enim ſi aſſerto fideicommiſſo locus ad-
huc eſſe, & per diuiſionem obuenta pecunia
à liberis euinci debeat, uerum non erit liberis
eam pacificè habere, tenere, & cum ea pro ar-
bitrio, omni impedimento iuris in contrariũ
prætenſo ceſſante, facere & diſponere licere:
ac ſequens erit contra ius & fidem pactorum,
& quod inter diuidẽtes placuit actumq; fuit,
fieri, d. l. Titius. §. Luciam. cum gloſ. de legat. 2.
70 Neq; obſtat, ſi dicatur, Tranſactionem † ad i-
gnorata non extendi, l. qui cum tutoribus. §.
1. de tranſact. Et iuri quod quiſq; ſibi compe-
tere ignorat, neminem in dubio uideri renun
ciaſſe, l. mater. de inofficioſ. Nam etſi hæc uera
ſint & obtineant, ubi de ſola tranſactionis &
renũciationis nimis effuſa generalitate quæ-
ſtio eſt, & in ea fundamentum ſit: tamen in
propoſito longè aliud eſt. Siquidem diuiden
tes ſibi inuicem ſpecialibus pactis, quoad re-
rum diuerſarũ ius & cauſam obligentur: quæ
cum fideicommiſſo, quod in caſum mortis
competere, & ad liberorum excluſionem lo-
cum habere debet, directò & incompatibili-
ter pugnãt, ut nulla ratione reſtringi poſsint,
quin contra ea agi & fieri neceſſe ſit, l. ſi filius.
ubi Bart. de mino. l. 2. C. de iur. dom. imp. cap.
gratũ. ubi gl. de off. deleg. & gl. cap. ex ore. de
his quæ fi. à ma. part. cap. Quo caſu Scæuolæ
reſponſum in d. §. duo fratres. ibi, ſi cõtrà quis
71 feciſſet. intelligendum eſſe puto. Sed † nec il-
lud obſtat, quod dici poſſet, etſi diuidentes ſi-
bi hæredibusq; ſuis euictionem promiſiſſe ui
deantur: tamen quoties uel ex facto autoris,
uel eius cui euincitur, aut etiam ipſius rei na-
tura euictio contingit, promiſsionem hanc e-
uictioni non obſtare, Bart. & Dd. d. §. duo fra-
72 tres. ubi Ioan. Crot. num. 77. quia † reſponde-
ri poteſt, hoc ita pro uero receptum eſſe, quo-
ties de euictione ſecundum naturam ſimpli-
cis diuiſionis præſtanda agitur, Ruin. conſil.
137. num. 9. & 13. uol. 2. Menoch. conſ. 87. quæ
adhuc. numer. 84. 85. 86. cum ſeqq. Cæterùm
in propoſito quòd ſi legata & diuiſionis in-
ſtrumento comprehenſa, eiuſq; pactis ſubie-
cta pecunia, ex fideicommiſſo poſt mortẽ re-
ſtitui, neq; ad liberos tranſitoria eſſe debuit,
(ut erroris opinione perſuaſa putat actrix)
longè aliud dicendum eſt. Nam quemadmo-
dum tunc ius, quod ſibi hæredibusq; ſuis mu
tuo conceſſerunt diuidentes, non ex facto te-
ſtatoris cauſam habuiſſet, ſed ex pacto diui-
ſionis: ita quoq; eiuſmodi iuris conceſsi no-
mine euictionẽ præſtari oporteret: quæ alio-
quin aduerſus ius pacto conceſſum & quæſi-
tum, ex facto diuidentium & non ex facto te-
ſtatoris euincceretur. Præſtanda itaque hoc ca-
ſu eſſet euictio, propter alteratam diuiſionis
pacto legatæ pecuniæ naturam, ex quo alia
lege & conditione ad diuidentes peruenit, quàm
ex teſtamento ad eos pertinere potuiſſet, ar-
gumento eorum quæ notant Alex. d. §. duo
fratres. col. 22. & Crauet. d. conſil. 24.

CONSILIVM XCV.

De iuriſdictione.

SVMMARIA.

1 ¶ *Imperiũ uenit appellatione omnimodæ iuriſdictionis, non ſimplicis.*

2 *Superioris intentio quoad iuriſdictionem, quòd ſua ſit, eſt fundata. & num. 5.*

3 *Inueſtitus tantùm de iuriſdictione, nõ habet imperium.*

4 *Iuriſdictio intelligitur in dubio priuatiuè nõ concedi, ſed cumulatiuè.*

5 *Dominus territorij intelligitur omnimodam in eo habere iuriſdictionem.*

6 *Contra ſuperiorem non præſcribitur iuriſdictio, uel imperiũ in ſimilibus, ſed tantummodo in actibus poſſeſſis.*

7 *Regula Bartol. Tantum præſcriptum, quantum poſſeſſum, in quibus caſibus obtineat.*

8 *Inferior non habet iuriſdictionem, niſi quatenus probat.*

9 *Merum imperium eſt à iuriſdictione ſeparatum, nec intelligitur unà concedi.*

10 *Inueſtituræ ſunt ſtricti iuris, ut omnia feudalia.*

11 *Iuriſdictionis nomen tam in genere, quàm in ſpecie ſumi poteſt.*

12 *Verba in dubio ſunt in ſpecie accipienda.*

13 *Iuriſdictio in dubio ſimplicẽ iuriſdictionem ſignificat, nõ omnimodam: etiamſi omnis iuriſdictio ſit conceſſa.*

14 *Pleniſſima iuriſdictio, uel criminalis & ciuilis omnimodam complectitur.*

15 *Tenor inueſtituræ præciſè attendendus.*

16 *Inueſtituræ ſecundum terminos iuris communis accipiendæ.*

17 *Qui ciuiliter puniuit exceſſus, non ideo criminalem acquiſiuit iuriſdictionem.*

Rationum decidendi ſummaria.

18 *Licet olim merum imperium fuerit à iuriſdictione ſeparatum, non tamen hodie.*

19 *Inueſtitura iuriſdictionis omnimodam complectitur.*

20 *Iuriſdictionis nomen in dubio in potentiore ſignificatu accipiendum.*

21 *Conceſſo genere, conceſſa intelligitur utraque ſpecies.*

22 *Conſuetudo loci ius eſt commune, & attendenda.*

23 *Conſuetudo uiciniæ ualet in declaratione facienda.*

24 *Conceſſum territorium cum iuriſdictione, omnimodam complectitur.*

25 *Iuriſdictio quomodo probetur.*

26 *Fortior probatio elidit debiliorem.*

27 *Princeps intelligitur omnem iuriſdictionem concedere.*

28 *Caſtrum cum iuriſdictione cõceſſum omnimodam complectitur.*

29 *Taxatiuæ dictiones quomodo capiendæ.*

30 *Iuriſdictio indefinitè poſita, ſpecies complectitur, & comparatur uniuerſali.*

31 *Iuriſdictiones pluraliter conceſſæ, omnimodam denotant.*

VASALLVS ab antiquo habet feudum ſuum à domino infeudatum ſimpliciter cum iuriſdictione *mit den gerichten*: dominus nunc intendit hoc uerbo, tãtùm conceſſam eſſe ſimplicem & inferiorem iuriſdictionem, non ſuperiorem *die obergericht*, &
1 † imperium quod tantùm uenit appellatione omnimodæ iuriſdictionis, gl. & Card. Zabar. clem. 1. §. 1. quæſt. 1. uerb. omnimodam. de for. comp. l. ſi in aliquam. §. cùm pleniſſimam. ff. de off. proconſ. ubi Bal. Bart. nu. 4. & communiter ſcribentes in l. 3. de iur. om. iud. l. 1. de off. eius: ut cùm quis inueſtitur *mit allen gerichten*, cap. 1. §. 1. ubi Bal. uerb. in iuriſdictione tam criminali quàm ciuili. de pac. Conſt. glo. §. nulla. in auth. de defenſ. ciuit. non appellatione ſimplicis iuriſdictionis, Caſp. Valaſ. l. 3. num. 37. de iuriſd. poſt Angel. & Dd. ibi Panor. cap. conqueſtus. de for. comp. Bal. c. quanto. in fin. de iudic. Chaſ. in conſuet. Burg. rub. 1. in prin. uerb. iuſtice. num. 18. 19. quæ ab imperio eſt ſeparata, l. 3. de iuriſdict. ut à ſeparatis nihil inferri rectè poſſit, l. fi. de calum. nec conceſſa iuriſdictione conceſſum imperiũ uideri debeat, l. ſolẽt. de offic. procõſ. l. 1. de off. eius cui man. iuriſ. l. 2. l. 3. de iuriſd. Bal. Ang. d. l. 3. Chaſ. præall. loc. Nam in cõceſſione generali non comprehenduntur, quæ numeratis ſpeciebus non numerantur, Bald. l. ult. nu. 48. C. de edict. diui Adria. tol.
2 Ac † uidetur hac in parte domini intentio eſſe fundata, c. nimis. ubi Imol. nu. 3. Panor. & Canon. c. ſi diligenti. de præſcrip. c. per uenerabilem. qui fil. ſint leg. c. 2. de reſtit. ſpoliat. in 6. c. cùm epiſcopus. de off. ord. in 6. c. ult. de offic. archidiac. Alex. l. naturaliter. §. 1. in 6. fallen. Iaſ. l. 3. in princ. nu. 36. 37. de acq. poſſ. & in prælud. feu. num. 53. Ferrar. & Pet. Iacob. in for. neg. ac. Iacob. in inueſt. uerb. & cũ mero. Euerar. loc. lega. à toto ad partem, Mon. tract. fin. regund. cap. 61. nume. 4. Deci. conſil. 528. num. 2. Socin. conſil. 86. in cauſa. num. 6. uol. 1. Anchora. conſil. 110. tres domini. num. 1. & 3. Schurff. conſil. 26. num. 3. centur. 1. cùm

uel

uel ſola uaſalli ſubiectione ac recognitione
probetur ac præſumat domini potius quàm
huius eſſe iuriſdictio, quatenus non probe-
tur conceſſa, Innoc. c. dilecti. uerb. poſſeſsio.
nu.3. de cap.monach.Franc. Ma. l.quod meo.
in princ.nu.13. de acq.poſſ. Natta conſil.636.
nu.60. Bald. conſil.161. proponebatur. nu.2.
3.uol.3.Soc.d.conſ.86.in cauſa. n.6.uol.1. aut
præſcripta, Dd. l.3. ubi Iaſ.num.23.24. de iu-
riſd. Itaq; uilla, cum qua hic nobilis inueſti-
tus, nõ habet iuriſdictionẽ niſi ex priuilegio,
uel antiqua conſuetudine, Crauet. conſ.195.
3 num.2. & † in terminis de nobilibus uaſallis,
ſcilicet ꝙ non habeant iuriſdictionem, præſer
tim ſuperiorem, *ober vnd nider gericht*, niſi ex con
ceſsione uel præſcriptione, decidit Schurff.
conſ.84.licet in præſenti. n.1.& per tot.cent.2.
ac eſt de mente Bal.c.1. §.1.n.17.18.19. de pace
Conſt.& in terminis decidunt Angel. d.l.3.de
iuriſd.nu.8.Panor. Felin. & communiter Dd.
c.conqueſtus.de for.comp. Bald. d.c.quanto.
in fine, de iudic. Oldrad. conſ.252. cum alijs,
quos in terminis noſtris Chaſſ.tradit, nẽpe ꝙ
quando quis eſt infeudatus de caſtro cum iu-
riſdictione, nõ intelligatur propterea merum
accepiſſe imperium,in conſue.Burg. rub.1. in
princ.uerb.iuſtice.nu.18.19.20.21.22.23. cùm
propriũ ſit ſuperioris, exercere iuriſdictionẽ
in ſe recognoſcẽtes, clem.1.de for.cõp. Dd.l.2.
C.de quad. præſcr. præſertim per homagiũ &
fidelitatẽ uaſallagij,Iacob.de homag. num.8.
Spec.de feu.§.quoniã.nu.6.& 11. cõceſſaq; iu-
riſdictione retinere ſibi imperium,l.1.de offic.
eius,l.ſolet.ubi gloſ. de iuriſdict. & ius appel-
lationis, cap. Romana. §. debet. de app. in 6.
Innoc.cap.ſolitæ.uerb. temporalibus. de ma-
ior.& obedien.Iacob.Mand.conſ.62. quãuis.
num.10.Natta conſilio 636.num.73. qui licet
concedat etiam inferiori iuriſdictionem, intel
4 ligitur † tamen in dubio non priuatiuè, ſed
cumulatiuè eam conceſsiſſe, ſic ut ipſus eiuſ-
que poſteri nihilominus illam retineant,Bar.
l.1.in 1.notab.C.de off.præſ.urb.Dec.conſil.3.
num.3.Brun.conſil.47.num.3. Ripa de peſte,
cap.de remed.præſcr. num.60. Pariſ. conſil.9.
num.11.lib.4.Grammat.conſil.6.in fin.& uo-
to 28.num.4.Menoch.de iud.arb.lib.1.quæſt.
40.num.3.4.5.6.ubi addit numero 7.8.nun-
quam intelligi priuatiuè conceſſam iuriſdi-
ctionẽ,niſi ſic expreſsim ſit data, ut is cui con-
ceditur,duntaxat & nullus alius eam habeat:
aut niſi aliter de eo apertiſsimè conſtet, per
Roman.ſing.23.& conſ.293. Felin.cap.paſto-
ralis.num.4.in 3.limit. de off. ord.Grammat.
deciſ.30.nu.9. Cæteroqui nec ſufficit quidem
dictio taxatiua in concedendo ad excluden-
dam ſuperioris iuriſdictionem, Dec.conſil.3.
num.4.per l.un.C.ubi & apud quem, Gram-
ma.conſil.2.num. 8.Menoch.præall.loc.nu.8.
5 quæ † cùm intelligatur eſſe in ſuo territorio
omnimoda & uniuerſalis,Menoch. de arbitr.
iud.quæſt.76.num.14.per cap.uerum. de for.
comp.l.cũ quædam. de iuriſd. om. iud. & hoc
nomine intentionem ſuperior habeat funda-
6 tam,ut uidimus : ſequitur, ꝙ † etiamſi aliquẽ
actũ imperij uaſallus iſte poſſediſſet, aut præ-
ſcripſiſſet, nihil tñ inde poſſet inferri ad alias
ſpecies,uel actus,Schurf.conſ.84.licet.nu.2.3.
cent.2.per cõem doctrinam Felin.c.auditis.de
præſcr.ex quo dñs eſt in uniuerſali iuriſdictio-
nis poſſeſsione,Innoc.nu.5. Panor. & alij in c.
2.de cap.monach.Bal.nu.25.Cyn. n.3.& 4.Sa
lic.nu.3.l.1. C.de emancip.lib.Nec em̃ hîc obti
net regula, ſufficere actũ probare iuriſdictio-
nis in aliquib.aptitudinem in cæteris,Spec.de
iuriſd.nu.35.Innoc.c.2.nu.3. de cap.monach.
